I = 148

Innehåller.

~~A = I = Tabla 6. = b. 4.~~



Poſtilla Fr. Guilhelmi

Epistolas, et

super Evangelia ex variis AA. col-

lecta.

V Itam bonam et exitum
beatum Ego frater Guilhelm⁹ ſa
cre theologie ꝓfeſſoꝛ minim⁹ Pa-
riſius educatus Sacroꝝ euāgeli-
oꝝ ac epl'arum de tempe dñicis diebus ⁊ ſanctꝭ
etiam ſuper cōmune apoſtoloꝝ: martirū: cōfeſſo
rū: virginū ⁊ ꝓ defunctis expoſitiones in vnum
colligere volumen: min⁹ expertis clericis ac inſi
pientibus p̄dicatoꝛibus ꝑneceſſariū foꝛe iudica
ui. Cōſiderans nōnullos cancelliſtas min⁹ cau-
te ac imperite euāgelia ⁊ epl'as vulgo xp̄iano ꝓ-
nunciantes ꝓcedere: non habētes eoꝛūdem ex-
poſitionū ſcientiam que neceſſaria eſt. Cōpoſui
igitur ⁊ hūc libꝛum: ꝓ eiſdem vt ſupꝛa ac ꝓ omī
bus ſacroꝛum euāgelioꝛum ⁊ epiſtolaꝝ expoſiti
onem cupientib⁹. Non meū quod exiguū eſt in-
geniū conſului ꝓpꝛias dictas expoſitōnes: ſꝫ ali
oꝛum ſacre pagine doctoꝝ libꝛis innitēs eas q̄s
melius ſcripſerūt poſtillas ⁊ expoſitōnes ꝑfun-
ctoꝛie exoꝛando: poſt quelibet paſſum textus po
nens cum p̄miſſione tituli vniuſcuiuſq; qđ ſcri-
pſit. adijciēſq; poſt quālibet dñicalis euāgelij
expoſitionem neceſſaria notabilia ꝓ materia te-
xtus ex ſermonib⁹ de tempe eximij doctoꝛis hu-
gonis de Pꝛato ſumpta.

Sunt autem hec doctoꝛum nomina. San-
cti Auguſtini. Sancti Gregoꝛij. Sancti hiero-
nimi. Sancti Ambꝛoſij. Venerabilis Bede et
ipſoꝛum omelijs. Gloſe interlinearis. Gloſe oꝛ-
dinarij. Nicholai de lyra. Nicholai de goꝛra ſuꝑ
quattuoꝛ euāgeliſtas. Sancti thome de aquino
ſuꝑ Johānem. Guillermi lugdunēſis in ſermo-
nibus de tempe. Joꝛdani ex ſermonibus de tꝑe
Rabani. Quoꝝ modus penes titulos abbꝛeuia
tos legendi talis eſt.

Ly. id eſt Nicholaus de lyra.
Goꝛ. id eſt Nicholaus de goꝛra.
Glo. interli. id eſt gloſa interliniarie.
Gl. oꝛ. id eſt gloſa oꝛdinaria.
Ra. id eſt Rabanus.
Guil. id eſt Guillermus lugdunenſis.
Joꝛ. id eſt Joꝛdanus.
Vin. id eſt Vincentius.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA MADRID

BIBLIOTECA DE FILOSOFIA Y LETRAS MADRID


INRI

Incipit poſtilla ſuꝑ euangelia. Et p̄mo dn̄icalia ſcd̄m ſenſum litteralem iuxta concoꝛdantias euangeliſtarum.

Dominica pꝛima aduentus Euangelium ſcd̄m Matheum. xxi.



In illo tempoꝛe. Cū appꝛopinquaſſent hieroſolymis ⁊ veniſſent betphage ad montē oliueti: tūc miſit duos de diſcipul' ſuis: dicēs. Ite i caſtellū qđ cōtra vos ē: ⁊ ſtatim inuenietis aſinā alligatā ⁊ pullum cū ea: ſoluite ⁊ adducite mihi. Et ſi q̄s vobis aliquid dixerit: dicite quia dn̄s hijs opꝰ habet: ⁊ cōfeſtim dimittēt eos. Hoc autez totū factū ē vt adimpleref qđ dictū eſt ꝑ ꝓphetam dicentē. Dicite filie ſyō. Ecce rex tuꝰ venit tibi mā ſuetꝰ ſedēs ſuꝑ aſinā ⁊ pullū filiuz ſubiugal'. Eūtes autē diſcipuli: fecerūt ſicut p̄cepit illis ihs. Et adduxerūt aſinā ⁊ pullū: ⁊ impoſuerūt ſuꝑ eos veſtimēta ſua: et eū deſuꝑ ſedere fecerūt. Plurima āt turba ſtrauerūt veſtimēta ſua in via. alij aūt cedebāt ramos de arboribus ⁊ ſternebāt in via. Turbe aūt que p̄cedebāt ⁊ q̄ ſequebantur clamabāt dicētes. Oſanna filio dauid. Benedictꝰ qui venit in nomine domini.

Poſtilla.

Cum appꝛopinquaſſent hieroſolymis. Mathi. xxi. Marci. xi. Luc. xix. Ioh. xij. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta ē Anno. xp̄i. xxxiij. xiij. kal' ap̄lis. dn̄ica. luna. x. indictōne. vi. An initium hodierni euāgelij habef Ioh. xij. ꝙ āte ſex dies paſche. id ē ſabbato ante diē palmarū xp̄s venit bethaniā qđ erat caſtellū marthe ⁊ marie magdalene: diſtans a hieruſalē duo ꝑua miliaria q̄ faciūt vnū dimidiuz miliare apud nos. ſ. in ꝑtibus alemanie. vbi fecerūt xp̄o cenam: ⁊ martha miſtrabat. Lazarꝰ v̍o erat vnꝰ ex diſcūbentibus Maria magdalene aperuit pixidē de alabaſtro vnguenti nardipiſcati p̄cioſi: ⁊ vnxit pedes ⁊ caput dn̄i. Cōuenerūt aūt bethaniā multi non tm̄ ꝓpter ihm: ſed vt lazarū viderēt reſuſcitatuz. Cogitauerūt autē p̄ncipes ſacerdotū: vt ⁊ lazarū interficerēt. q2 multi ꝓpter ip̄m abibant ex iudeis ⁊ credebāt in ihm. Sequēti v̍o die. ſ. in die palmarū mane facto xp̄s de bethania receſſit vt veniret in hieruſalē. [Cū aūt appꝛopinquaſſent hieroſolymis ⁊ veniſſent betphage] Ly. q̄ erat ſilua ꝑua in deſcēſu mōtis oliueti verſus hieruſalē: ⁊ erat ſacerdotū. q2 licet ſacerdotes non haberēt hereditates ad colendū: habebāt tamē domos ad aialia nutrienda. [ad mōtē oliueti] qui diſtat a hieruſalē mille paſſus q̄ faciūt vnū miliare. id eſt iter ſabbati habēs. vt patz Act. i. [tūc miſit duos de diſcipul' ſuis] q̄ fuerūt petrꝰ ⁊ philippus. vt dicūt ambꝛoſiꝰ ⁊ Chꝛiſoſt. ⁊ etiā Hilarius. [dicens. Ite in caſtellū] id eſt ad hieruſalē que erat ſita ad radices alterius mōtis ſcz ſyon [qđ cōtra vos eſt.] id eſt vobis ex oppoſito. Hic etiam dicif ꝙ dn̄s noſter ihs xp̄s p̄uidebat ꝯtradictionez futuram in hieruſalē cōtra apoſtolos q2 poſt aſcēſionē xp̄i iudei ꝑſequebantur ap̄l'os

ꝛ flagellabãt eos oẽs ſimul ꝛ ꝓhibuerũt ne am
ꝑlius predicarẽt populo in hoc noie. Reſpõdit
petr⁹. Oportet deo plus obedire ꝙ hoib⁹. Act.
v. Unde ꝛ ps. liiij. Iniq̃tatem ꝛ ɔtradictõez vidi
in ciuitate. [ꝛ ſtatim inuenietis aſinã alligatam
ꝛ pullũ cũ ea] Ad litteram dicit̃ ꝙ in hieruſalez
erat aſina ɔmunis deputata ɔmunib⁹ vſib⁹ pau
perũ q̇ non poterãt habere iumẽta. ꝛ erat añ do
mũ cuiuſdã ligata vel in cõmuni loco: vt q̇ ea in
digebat die qua habebat eam ei pabulum da⸗
bat. pullus aũt eius nutriebat̃ ad eoſdem vſus.
Et hoc ſcdm̃ hieroñ. ꝛ rabanũ [ſoluite ꝛ adduci
te mihi. Et ſi q̇s vobis aliquid dixerit] ſcꝫ impe⸗
dire volens [dicite quia dñs hijs op⁹ habet. ꝛ cõ
feſtim] id eſt ſine cõtradictõe [dimittet eos] Un
de Chriſ. Uirtus xp̃i apparuit corã eo. id ẽ cuſto
de illoꝝ aialiũ ad dandũ ignotis. [Hoc autez fa
ctum eſt vt adimpleret̃ quod dictũ eſt ꝑ ꝓphãm
dicentẽ] zach. ix. [Dicite filie ſyon] Ly. hoc eſt ci
uitati hieruſalẽ que dicebat̃ filia ſyon. qꝛ in mon
te ſyon erat fortalitiũ ciuitatis, ꝛ ꝓtegebat̃ ciui⸗
tas ab illa pte ſicut filia a matre. [Ecce rex tu⁹]
id eſt xp̃s [venit tibi mãſuetus ſedẽs ſuꝑ aſinã ꝛ
pullũ filiũ ſubiugalis] Primo eñ ſedit ſuꝑ pul
lum. qꝛ tamẽ nõ erat domit⁹. quia nondũ fuerat
applicat⁹ humanis vſib⁹. vt dicit̃ Marci. xi. Lu
ce. xix. Ideo ſedit poſtea ſuꝑ aſinam. hoc autem
factũ eſt in figura. qꝛ ꝑ pullũ ſignificat̃ popul⁹ gen
tilis q̇ non fuerat ſubiect⁹ iugo leg̃. per aſinã ve
ro popul⁹ iudaic⁹ q̇ laborauerat ſub lege. Ad hͦ
autẽ veniebat xp̃s in mũdum vt vtrũqꝫ populuz
ſubiugaret ſibi ꝑ fidem catholicã. Notandũ aũt
ꝙ huic facto adhibetur ꝓphetie zacharie teſtio⸗
niũ vt appeat dñm ieſum oia que de ip̃o ſcripta
ſunt cõpleuiſſe. ſed ſcribe ꝛ phariſei cecati mali⸗
cia nõ intellexerũt ea que legerũt. Et iſtud dictũ
ꝓphetie extẽdit̃ ad duplicẽ aduẽtũ xp̃i. ſ. ad ad⸗
uẽtuz in carnẽ. ꝛ ſic legit̃ hoc euangeliũ in p̃ma
dñica aduẽtus ſᷓm rubricam ordis p̃dicatorum.
ꝛ ad aduentũ in hieruſalẽ: ꝛ ſic legit̃ in domica
palmaꝝ. [Euntes autẽ diſcipuli fecerũt ſicut pre
cepit illꝭ ieſus. ꝛ adduxerũt aſinã ꝛ pullũ ꝛ impo
ſuerũt ſuꝑ eos veſtimẽta ſua ꝛ euz deſuꝑ ſedere
fecerũt] hec fuit reuerẽtia quã diſcipuli xp̃o exhi
buerunt. quia non permiſerunt eum equitare ſu
per nudo: ſed ei loco ſelle veſtimenta ſua impo⸗
ſuerũt. [Plurima aũt turba ſtrauerũt veſtimẽ⸗
ta ſua in via] ſcꝫ ſub pedibus aſine: ne offende⸗
ret ad lapidẽ. Et etiam hoc factũ ẽ ip̃i xp̃o a po⸗
pulo in ſignũ reuerentie [Alij autem cedebãt ra
mos de arboribus ꝛ ſternebant in via.] qđ erat
alacritatis ꝛ gaudij ſignũ: vt dicit hierony. Et ẽ

veriſimile ꝙ de om̃i genere pulchraꝝ arborum ꝛ
p̃cipue oliuaruz. Unde eccleſia cãtat. Pueri he⸗
breorũ tollentes ramos oliuarũ ꝛc̃. Cãtat etiaz
de floribus ꝛ palmis. Occurrunt turbe cuz flo
ribus et palmis. In illa enim calida regione
tunc arbores citius florẽt. Ideo eſt credibile: ꝙ
pulchriores frondes cum flor ib⁹ ſuis vel etiã flo
res alios de terra carpebant ꝓ amenitate ꝛ iocũ
ditate oſtendẽda. [Turbe autẽ que p̃cedebant ꝛ
que ſeq̃bantur clamabant dicentes. Oſanna fi⸗
lio dauid] Cum eñ xp̃us eſſet in deſcenſu mon̄
oliueti audit um ẽ hieroſolymis de aduẽtu eius.
ꝛ tũc turba multa que cõuenerat ad diem feſtuz
ꝓceſſit ei obuiam. qꝛ audierãt miraculũ de ſuſ⸗
citatõne lazari. Multa etiam turba comitabat̃
cũ de bethania veniẽdo. ꝛ ſic om̃es ſimul. ſ. ob⸗
uiantes ꝛ comitãtes fecerũt ei reuerẽtiã claman
tes ꝛ dicẽtes [Oſanna filio dauid] Oſanna int̃
pretat̃. obſecro dñe ſaluũ me fac. [Filio dauid]
id eſt ꝑ filiũ dauid. ſcꝫ xp̃m [Bñdictus q̇ venit.]
ſcꝫ a dño deo miſſus [in nomine dñi] Unde p̃s.
Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis. Item ſcdm̃
Marcũ. turbe adhuc adiũxerũt ſecũdã laudem
dicentes. Benedictũ regnũ patris noſtri dauid.
quaſi diceret. Bñdictum regnũ patris noſtri da
uid quod reſtitutũ eſt nũc in aduentu tuo. Item
ſcdm̃ Lucam tertiã laudẽ addiderunt dicentes.
Pax in celo ꝛ gloria in excelſis. Item ſᷓm Iohã
nem quartã laudem addiderũt dicẽtes. Benedi
ctus rex iſrael q̇ venit in nomine dñi. Et ſic rece⸗
perũt eum om̃es turbe tãꝙ regez. Circa preſens
euãgelium vbi dicitur. Ecce rex tu⁹ venit tibi mã
ſuetus. eſt diligẽter ſciendum ꝙ aduẽtus xp̃i de⸗
ſiderabatur a ſuꝑioribus. ſ. ab angelis: vt reſtau
rarẽtur. Nã per incarnatõez filij dei ſedes demo
nũ cadentiũ ſunt implete. Item deſiderabat̃ ab
inferioribus. ſ. a ſanctis patrib⁹ de limbo vt inde
extraherẽtur q̇ ibi detinebãtur captiui: q̇ per ad⸗
uẽtum filij dei ſunt liberati. vt patet zach. xi. Tu
autẽ in ſanguine teſtamẽti eduxiſti vinctos đ la
cu in quo non erat aqua ꝛc̃. Item deſiderabat̃
a modernis q̇ ꝓ tunc erant in medio. id ẽ in mũ⸗
do vt in eius fide ꝛ merito ſaluarẽtur. nõ deſcen⸗
dentes ampli⁹ in infernũ. qꝛ poſt ei⁹ aduẽtuz ce⸗
lũ aſcẽdunt oẽs q̇ credũt in ip̃m in vita glorie ꝑ
manſuri. vt patet Ioh. iij. Sic de⁹ dilexit mũduz
vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret vt ois q̇ credit i ipſuz
non pereat: ſed habeat vitam eternã. Item dili⸗
genter notãdum ꝙ totũ tẽpus ante aduentũ xp̃i
fuit tp̃s rigoris ꝛ iuſticie. Nam deus in eo mag⸗
nã iuſticiam exercuit: vt patet in lucifero ꝛ ange
lis eius quos ꝓpter motũ vnuz ſuperbie de celo

piecit. Iſa. xiiij. Item pʒ in p̄mis parentibus q̄s propter vnū pomū vetitū quod comederūt d̄ paradiſo eiecit. Geneſ. iij. Itē patet in diluuio in q̄ ꝓpter peccatū carnis totū genꝰ humanum ſubmerſit: exceptis octo hominibus. Gen̄. vij. Itē etiam patet in q̄nq3 ciuitatibus. ſodoma. gomorra adama. ſeboim ⁊ ſegor. vt patʒ Gen̄. xix. Pluit dn̄s ſup ſodomam ⁊ gomorrā ſulphur ⁊ ignem de celo ⁊ ſubuertit has ciuitates ⁊ oēm circa regionem vniuerſos habitatores vrbiū ⁊ cuncta virentia terre. Itē patet in multis locis veterꝭ teſtamenti. vbi oſtēdit: ꝙ deus magnas iuſticias exercuit in homines. Nā hec ſentētia ⁊ admirāda iuſticia om̄es patriarchas ⁊ ꝓphetas ac etiam omnē hominē quantumcunq3 ſacre viueret mittebat ad carcerem inferni. Gen̄. xxxvij. Deſcēdam ad filium meū lugens in infernū. Ac etiā Johannē baptiſtam de quo chriſtꝰ teſtatꝰ eſt ꝙ inter natos mulierum non ſurrexit maior Johāne baptiſta. Mathei. xi. caplo. Unde ps. Dn̄e i celo miſc̄dia tua. quia miſericordia protūc videbatur eſſe in celo cum angelis. At vbi venit plenitudo tempis. Galath. iiij. ſcilicet tempus gratie ⁊ miſericordie quod incepit in aduētu chriſti circūquaq3 regnat ⁊ p̄ualet miſericordia iuſticie Unde ps. cxviij. Miſericordia tua dn̄e plena ē terra. hoc ſic probatur. quia chriſtꝰ poſt aduentū ſuū regnum celorum precioſiſſimū vili precio vēdidit. Nam primo ipſum dedit apoſtolis ꝓ naui ⁊ rethi. vt patet Mathei. iiij. Relictis rebus et naui ſecuti ſunt eum. Secundo zacheo dedit pro dimidio bonorū ſuorū. vt patet Luce. xix. Ecce dimidiū bonorum meorum domine do pauperibus. Tertio dedit aliis pro reſidua parte diuitiarū ſuarum vt patet Luce. xi. Quod ſupereſt date elemoſinā: ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis Quarto quibuſdam dat pro duobus erbus minutis: ſicut paupercu le vidue. vt patet Luce. xxi. Uidit autem ihesus ⁊ quādam viduam paupculam mittētem era minuta duo. Quinto quibuſdam pro calice aque frigide. vt patet Mathei. x. caplo. Quicūq3 potum dederit vni ex minimis meis iſtis calicem aque frigide: non perdet mercedē. Sexto q̄buſdam pro ſola bona volūtate vt latroni i cruce q̄ dixit. Dn̄e memēto mei dū veneris in regnum tuū. ⁊ r̄ndit ei xp̄s. Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Un̄ auguſtinus. Coronat deus intus voluntatem: vbi nō inuenit facultatem. Item notādum ꝙ hugo de prato ſuper predicta verba. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. dicit ꝙ dominꝰ ihesus chriſtus venit nobis ſeptem modis. Primo venit vt lux ad nos illuminādū. q2 oēs ceci eramꝰ. vt patet Iſa. ix. Habitātibus in regione vmbre mor. lux orta ē eis. Secūdo venit vt medicꝰ ad ſanandum. q2 oēs infirmi ad mortē iacebamꝰ. Un̄ ps. cvi. Miſit vbum ſuū ⁊ ſanauit eos. Tertio venit vt iuſtus ad iuſtificādū ⁊ peccata remittēdum. q2 oēs peccauimꝰ. iuxta illud ad Romanos. iij. Oēs peccauerūt ⁊ egent grā dei. Math. ix. Cōfide fili remittūtur tibi peccata tua. Quarto venit vt ignis ad inflāmandum. q2 in dei amore ⁊ ꝓximi oēs frigidi manebamꝰ. vt patet Luce. xij. Ignē veni mittere in terrā. Quinto venit vt redemptor ad p̄ciū nobis ſoluēdū. q2 om̄es ꝓ delicto p̄morū parētum in carcere inferni detinebamur. Unde apl's p̄mi Chorinth. vi. Empti enim eſtis p̄cio magno. Sexto venit vt vita ad viuificādum. quia om̄es vita glorie carebamus propter originale peccatum. Septimo venit vt dominꝰ om̄ipotēs ad patriā noſtrā nos deducēdo. vt patet Michee. ij. Aſcendit eīm pandēs iter an̄ eos Hec hugo de prato.

Dominica ſecūda aduentus euangelium ſm̄ Lucam. xxi.



In illo tp̄e. Dixit ihs diſcipulis ſuis. Erūt ſigna in ſole ⁊ luna et ſtellis. ⁊ i terris preſſura gētium pre confuſione ſonitꝰ maris ⁊ fluctuū areſcētibꝰ hoibus

pre timore ⁊ expectatione que ſu-
peruenīet vniuerſo orbi. Nā vir-
tutes celorū mouebūtur. Et tunc
videbūt filiū hoīs venientē in nu
be cū poteſtate magna ⁊ maieſta-
te. Hiis autē fieri incipientibꝰ: re
ſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quo
niā appropinquabit redēptio vr̄a
Et dixit illis ſimilitudinē. Vide-
te ficulneā ⁊ oēs arbores cuꝫ ꝓ-
ducūt iam ex ſe fructū: ſcitis qm̄ ꝓ
pe eſt eſtas. ita ⁊ vos cū videritis
hec fieri: ſcitote qm̄ ꝓpe ē regnuꝫ
dei. Amē dico vobis: qꝛ non pteri
bit generatio hec donec oīa fiāt
Celū ⁊ terra trāſibūt: v̄ba autem
mea nō tranſibūt. Poſtilla.

Erūt ſigna ī ſole ⁊ luna ⁊ ſtell'
⁊c. Luc. xxi. Mathei. xxiiii. Marci. xiii. Hec ꝓdi
xit dn̄s hieſus Anno eiꝰ. xxxiii. xi. kal' aplis. feria
iiii. luna. xii. indictōne. vi. Ante initium hodierni
euāgelii ſcribit ſanctꝰ Lucas ī eodē caplō ꝙ xp̄s
ꝑdicēs tp̄s extremi iudicii dixit. Surget gens ꝯ
gentē ⁊ regnū aduerſus regnū. ⁊ terremotꝰ erūt
magni ꝑ loca. ⁊ peſtilētie ⁊ fames. terroreſq3 de
celo ⁊ ſigna magna erūt. Ve pregnātibꝰ ⁊ nutri
entibꝰ ī ill' diebꝰ. Itē de extremo iudicio dicit' eti
am Luc. xvii. Sicut fulgur chorūſcās de ſub ce-
lo ī ea q̄ ſub celo ſunt: ita erit filius hoīs ī die ſua
ſcꝫ aduētus ad iudiciū. Et ſicut factū ē ī diebus
noe ita erit in diebꝰ filii hoīs. Edebāt ⁊ bibebāt
vxores ducebant et dabantur ad nuptias vſq3
in diē qua intrauit noe archā. ⁊ venit diluuiuꝫ ⁊
ꝑdidit oēs. Siliter ſicut factū eſt in diebꝰ Loth.
Edebāt ⁊ bibebāt. emebāt ⁊ vēdebāt. plātabāt
⁊ edificabāt. q̄ die aūt exiit loth a ſodomis pluit
ignē ⁊ ſulphur de celo ⁊ oēs ꝑdidit. Scd̄m hec
erit q̄ die filiꝰ hoīs reuelabit' ſcꝫ in die iudicii. vn̄
etiā de hoc dicit'. i. Theſſal'. v. Cū dixerint pax ⁊
ſecuritas: tūc repētinꝰ eis ſuꝑueniet interitꝰ.

Seq̄tur alia poſtilla ſuꝑ euangeliū.

Runt ſigna in ſole ⁊ luna
⁊ ſtell'. Luc. xxi. Math. xxiiii. Marci
xiii. Sed q̄ erūt illa ſigna declarat' Primo vt ha
bet' Iohel. ii. Sol cōuertet' in tenebras: ⁊ luna
in ſanguinē anteq̄ veniet dies dn̄i magnꝰ ⁊ ter
ribilis. Itē oſtēſū ē iohāni vt habet' apocal'. viᵒ.
Sol factꝰ ē niger tāq̄ ſaccꝰ cilicinꝰ. ⁊ luna tota
facta ē ſicut ſanguis. ⁊ ſtelle de celo ceciderunt
ſuꝑ terrā. Itē xp̄s dicit Math. xxiiii. Sol obſcu
rabit' ⁊ luna nō dabit lucē ſuā. ⁊ ſtelle cadent de
celo. Hoc nō intelligit' ꝙ cadēt de firmamēto. qꝛ
minima ſtella ſm̄ aſtronomos ē maior q̄ tota t̄ra
ſ3 tāte impꝛſſiōes ⁊ chorūſcatōes erūt ī aere decur
rētes ad terrorē maloꝝ: vt a ſimplicibꝰ hoībꝰ ſtel-
le cadere putabūt'. Vn̄ augꝰ. Tā ſeua erūt iudi-
cia dei ꝙ ipm̄ ſol aſpicere nō audebit [⁊ ī terris
ꝑſſura gētiū ꝑ ꝯfuſione ſonitꝰ maris ⁊ fluctuū]
Glo. appropinq̄nte extremo iudicio erit ſonitus
maris terribil' ⁊ fluctuū eiꝰ. nā mare eleuabitur
vltra altitudinē mōtiū q̄draginta cubit'. Vn̄ pſ.
xcii. Mirabiles elatōes maris. Tūc illi q̄ prope
mare habitabūt ī vallibꝰ fugiēt ad loca mōtana
⁊ cōprimēt ſe ꝓpt' ſonitū maris [areſcētibꝰ homi
nibꝰ] Glo. qꝛ ſicut mētē ſecuritas reficit ⁊ impug-
nat. ſm̄ illud ꝓuerb. xv. Secura mēs q̄ſi iuge cō
uiuiū. Sic timor attenuat ⁊ exiccat. ſm̄ illud ꝓ-
uerb. xvii. Spūs triſtis exiccat oſſa [ꝑ timore]. ſ.
inſtātiuꝫ malorum [⁊ expectatōe] ſcꝫ futurorum
adhuc diſtantium [que] ſcilicet timor ⁊ expecta
tio [ſuperueniet.] ſcilicet de celo [vniuerſo or-
bi] non tm̄ parti. Ex quo patet ꝙ nullus erit locꝰ
refugii. vt pꝫ Math. xxiiii. Erit tūc tribulatio q̄-
lis nō fuit ab initio mūdi vſq3 modo neq3 fiet: vt
pꝫ Daniel'. x. Veniet tale tp̄s q̄le nō fuit ex q̄ gē
tes eſſe ceperūt. [nā v̄tutes celoꝝ mouebuntur]
id ē angeli ad modum tremētium ſe habebunt.
⁊ angeli dicūtur virtutes celorum. quia ſunt in-
habitatores celoꝝ. Vn̄ Criſ. Angeli q̄ ī iudicio
aſtabūt nihil ſibi ꝯſcii videbūt infinitā multitu-
dinē ꝯdēnari nō intrepide ſ3 cū mag̃ tremore il-
lic ſtabūt [Et tūc videbūt filiū hoīs] ſcꝫ tā boni
q̄ mali. qꝛ ſm̄ mgr̄m ſent'. lib. iii. xp̄s dn̄s in for-
ma hoīs iudicabit ⁊ ī illa ab oībꝰ videbit'. Erit tm̄
differētia ex ꝑte vidētiū. qꝛ boni videbūt eū cum
mag̃ gaudio ⁊ glīa: ſ3 mali cū ꝯfuſiōe ⁊ pena. vn̄
etiā ſctūs Tho. ī q̄rto. diſt. xlviii. Sicut viſio glīe
hūanitatis xp̄i erit iuſtis ī p̄miū: ita inimicis xp̄i
erit ī ſuppliciū [venietē] ſcꝫ ad iudiciuꝫ [ī nube]
ſcꝫ lucida [cū ptāte mag̃ ⁊ maieſtate] qꝛ cū āgel'
⁊ oībꝰ ſctis ī celo exiſtētibꝰ. et tūc ꝯgregabit oēs
gētes ī vallē ioſaphat vt habet' Iohel. iii. Hiero.
vo dicit. Nō intelligēdū ē ꝙ ī illa ꝑua valle ꝯclu
dāt' innūerabilia milia hoīm: ſ3 ī loc̄ circūiacēti-

bꝰ.nā boni i aere cū xp̄o ſtabūt.mali vo i t̄ra q̄ꝝ
infinitꝰ erit numerus.cū q̇bus verus ⁊ iuſtus iu-
dex cōtendet ⁊ diſceptabit.Conſequēter in euā-
gelio hodierno poſt timorē reproboꝝ ponit̄ con
ſolatio electoꝝ cū dicit̄[His aūt fieri incipienti-
bus reſpicite]per fidē[⁊ leuate]ꝑ ſpem[capita
veſtra]id eſt corda veſtra. Unde Gregoriꝰ. Ca
pita leuare eſt mētes ad gaudia celeſtis patrie
erigere[quoniā appropinquabit redemptio ve-
ſtra]id eſt glorificatio animaruȝ ⁊ corpoꝝ .quia
poſt mūdi ruinā ſeq̇tur beatitudo.que erit in glo
rificatiōe corpis ⁊ anie.[Et dixit illis ſimilitudi-
nē.Uidete ficulneā ⁊ om̄es arbores.cū ꝓducūt
iam ex ſe fructum.ſcitis q̄m prope eſt eſtas:ita ⁊
vos cum videritis hec fieri: ſcitote quoniā ꝓpe
eſt regnū dei]Unde Hieronimꝰ.Cuȝ ramꝰ ficꝰ
tener eſt:⁊ folia nata:⁊ gēme in florē germinant
⁊ cortex folia parturit.tūc itelligitis veris ⁊ eſta
tis aduētum.Sic cū om̄ia q̄ ſcripta ſunt ⁊ q̄ xp̄i
aduētū precurrere debent videritis:ſciatis quia
ꝓpe eſt aduētus chriſti ad iudiciū.Seq̇tur cer-
titudo predictoꝝ cū dicit̄[Amē dico vobis .quia
nō preteribit gn̄atio hec]id eſt genꝰ humanum
[donec om̄ia fiāt]ſcȝ que dicta ſunt[Celū ⁊ ter
ra trāſibūt]id eſt depoſita ꝑ̄ori forma innouabū
tur.ꝑmanēte tamē ſubſtātia.Nam terra:aq̄: aer:
⁊ ignis:⁊ om̄ia elemēta ↄflagratiōe ignis mun
dabūtur.Erit em̄ terra ſicut criſtallꝰ pura.aqua
⁊ aer obſcuritate.frigiditate:fumoſitate ꝑ̄uabū-
tur:⁊ omnē frigiditatē:caliditatē:fumoſitatē:⁊ i-
puritatē.ab elemētis ſeparabit ⁊ in infernum de
trudet.vt mali infinities plus habeant de frigo-
re:de calore.de fetore q̄ꝫ habuerūt[v̄ba aūt mea
nō trāſibūt]ſcȝ ſine effectu impletionis. Unde
Hieronymus. Facilius eſt tranſire terram q̄ꝫ xp̄i
verba.Nam ſi om̄ia que in lege ⁊ ꝓphetis ſcri-
pta ſunt impleta ſunt ⁊ adimplebūtur.quō ergo
chriſti verba que per ſe perſonaliter eſt locutus
non adimpleri debeant.Ergo verba chriſti non
tranſibunt incompleta.ſed minima littera com
plebitur.vt patet Math.v.Amē dico vobis do-
nec tranſeat celum ⁊ terra:iota vnum aut apex
vnus nō preteribit a lege:donec om̄ia fiāt. Qui
ergo ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis. et
docuerit ſic homines minimus vocabitur in re-
gno celorum.qui autem fecerit ⁊ docuerit.h̄ ma
gnus vocabitur in regno celorum. Unde circa
preſens euangelium vbi dicitur. Tunc videbūt
filium hominis venientem in nube cum poteſta
te magna.notandum ꝙ chriſtus non veniet niſi
prius veniat antichriſtus. Quando antichriſtꝰ
veniet.Reſpondetur primo in tempore peccato-
rum abundantie.vt habetur Danielis.viij.Cum
creuerint iniquitates conſurget rex impudens.
Glo.omnium iniquitatum plenꝰ. Unde Oſee
iiij.dicitur ꝙ tempore antichriſti plus q̄ꝫ prius
abundauit mendatium.adulterium.furtum.ho-
micidiuȝ.rapina.auaricia.ſuperbia.⁊ ſic d̄ alijs
vicijs.Unde etiam Math.xxiiij.Abundabit in
iquitas:⁊ refrigeſcet multorum claritas. Quis
dubitat iam proximū ipſius tempus fore cum iā
ex mala cōſuetudine infinita mala fiant.que no
ſtrorum parentum tempore non modici fuerunt
dedecoris.que nunc temporis computantur int̄
facta honoris.ſicut habere amaſias ⁊ bouiſatri
ces.deceptiones in emptionibꝰ ⁊c̄. Unde Pro-
uerbioꝝ.ij.Letantur cum malefecerint. O ſi iaȝ
tot mala fiunt:quanta mala tunc erunt tempo-
re antichriſti. Unde quāto magis finis mūdi ap
propinquat tanto peiores homines erūt.Secū-
do veniet tēpore litiū ⁊ preliorū. Unde Math.
xxiiij.Surget gens contra gentem:⁊ regnuȝ ad
uerſus regnum.Si ergo tot lites noſtris tempo
ribus ſunt ⁊ prelia quot tunc erunt tempore an-
tichriſti quando ſathanas ſoluetur qui nunc li-
gatus tenetur.vt habetur Apocal.ij. Tertio ve-
niet tempore magne famis.quia ex guerris con
tinuis ſequitur fames . Unde Luce.xi. Omne
regnum in ſe diuiſum deſolabitur.quia agricole
tunc nec agros colere:nec ſeminare poſſunt.q̇d
demū.tunc fames ⁊ chariſtia nō modica ſequet̄
Unde dicitur in pſ̄.cvi.Terra fructifera verſa ē
in ſalſuginē a malicia inhabitātiū in ea.Quar-
to veniet tp̄e magne peſtilentie. Nā om̄e quod
viuit cibo indiget. Unde Ariſtoteles.i.ethicoꝝ.
Non poſſibile eſt diu viuere ſine cibo. Ideo qui
cibo caret ac famis macie torquetur. propter ꝑ-
ditionem humidi radicalis infirmabit̄.⁊ tandeȝ
leui ſuperueniente febricula homo ſubito quaſi
ex peſtilentia vt phiſici naturales dicunt morie-
tur. Quinto veniet tempore diſcidij regnorum
a romano imperio.ij.ad Theſſa.ij. Niſi venerit
diſceſſio primū:ſcȝ regnorum a romano imperio
Unde gloſa ſuper illud Danielis.vij.Et habe-
bat cornua decem.dicit ꝙ appropinquante die
iudicij romanum imperium ſcindetur in decem
partes :⁊ in decem regna.Sexto veniet tempo-
re ſciſmatis in eccleſia dei.vt dicit gloſa ſuper ꝓ̄
miſſa verba apoſtoli.Niſi venerit diſceſſio ꝑ̄muȝ
ſcȝ ab obedientia romane eccleſie. Septimo ve
niet tempore hypocriſis illorum qui ſe putāt re-
ligioſos pre ceteris hominibus.i.Thimotheuȝ

iiij. In hypocriſi loquētium mendatiū: ⁊ cauthe-
riatā habentium ſuam conſcientiā prohibētes
nubere: abſtinere a cibis quos de⁹ arguit: ad pci
piēdū cū gratiarū actiōe fidelib⁹: ⁊ his q̄ cogno
uerūt veritatē. Itē Mathei. xxiiij. Surgēt pſeu
do xp̄i ⁊ pſeudo pphete. ⁊ dabūt ſigna mag̃ ⁊ p
digia: ita vt in errorē inducātur ſi fieri poteſt: eti
am electi. Octauo veniet tēpore hereſis. Unde
apl'us. i. ad Thimotheū. iiij. Diſcedāt q̄dam a fi
de attēdētes ſp̄us errorꝫ ⁊ doctrinis demoniorū
Nono veniet in iſti⁹ mūdi fine. qa poſt mortē an
tichriſti nō lōge mūdus finiet̃.

Dn̄ica. iij. aduent⁹. Euangeliū ſm Math. xi.



In illo tp̄e. Cū audiſſet
iohānes in vincul' opera
xp̄i: mittēs duos de diſci
pulis ſuis. ait illi. Tu es q̄ vētur⁹
es: an aliū expectam⁹. Et r̄ndens
ieſus ait ill'. Euntes renūciate io-
hāni q̄ audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vi
dēt. claudi ābulāt. leproſi mūdāt̃:
ſurdi audiūt: mortui reſurgūt: pau
peres euāgelizant̃. Et beat⁹ eſt q̄
nō fuerit ſcādaliſat⁹ i me. Ill' aūt
abeūtib⁹, cepit ieſus dicere ad tur
bas de iohāne. Quid exiſtis i de-
ſertū videre arūdinē vēto agitatā
Sz q̄d exiſtis videre hoīez mollib⁹
veſtitū. ecce q̄ mollib⁹ veſtiūt̃ i do
mib⁹ regū ſūt. ſz q̄d exiſtis videre
pphetā. Etiā dico vob̄ ⁊ pluſq̄ p
phetā. Hic em̄ ē de quo ſcriptū eſt
Ecce ego mitto āgelū meū an fa-
ciē tuā. q̄ pparauit viā tuā ante te

Poſtilla

Cū audiſſet iohānes in vincul'
opa xp̄i: mittēs duos d̄ diſcipul' ſuis. ait illi. tu es
q̄ vētur⁹ es. Math. xi. Hoc euāgeliū factū ē āno
xp̄i. xxxi. yd⁹ decēbris. feria. vi. lūa. xix. idictōe. iiij
An initiū illi⁹ euāgelij ſcribit btūs mathe⁹ in p
cedēti caplo q̄ xp̄s dixit diſcipul' ſuis. Qui vos
recipit me recipit. ⁊ q̄ me recipit: recipit eū q̄ me
miſit. Qui recipit pphāz i noīe pphe: mercedez
pphete accipiet. Et q̄ recipit iuſtum i noīe iuſti
mercedē iuſti accipiet. Et q̄cūq; potū dederit vni
ex minimis iſtꝫ calicē aq̄ frigide tm̄ in noīe diſci-
puli: amē dico vob̄ nō pdet mercedē ſuā. Tūc p⁹
h̄ ſeq̄t̃ euāgeliū [Cū audiſſet iohēs i vincul' opera
xp̄i] Lyra. Herodes ātipas icarcerauit iohēz ad
inſtātiā herodiadis adultere: ppt̄ h̄ q̄ iohēs ar-
guebat ipm herodem eo q̄ abſtulerat fratri ſuo
philippo vxorē ſuā noīe herodiadis. vt h̄r marci
vi. miſit herodes ⁊ tenuit Johēm: ⁊ vinxit eum
in carcerem. Johannes ergo in carcere poſitus.
[miſit duos de diſcipulis ſuis ad Jeſum] vt di-
cerent [Tu es qui venturus es] ſcꝫ meſſias i le-
ge pmiſſus q̄ debes ſaluare iſrahel [an alium ex
pectam⁹] Hic querit̃ an Johānes dubitauit de
xp̄o: an ipe eſſet ſaluator mūdi: ⁊ an eſſet moritu
rus in humana natura p hoīs ſalute. R̄ndet̃
q̄ nō dubitauit: qa ipm pus baptiſauit. Math.
iij. Et vidit ſpm̄ ſanctū deſcendentē ſup eū. Et i-
ſuper de eo teſtificat⁹ eſt: dicēs. Ecce agnus dei.
ecce q̄ tollit peccata mūdi. Sed diſcipuli ei⁹ qui
nō ſic erāt illuminati: dubitauerūt ipm eſſe xp̄m
Et ideo miſit diſcipulos ſuos vt viderēt miracu
la xp̄i. ⁊ ſic crederēt ipm eſſe ſaluatorē mūdi. iſti
aūt duo diſcipuli recedentes a Johāne inuene-
rūt chriſtū cū turbis populoꝝ q̄ venerāt ad eum
cū infirmis ſuis: ⁊ expectabāt infirmoꝝ curatio-
nē. Et poſt p̄dicatiōem tūc diſcipuli Johānis fe
cerūt ſibi p̄dictam queſtionē corā omni populo

Chriſtus aũt nõ reſpondit eis ṽbo:ꝫ facto vt ꝺ:
Luce.vij. In ipa hora xp̃us multos hoies cura-
uit a languorib⁹ ſuis.⁊ plagis ⁊ ſpiritib⁹ malis
⁊ cecis multis donauit viſum[Et r̃ndẽs dixit ill'
Euntes]id eſt reuertẽtes vnde veniſtis[renũci
ate Johãni]ſcꝫ ad ſuã ꝯſolatiõem:⁊ ad veſtraꝫ
ꝯfirmatiõem[que audiſtis]ſcꝫ in mea p̃dicatio
ne[⁊ vidiſtis]in miraculoꝝ opatiõe[ceci vidẽt:
claudi ambulãt.leproſi mũdãtur.ſurdi audiunt.
mortui reſurgũt.paupes euãgeliſant]id eſt de-
nũciãtur habere regnuꝫ celoꝝ.vt patet Luce.vi.
Beati paupes:qm̃ ipoꝝum eſt regnũ celoꝝ.Per
hec em̃ opa chriſtus manifeſte ꝓbauit ſe eẽ meſ
ſiam[⁊ beat⁹ qui nõ fuerit ſcãdaliſatus in me].
Gor.id eſt cũ me poſt tot miracula viderit pati ñ
me negabit[Illis aũt abeũtib⁹]ſcꝫ a xp̃o:⁊ reu
tẽtib⁹ ad Johãnẽ[cepit Jeſus dicere de Johã-
ne]ſcꝫ ip̃m cõmẽdando.Hylari⁹.Chriſtus com
mẽdauit Johãnem nõ p̃ntibus diſcipulis eius
ſed abeũtibus:ne videret̃ eũ adulatorie cõmen-
dare.Mos em̃ adulatoꝝ eſt in ꝯſpectu hominũ
laudare:⁊ in abſentia eoꝝ vituperare:tales ſunt
ſimiles ſcorpionibus qui cũ aculeis anteriorib⁹
quaſi applaudẽt:ſed cauda pũgũt.Et chriſtus
cõmendat Johãnem in q̇nq꞉.Primo de virtu-
te ꝯſtantie cuꝫ dicit[Quid exiſtis in deſertum]
Lyra.id eſt vltra iordanẽ vbi Johãnes baptiza
bat[videre arũdinẽ vẽto agitatã]quaſi diceret
vos exiſtis in deſertũ ad Johãnem qui non fuit
mobilis in mẽte:ſicut arũdo a vẽto agitata:ſed
eſt ita cõſtans ꝙ nec timore nec amore a verita-
te declinat.Secũdo de auſteritate vite:cũ dicit.
[Sed quid exiſtis in deſertum videre hominẽꝫ
mollibus veſtitũ]quaſi diceret:nõ q: Johãnes
habebat veſtimẽtũ de pilis cameloꝝ:⁊ eſca eius
erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre:⁊ ideo habitabat i de
ſerto vt auſteram vitam duceret[Ecce qui molli
bus veſtiũtur in domibus regum ſunt]Ad h̃ em̃
multi de magnatibus adulantur:vt cum ipis cõ
morãtes delitijs vtantur:ſed veritatis amatores
talia aſpernãtur.Tertio cõmendat euꝫ chriſtus
a claritate noticie cũ dicit[Sed q̇d exiſtis vide-
re ꝓphetam]quia Johãnes plus fuit ꝙ̃ ꝓphe-
ta.quem alij ꝓphete predixerũt venturum:ipſe
em̃ adhuc in vtero matris poſitus agnouit:⁊ po
ſtea ip̃m baptiſauit:⁊ digito mõſtrauit.Quarto
cõmendauit eum auctoritate doctrine dicens.
[Hic em̃ eſt de quo ſcriptum eſt]Malachie.i.
[Ecce ego mitto angeluꝫ meum]id eſt Johan-
nem qui vitam duxit angelicã[ante faciem tuaꝫ
qui preparauit viam tuaꝫ ante te]id eſt corda au
dientiũ ad recipiendum chriſtũ per predicatiõeꝫ
ſuam.Quinto cõmendat eũ imediate poſt ho-
diernũ euãgeliũ ſup om̃es ſanctos dicẽs.Inter
natos mulierum non ſurrexit maior Johãne ba
ptiſta.

Dñica.iiij.aduẽtus Euãgeliũ ſcḋm Johẽm.i.c.



In illo tp̃e.Miſerũt iu
dei ab hieroſolimiſ ſacer
dotes ⁊ leuitas ad iohã
neꝫ vt interrogarẽt eũ:tu quis es
⁊ ꝯfeſſuſ ẽ ⁊ nõ negauit.⁊ ꝯfeſſus
eſt q: nõ ſum ego xp̃s.Et interro
gauerũt eũ.Quis ergo helyas es
tu.⁊ dixit.Nõ ſum.Propheta es
tu.⁊ r̃ndit.Nõ.Dixer̃t ergo iudei
Quis es tu vt r̃nſum dem⁹ his q̇
miſerũt nos.Quid dicis de teipo
ait.Ego vox clamãtis in deſerto
dirigite viaꝫ dñi:ſicut dixit yſaias
ꝓpheta.Et q̇ miſſi fuerãt erãt ex
phariſeis:⁊ interrogauerũt eum ⁊
dixerunt ei.Quid ergo baptizas
ſi tu non es chriſtus:neq꞉ Hely-
as:neq꞉ propheta.Reſpondit
eis Johannes dicens.Ego ba-

ptiſo i aqua:mediꝰ aũt veſtrũ ſte-
tit quẽ vos neſcitꝭ. Ipſe eſt q̇ poſt
me vẽturꝰ ẽ:q̇ ante me factꝰ ẽ:cu-
ius ego nõ ſum dignꝰ vt ſoluã eiꝰ
corrigiam calciamẽti. Hec ĩ betha
nia facta ſunt tranſ iordanez vbi
erat iohãnes baptiſans. Poſtilla

Miſerunt iudei ab hieroſoly-
mis ſacerdotes ꝛc. Johis.i. Luc.iij. Hyſtoria hu
ius euãgelij facta eſt anno dñi.xxxi. feria.iiij.xvij
kal'. Maij.luna.xv.inditiõe.iiij. Ante initiũ illiꝰ
euãgelij habet Luc.iij. ꝙ anno quindecimo im-
perij Tyberij ceſaris.ſcʒ ſub quo paſſus eſt xp̄s
factum eſt v̉bum dñi ſuper Johãnẽ zacharie fi-
liũ in deſerto.ſcʒ cũ Johãnes eſſet.xxx.ãnoꝝ.ꝛ
venit in omnẽ regionem iordanis p̄dicãs bapti
ſmũ penitẽtie in remiſſionẽ peccatoꝝ. Dicebat
aũt ad turbas que exibant vt baptizarentur ab
eo. Facite dignos fructus penitẽtie. Jam enim
ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Omis ergo
arbor nõ faciẽs fructum bonũ excidetur ꝛ in ig-
nẽ mittetur. Multa q̇dem ꝛ alia exhortãs euan
gelizabat populo. Unde iudei vidẽtes iohãnis
baptiſte mirabilẽ natiuitatẽ ꝛ eius excellentem
ſanctitatẽ ꝛ auſteritatez vite.ideo moti fuerunt
ad opinãdum ip̄m eſſe chriſtũ.ꝓpter qd̓ miſerũt
nũcios ad iohãnem.volẽtes ſup hoc ſcire verita
tem. Lyra. Et in iſto modo querẽdi exhibuerũt
iohãni magnã reuerẽtiã:ꝛ hoc patet ex quattu-
or in littera. Primo ex ꝑſoniſ mittẽtibus ad ip̄m
nũcios.ꝛ hoc notaꝉ cum dicitur[ Miſerunt iu-
dei].i.illi de tribu iuda.q̇ erãt nobiliores in ppl'o
iudeoꝝ. In ſignũ huius de tribu iuda naſci volu
it. Secundo ex loci nobilitate.quia[ab hieroſo-
lymis]que erat ciuitas ſacerdotalis ꝛ regia. q̇a
erat caput regni. Tertio ex nuncioꝝ ſolennitate
Miſerũt em̄[ſacerdotes ꝛ leuitas ad eũ]q̇ erãt
ſolẽnes ꝑſone.ꝛ in ip̄is debebat ſciẽtia ꝛ ſancti
tas eminere. Quarto ex ꝑſona ad quã mittunt.
ſcʒ ex hoc ꝙ req̇rũt teſtimonium de ſeip̄o.ꝛ tan-
tam fidẽ habuerũt in dictis eius:vt ei crederent
etiã de ſeip̄o ergo dicũt[Tu q̇s es] vt reſp̄onſiõe
eius diſcerneret q̇s ip̄e eſſet[ꝛ ꝯfeſſus eſt ꝛ non
negauit.ꝛ ꝯfeſſus eſt q̇a nõ ſum ego chriſtus].
Nam chriſtus.i.meſſias fuit promiſſus iudeis ex
dictis ꝛ ſcripturis ꝓphetarũ. Audiẽtes q: non
eſſet chriſtus.interrogauerũt ꝯſequenter ſi eſſet
helyas.quia ſicut aduẽtus chriſti.ſic ꝛ aduẽtus
helye fuerat iudeis ꝓmiſſus. Unde dicitur Ma-
lachie vlti. Ecce ego mittã vobis helyam ꝓphe-
tam anteꝙ̃ veniet dies dñi magnꝰ[ꝛ dixit: non
ſum]ſcʒ ego helyas. Si q̇s diceret.xp̄s Math.
xi.loquẽs de Johãne dicit. Ipſe eſt helyas. Et
Johãnes hic dicit.nõ ſum helyas. Reſp̄õdetur
ꝙ ip̄i q̃rebãt de ꝑſona helye.ꝛ iõ ad eoꝝ q̃ſtionẽ
r̄ndit ꝙ ip̄e nõ erat helyas in ꝑſona. Sed vt di-
cit Grego.in omel'. Johãnes fuit helyas in ſpi-
ritu ꝓpter ſil'itudinẽ ꝛ ꝯformitatẽ ip̄ius ad he-
lyam. Primo in auſteritate vite.quia de helya di
citur.iiij.libro Regũ.capl'o p̄mo.ꝙ fuit vir pilo-
ſus ꝛ zona pellicea circa renes accinctꝰ. Et d̓ io
hãne d̓r Math.iij. Et hẽbat veſtimẽtuz de pilis
cameloꝝ.ꝛ zonã pelliceam circa lumbos eiꝰ. Se
cũdo in dura reprehenſione. Helyas em̄ regem
achab dure reprehẽdit.vt habet.iij. Regũ.xviij
Johãnes herodẽ arguebat. vt habetur Marci
vi. Fuit etiã ſimilis helye in officio:quia iohan-
nes fuit precurſor p̄mi aduẽtus. ſic helyas erat
p̄curſor ſecũdi aduẽtus. Et hoc voluit chriſtꝰ cũ
dixit ip̄m eſſe helyam[Propheta es tu. Reſpõ
dit nõ] Gregorius. Johãnes negauit ſe eſſe pro
phetam tantum.quia plus erat ꝙ̃ propheta[Di
xerũt ergo iudei. Quis es tu.vt r̄nſum demꝰ his
qui miſerunt nos. Quid dicis de teip̄o.ait] ſcili
cet Johãnes[Ego vox clamãtis in deſerto diri-
gite viã dñi:ſicut dixit yſaias ꝓpheta]id eſt ego
ſum ille de quo ſcriptura dicit Yſa.xl. Qui debet
clamare in deſerto iudeꝙ homies ſe preparent
ad aduẽtũ chriſti i mũdũ. Et bene ſignatur Johã
nes in ꝓprietate vocis quia erat annũciator ver
bi diuini.id eſt chriſti qui eſt verbũ patris ſ̉m di
uinitatẽ. Vox em̄ ante verbũ.ſic Johãnes ante
chriſtũ. Item ſicut vox manifeſtat verbũ:ſic Jo-
hãnes chriſtũ.tota em̄ vita ꝛ ꝯuerſatio Johan-
nis fuit p̄paratio ad ſuſceptiõem xp̄i[ꝛ qui miſ-
ſi fuerãt erãt ex phariſeis] Lyra. Phariſei inter
alios videbãtur magis religioſi.propter hoc di-
cebãtur phariſei a phares qd̓ eſt diuiſio.quia in
habitu in vita ꝛ geſtu erãt ab alijs diſtincti in ſi-
gnũ maioris religionis. Et ideo phariſei erant
magne fame in populo iudeoꝝ[Et interrogaue
runt eũ:ꝛ dixerũt ei. Quid ergo baptiſas ſi tu ñ
es chriſtus:neqꝫ helyas:neqꝫ ꝓpheta] Uñ Cri
ſoſto. Interrogauerũt eũ nõ quaſi ſcire volentes
ſed ꝓhibere eum a baptiſmo[Rñdit eis Johã-
nes dicẽs.ego baptiſo in aqua]ſcʒ lauãdo tan-
tum corpus ad deſignãdũ illũ qui ſuo baptiſma
te lauabit aĩas. Conſequẽter oſtẽdit chriſti excel
lentiã dicẽs[medius aũt veſtrũ ſtetit]id eſt p̄ns

inter vos in corpore apparuit: ⁊ cōmuni ꝯuerſa-
tiōe inter homies ꝯuerſatus ē. vt patet in euāge
lijs cū eis mādu cās ⁊ bibēs ne ꝓpter auſterita-
tē aliq̇ deſperarēt [quē vos neſcitis] q̄tū ad di-
uinitatē [ipe eſt q̄ poſt me vēturus eſt] Tho. ſcʒ
ad predicādum: baptiſandū: ⁊ moriēdū [qui an-
te me factus eſt] id eſt in dignitate ꝑpoſitus eſt:
q̄a dignior ē ⁊ honorarior [cuius nō ſuʒ dign⁹]
id eſt ſufficiēs [vt ſoluā corrigiā calciamēti ei⁹].
Unde hierō. ad euſtochiū. Chriſtus nūq̄ fuit
calciatus. Ipſe enim portare calciamenta apo-
ſtolis prohibuit. Luce. x. Et chriſtus ſemꝑ fecit
oꝑe qđ docuit v̄bo. Unde habet̃ Act. ꝑmo. Ce-
pit ieſus facere ⁊ docere. Lyra dicit q̄ hec eſt lo-
cutio methaphorica. q̄a in hoc Johānes exꝑmit
ſe nō eſſe dignū exhibere xp̄o etiā minimū mini
ſteriū: hoc in v̄bis iam exꝑmēs ſm modū loquē
di cōmunē. Cū eīm q̇s ſuam paruitatē ⁊ excellen
tiā alterius vult exprimere: ſolet dicere cōmunit̃
nō ſum dignus tāgere ſotulares eius vel aliq̇d
hmōi [Hec in bethania facta ſunt] Lyra. nō ē il
la q̄ ꝓpe hieruſalē eſt: vbi lazarus fuerat ſuſcita
tus. ſed alia eodē nomie vocata ſita ſupra iorda
nē ex altera parte fluminis in ſorte duarū tribuum
⁊ dimidie. Et ideo ad hoc denotandū ſubditur.
[trās iordanē vbi erat iohānes baptiſans] que
aqua diſtat a hieruſalem ad vnā dietā. ⁊ in eodē
loco ꝯſueuerat iohānes cōmorari ⁊ predicare ⁊
baptiſare: ⁊ multi cōueniebāt illuc ad eum vt ba
ptiſarent̃ ab eo. Unde circa pn̄s euangeliū vbi
dicitur. Tu q̇s es: querit̃ quare iudei magis đ io
hanne q̄ de xp̄o credebāt. Rn̄dit Criſoſto. q̄ tri
plex fuit ratio. Prima ratio eſt. q̇a iohānes erat
de magno genere: vtpote filius zacharie magni
ſacerdotis. Et q̇a miraculoſe natus eſt devtroq̄ʒ
parēte ſterili ⁊ ſene. Chriſt⁹ aūt vt ipi credebāt
erat filius fabri ⁊ cuiuſdā pauꝑcule mulieris ⁊ nō
miraculoſe natus. q̇a de iuuencula q̄uis de ſene
patre. Secūda ratio eſt. q̇a iohannes in victu ⁊
veſtitu magis aſperā vitā q̄ xp̄s agere videbatur
Nā tunicā de pilis camelorū habebat. ⁊ zonā pel
liceā ad lūbos eius. ⁊ cib⁹ eius locuſte ⁊ mel ſil
ueſtre. vt patet math. iij. Chriſtus aūt cōmunib⁹
veſtib⁹ induebat̃ ⁊ cōmuni cibo vtebat̃: ⁊ cū ho
minib⁹ in nuptijs ⁊ cōuiuijs comedebat. Ter-
tia ratio eſt: q̇a Johānes ꝯſortia hominū deuita
bat: ⁊ in deſerto morabat̃ latitās in antris ⁊ ſpe
luncis. donec ſpūſſanctus ei dixit vt exiret ad ꝑ-
hibēdū teſtimoniū de xp̄o. Et tūc venit ad iorda
nē predicās baptiſmū penitentie. vt patet Luce
iij. Chriſtus aūt morabat̃ cū hominib⁹. ⁊ cōuer
ſabat̃ cū peccatoribus. ⁊ mādu cabat cū ipis. vt
patet math. xi. Propterea ergo iudei ad iohānē
legationē miſerūt: vt eū interrogarēt an eēt xp̄s.
Et reſpōdit quia nō ſum ego xp̄s.

Euāgeliū in gallicātu natiuitatis xp̄i.

In illo tempe. Exijt edi
ctuʒ a ceſare auguſto: vt
deſcriberetur vniuerſus
orbis. hec deſcriptio ꝑma facta eſt
a preſide ſyrie cyrino. Et ibāt om
nes vt ꝓfiterētur ſinguli in ſuam
ciuitatē. Aſcēdit auteʒ ⁊ ioſeph a
galilea de ciuitate nazaret in iude
am ciuitatē dauid: q̄ vocat̃ bethle
em: eo q̄ eſſet de domo ⁊ familia
dauid: vt profiteret̃ cum Maria
deſpōſata ſibi vxore pregnāte. Et
factum eſt dum eſſent ibi impleti
ſunt dies vt pareret. Et peperit fi
lium ſuū ꝑmogenitū: ⁊ pānis eum
inuoluit. ⁊ reclinauit eū in preſe-
pio: quia nō erat ei locus in diuer
ſorio. Et paſtores erāt in regione
eadem vigilantes: ⁊ cuſtodientes
vigilias noctis ſuꝑ gregē ſuū. Et
ecce angelus dn̄i ſtetit iuxta illos
⁊ claritas dei circūfulſit illos: ⁊ ti
muerūt timore magno. Et dixit il
lis angelus. Nolite timere. Ecce
eīm euāgeliſo vobis gaudium ma-
gnū qđ erit om̄i populo: quia na-
tus eſt nobis hodie ſaluator q̇ eſt
xp̄s dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc
erit vobis ſignum. Inuenietis in
fantē pānis inuolutū: ⁊ poſitū in
preſepio. Et ſubito facta eſt cū an
gelo multitudo celeſtis militie ex

## ercitis laudantiū deū ⁊ dicentium Gloria in altiſſimis deo. Et i terra pax hominibꝰ bone voluntatiſ.

## Poſtilla

## Exijt edictū a ceſare auguſto.

Luc.ij. Hyſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt anno xpi pmo vſuali.xij.kal. Ianuarij.feria.iiij.lūa.xxvij. indictiōe.iij. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctus Lucas in pcedēti caplo ortū ſancti iohānis baptiſte:ſcȝ quō nūciatꝰ eſt ꝑ angelū gabrielem patri ſuo zacharie in tēplo.⁊ quō natus eſt ð ſterili matre.⁊ quō in circūciſione vocatū eſt nomē eius iohānes.⁊ quō ipe puer creſcebat ꝗtuȝ ad augmētū corpis.⁊ ꝯfortabaꝛ ſpū.ſcȝ ꝗtū ad augmētū gratie ⁊ ꝟtutis. Et erat in deſerto vſqȝ ad diē oſtēſiōis ſue ad iſrahel. Et deſcribit ortū precurſoris. Hic ꝯſequēter deſcribit ortū ſaluatoris dicēs. Factū eſt aūt in diebꝰ illꝭ [Exijt edictuȝ a ceſare auguſto] Lyra. hic oſtēdiꝛ tps natiuitatis xpi:q natus eſt imperāte ceſare auguſto.q noiatus eſt auguſtus ab augēdo.qa valde notabiliꝛ auxit imperiū romanū:q regnauit quadraginta duobꝰ annis.⁊ duodeci annis ante natiuitatem chriſti.⁊ poſt tanta fuit pax in vniūſo orbe.vt ad litterā videreꝛ impletū qð pdixit Yſa.c.ij. Conflabūt gladios ſuos in vomeres.⁊ lanceas ſuas in falces. Unde etiā in ps.lxxi. Orieꝛ in diebꝰ eiꝰ iuſticia ⁊ abūdātia paꝗ. Itē Yſa.ij. Non leuabit gēs ꝯtra gētē gladiū. Et ſic in diebꝰ ceſaris auguſti oīmbꝰ gētibꝰ romano imperio ſubiectꝭ fuit pax vniūſalis in orbe.ideo mādauit [vt deſcribereꝛ vniuerſus orb] vt ꝑ hoc ſciretꝛ qualꝛ terre eēnt populate.⁊ ꝗta tributa ſue glie poſſent reddere:vt ſic tributis indebitis nō grauarenꝛ.⁊ etiam ſciretꝛ ꝑ quēmodū ſingule terre a romano imperio meliꝰ regerētur [Hec deſcriptio pma facta eſt a preſide ſyrie cirino] Hūc em̄ cyrinū ceſar auguſtꝰ pfecerat terre ſyrie ad ipam regēdā. Et qa ſyria ē in medio terre habitabiꝛ:⁊ ibi fuit ipa deſcriptio pmo inchoata vt inde denūciaretꝛ fieri i alijs ꝓuincijs circulariter [⁊ ibāt oēs vt ꝓfiterenꝛ ſinguli in ciuitatē ſuā] ſcȝ vnde oriūdi erāt. Profitebātur aūt dupliciter ſe ſubiectos eſſe romano imperio.ſcȝ ſcripto ꝙ noia eoꝝ ſcribebāꝛ ⁊ facto.qa ſoluebāt cenſum impatori ſcȝ vnū nūmū argēteū valētē decē nūmos vſuales [Aſcendit aūt ⁊ ioſeph] ſcȝ vir marie [a galilea] qꝛ inferior erat ꝙ iudea [de ciuitate nazareth] vbi xps ꝯceptus erat.⁊ in q ioſeph manebat [in iudeā ciuitatē dauid] id eſt in bethleē q ðꝛ ciuitas dauid.qa inde oriūdus fuit.i.Reg.xvij.[eo ꝙ eēt de domo ⁊ familia] id eſt de genere [dauid vt ꝓfitereꝛ cū maria ſibi deſponſata vxore pregnāte] ipa em̄ erat de eadē tribu cū ioſeph. Et licet maria nō fuiſſet obligata tanꝙ pregnās illuc ire ꝓpter longitudinē vie.qa nazareth diſtat a bethleem qſi ꝑ tres dietas.tn̄ ꝓpter exēplū obedientie cū ipis mulieribꝰ ire voluit. Itē ex diuina diſpoſitiōe hoc factum eſt:vt ſic xps naſceretur in bethleē ſicut pdictū fuit Michee.v. Et tu bethleem terra iuda nequaꝙ minima es in pncipibꝰ iuda:ex te em̄ exiet dux q regat populū meū iſrꝉ. [Et factū eſt dū eſſent ibi:impleti ſunt dies eiꝰ vt pareret] ſcȝ nouē mēſes impleti ſunt a die ꝯceptiōis chriſti [⁊ pepit filiū ſuū pmogenitum] Diciꝛ aūt pmogenitꝰ:nō qꝛ poſt illū habuit filios alios.ſ qꝛ ante illū aliū filiū nō habuit:qa ſicē ante partū:ita in ꝑtu ⁊ poſt ꝑtū inuiolata ꝟgo ꝑmanſit. Tūc ipleta eſt iſta ꝓphetia. Yſa.vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ⁊ pariet filium. Et ipa btā virgo Maria magnū gaudiū habuit in xpi natiuitate ⁊ hoc iō.qa ſine dolore ſine afflictiōe.⁊ ſine debilitatiōe ſui genuit filiū.quē ſciuit eſſe deum ⁊ hominē. Nā ſicut ꝟgo ꝯcepit ſic ⁊ ſine dolore genuit [⁊ pānis eū inuoluit] ſcȝ ꝑ ſeipam. Lyra. ex quo patet falſitas q ſcribiꝛ i libro de infantia ſaluatoris.ſcȝ ipam obſtetrices habuiſſe q nō reqrūtur niſi ꝓpter afflictionē matris in partu.q non habuit locū in virgine puerpera.qa pepit ſine dolore ⁊ ſine debilitate [⁊ reclinauit eū i preſepio] Ly. Ioſeph ei i itinere adduxerat ſecū aſinuȝ ad portādum vxorē pgnātē ⁊ bouē ad vēdenduȝ vt de pcio ſolueret expēſas in via. Et illꝭ duobꝰ aialibꝰ fecit preſepiū iuxta ſe.in q btā ꝟgo Maria reclinauit filiū natū.qð fuerat pdictū Yſa.i. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū:⁊ aſinꝰ preſepe domini ſui. Dicūt em̄ qdā ꝙ aſinꝰ ⁊ bos genu flexerūt corā chriſto Abachuc.iij. In medio duū aialuȝ cognoſcerꝭ.vnde Bern̄.o xpiane vide qlis pro te factꝰ eſt xpus:qa ſi rex:vbi aula regia.vbi throni ſublimitas.vbi curie regalis frequētia. Ecce aula regia.ſtabulū.throni ſublimitas pſepiū.curie regalis frequētia.bos ⁊ aſinꝰ [qa nō erat ei locꝰ in diuerſorio] Bor. hic reprehēdūtur xpianoꝝ delicie.diuitie.⁊ honores huiꝰ mundi. Delicie in hoc ꝙ dei filius nō mollibꝰ vel calidis pelliceis indutꝰ fuit.ſ vilibꝰ pānis inuolutuſ. Honores in hoc ꝙ nō in palatio:ſ in pſepio eū reclinauit matꝛ ſua. Diuitie in hoc ꝙ locū non habuit in diuerſorio. Unde Bern̄.o homo qd ſollicitus es de regali

paſſacio. ecce rex tu⁹ iacet in preſepio. quid cogitas de pcioſo indumēto: rex tu⁹ induit͂ vili panniculo [Et paſtores erāt in regiōe eadē vigilātes ꝛ cuſtodiētes vigilias noctis ſup gregē ſuū] ſcʒ iter hieruſalē ꝛ bethleē. q̄ ciuitates diſtāt duo miliaria ab inuicē [Et ecce angel⁹ dn̄i ſtetit iuxta illos] ſcʒ par⁹ ad reuelandū eis diuina [ꝛ claritas dei circūfulſit eos] nō tantū exteri⁹ in corpe: ſed etiā interi⁹ in mēte [ꝛ timuerūt timore magno] ex inſolita viſione. Sʒ angel⁹ dn̄i ꝯſolabat͂ eos dicēs [nolite timere] Cui⁹ cām ſubiungit [Ecce enim euāgelizo vob̄ gaudiū magnū qd̄ erit omni pplo] nō ſolū iudeoꝝ: ſʒ etiā gētiliū. Hoc. Et h̄ gaudiū eſt magnū ſm oēm dimēſionē. q̄a altuʒ. pfundū. longū. ꝛ latū. Altū: q̄a ei⁹ altitudo attingit celū. vn̄ Bern. Magna eſt hodierna feſtiuitas. celū replet anteq̄ terrā. Profundū. q: ei⁹ profunditas penetrat infernū. ſ. vſq; ad ſanctos qui erāt in lymbo. Itē ei⁹ lōgitudo ꝑtēdit͂ a pncipio mūdi vſq; ad finē mūdi. Itē eius latitudo occupat orbē terrarū. vn̄ hodie canit͂ in pfatiōe miſſe ſecūde. pfuſis gaudijs tot⁹ in orbe terrarū mundus exultat [q̄a nat⁹ eſt nobis] ſcʒ hoibus ꝛ angelis pariter: q̄a ꝯſortia hominū reparāda ē ruina angeloꝝ [hodie] Ly. dicit hodie q̄uis eēt nox q: nox illa ex claritate diuina fuit ita illuminata ac ſi eſſet dies clariſſima ſm q̄ fuerat p̄dictuʒ in ps. cxxxviij. Et nox ſicut dies illūminabit͂ [ſaluator q̄ eſt xp̄s dn̄s in ciuitate dauid] .i. i bethleem [ꝛ h̄ erit vobis ſignū. iuenieꝫ infantē pānis iuolutū] ꝛ nō ſericis inuolutū [poſitū in p̄ſepio] ꝛ non in palatio [ꝛ ſubito facta eſt cū angelo] q̄ tanq̄ pncipalis int͂ alios nūciauerat xp̄i natiuitatē [multitudo militie celeſtis] .i. angeloꝝ q̄ noie militie deſignātur: q̄a ꝑ ſalute hoim cū demonib⁹ preliātur. Vn̄ Apocal. xij. Michael ꝛ angeli ei⁹ pliabātur cū dracone [laudātiū dn̄m] de xp̄i natiuitate [ꝛ dicētiū. Glīa in altiſſimis deo] q̄a lʒ ei⁹ gloria vbiq; luceat. maxie tn̄ in excelſis. i. in celo empireo vbi eſt omniū ſcōꝝ habitatio [Et in terra pax hoibus bone volūtat͂] Et notāter dicit pax i terra ꝛ nō glīa. q̄a in terra eſt pax: ꝛ in celo glīa. Annūciat͂ aūt pax hoibus bone volūtatis: quia regnū dei tantū valet q̄tū habes. Vn̄ Remigi⁹ Si em̄ diuitias zachei non habes ſi deſunt tibi duo minuta vidue. ſi nec calicē aq̄ frigide potes offerre. offer deo bonā volūtatē. Vn̄ Aug⁹. Coronat deus intus volūtatē vbi nō inuenit facultatē. Unde Criſo. Dextera tua plena eſt muneribus ſi fuerit plena bona voluntate.

Q̄ mult͂ miracul͂ fuit declarata xp̄i natiuitas

Atiuitas xp̄i ſm Innocētiū papā mult͂ miraculis fuit declarata. naʒ ip̄a nocte obſcuritas noctis vſa eſt in diē. Itē cuʒ tpe natiuitat͂ xp̄i ante ꝛ poſt fuiſſet pax in omnibus terr͂ ꝛ ꝓuincijs. romani tēplum pac͂ pulcerrimū ꝯſtruxerūt. ꝛ ꝯſulētes appollinē deū ſuum q̄diu duraret tēplū hoc. Rn̄dit eis q̄diu virgo nō pariet. His auditis dixerūt. tēplū pacis i eternū manet. Impoſſibile em̄ credebāt v̄ginē parere. Vn̄ in forib⁹ tēpli ſcripſerūt. Templū pac͂ in eternū manet. Sed ip̄a nocte q̄ v̄go pepit. tēplū funditus corruit. Itē ſm ꝓphetiā Iere. Signuʒ datū eſt eis q: oīa ydola corruerūt qn̄ v̄go pareret. Et propt͂ hoc ſacerdotes idoloꝝ imagineʒ v̄ginis puerū in gremio baiulantē fecerūt ꝛ i ſecreto loco tēpli ponētes adorauerūt. Itē ex legēda lōbardica habet͂. q̄ ip̄a die natiuitat͂ xp̄i ſtatua romuli ꝛ oīa idola in diuerſis locis corruerunt. Itē ip̄o die tres ſoles in oriēte apparuerūt. q̄ paulati in vnū corp⁹ ſolare redacti ſunt. Item Innocēti⁹ papa dicit q̄ fons aque in ip̄a nocte in liq̄rē olei v̄ſus eſt. ꝛ tota die largiſſime manauit fluēs vſq; in tyberi. ſicut Sibilla ꝓphetauerat q̄ niſi erūperet fons olei: nō naſceretur ſaluator. Itē innocētius papa dicit: q̄ octauian⁹ imperator vniūſuʒ orbē iuriſditioi romāe ſubiugaret intātuʒ ſenatui placuit vt eū ꝑ deo colere vellēt. Ad illoꝝ ḡ iſtātiā ſybillā ꝓphetiſſaʒ ꝯſuluit: ſi maior eo aliq̄n naſceret͂. Cū ḡ i die natalis xp̄i ſybilla i camera ipatori oronib⁹ inſiſteret in die media aure⁹ circul⁹ appuit circa ſolē ꝛ i medio circuli v̄go pulcerrima puerum geſtās i gremio tūc hec ceſari oñdit. admirās aūt ipator: audiuit vocē dicētē. Hec ē ara celi. Dixitq; ei ſibilla. Hic maior te ē ip̄m iō adora. Eūdēq; locū in honore btē Marie v̄gis dedicauerūt. q̄ vſq; hodie ſctā maria ara celi d͂r. Impator igit͂ illi puero hoſtias obtulit. ꝛ ip̄e deos ſuos d̄ cetero colere recuſauit. Huic dicto ꝯcordāt Thimothe⁹ hyſtoriog̃phus ꝛ oroſi⁹ ꝑ magna pte. Circa pn̄s euāgeliū vbi d͂r Annūcio vob̄ gaudiū magnū. Notādū q̄ magnū gaudiū inſtat toti pplo xp̄iano de natiuitate filij dei in hūana natura i ꝓrio tolerāda ꝑ quē natura hūana eſt ſup oīa exaltata. ꝛ omib⁹ bonis repleta. Nat⁹ ē em̄ fili⁹ dei cū ſacco pleno oīʒ ḡtiarū ꝛ v̄tutū q̄s nob̄ ḡr̄ dōauit. ad Rom. viij. Quō etiā nō oīa cū illo nob̄ donauit. ꝓpt͂ea āgel⁹ dixit. ānūcio vob̄ gaudiū magnū q: nat⁹ ē nob̄ ſaluator. Vbi ſciēdū q̄ p̄m⁹ hō. ſ. adā ꝑduct⁹ fuit ſine p̄re ꝛ m̄re. Secūd⁹ hō. ſ. eua ꝑducta fuit ex p̄re ſine m̄re. oēs alij homines ex patre et

matre. Reſtabat autē quartus modus vt q̊s p̄
duceret̄ ex matre ſine patre. Sic xp̄s hodie nat⁹
eſt. Et in hac quarta ḡnatiōe filij om̄es in terraʒ
ſuā ſcʒ celeſtē hieruſalem ꝑ xp̄i meritū redierūt.
ſicut in figura deus dixit abrahe. Gen̄. xv. Gn̄a
tione aūt quarta reuertētur.

In diluculo euangeliū ſm̄ Luc. ij.

In illo tp̄e. Paſtores lo
quebant̄ ad inuicē. Trā
ſeam⁹ vſq̧ bethleē ⁊ vi
deam⁹ hoc verbū qd̄ factū eſt qd̄
fecit domin⁹ ⁊ oſtendit nobis. Et
venerūt feſtinātes ⁊ inuenerunt
Mariā ⁊ ioſeph ⁊ infantē poſitū
in preſepio. Uidētes aūt cogno
uerūt de verbo qd̄ dictum erat il
lis de puero hoc. ⁊ om̄es qui audi
erūt mirati ſunt: ⁊ de his q̄ dicta
erāt a paſtorib⁹ ad ipſos. Maria
aūt ꝯſeruabat om̄ia verba hec cō
ferens in corde ſuo. Et reuerſi ſūt
paſtores glorificātes ⁊ laudātes
deum in om̄ibus que audierant ⁊
viderāt ſicut dictum eſt ad illos.

Poſtilla.

Et factum eſt cuʒ diſceſſiſſent
angeli ab eis. Hec hyſto. ſīgtur vt̄s. Ante initiuʒ
illius euāgelij ſcribit ſanct⁹ lucas. illud euāgeli
um qd̄ hodie in nocte xp̄i lectū eſt. ⁊ ſtati poſt v̄
ba angeloꝝ laudātiū deū ⁊ dicētiū. Gloria in al
tiſſimis deo. ⁊ in terra pax hominibus bone volū
tatis. Seq̄tur h̄ p̄ns euāgl̄. [Et factū eſt cuʒ diſ
ceſſiſſent angeli ab eis in celū: paſtores loq̄ban
tur ad inuicē. Tranſeam⁹ vſq̧ bethleē]. Lyra. h̄
deſcribit̄ paſtoꝝ deuotio. q̄a ſtati poſt viſionem
iſtā dimiſſo grege iuerūt ad vidēdū natū. factum
eſt poſtq̄ angeli diſceſſiſſent ab eis ſcʒ paſtori
bus in celū. i. poſtq̄ aſpectib⁹ paſtoꝝ ſe abſtraxe
rūt aſcēdētes in celū [paſtores loq̄bant̄ ad inui
cem] ſcʒ de xp̄i natiuitate. ſic̄ ⁊ duo diſcipuli eun
tes in emaus de eius paſſione. Luc. xxiiij. dicit.
[Tranſeam⁹ vſq̧ bethleē. ⁊ vide. h̄ verbū]. i. pu
erū natū ꝑ v̄ba angeli nobis ſignificatū [qd̄ fe
cit dn̄s ⁊ oſtēdit nobis] ſcʒ ꝑ angelū [⁊ venerūt
feſtinātes] Lyra. ex deſiderio vidēdi xp̄m: ⁊ vt ci
tius redirēt ad gregē quem ſine cuſtodia dimiſe
rant [⁊ inuenerūt mariā ⁊ ioſeph ⁊ infantē] id ē
xp̄m [poſitū in preſepio] ſicut angelus eis dixe
rat [vidētes aūt cogno. de v̄. qd̄ di. an. ill' de pue
ro h̄] q: nō ſolum fuerūt illuminati exterius ſ; eti
am interius de cognitiōe verbi. ⁊ ſic ꝑ cognitio
nē hūanitatis venerūt ad cognitiōem deitatis.
Nec ſunt ſcandaliſati de tanta paupertate. ſ; ꝑ am
plius in fide roborati ſunt. Et ceperunt p̄dicare
marie ⁊ ioſeph. ⁊ cūctis aſtātibus illā quā vide
rant claritatē: ⁊ q̧ audierāt angelicos hymnos.
[⁊ om̄es q̊ audierāt mirati ſūt ⁊ de his que dice
bātur a paſtorib⁹ ad ip̄os] Glo. non ſolum mira
aſcenderunt in conſpectu dei.Et ad eum miſſus
eſt beatus petrus apoſtolus vt baptiſaret eum.
Sed ſi in peccato moꝛtali exiſtens negligit bona

opari vt multi ſtulti faciūt dicētes. Ad q̇d ꝓdeſt mihi bona opari. tūc deus derelinq̇t qn̄qꜫ tales: vt tandē ſic in peccatis ſuis moriātur ⁊ dānabū-tur. Vn̄ de hoc d̾ in decret̄. In peccat̄ exiſtētes debēt bona opa facere vt de᷒ corillor̄ illuſtret. de pe. diſt. v. falſas. Seq̇tur. vade oſtēde te ſacerdo ti. Hic rep̄hendit̄ error pauperū de lugduno dicē tiū nō eſſe neceſſariū ſacerdoti ꝯfiteri. q̇a q̇libet bon᷒ chriſtian᷒ eſt ſacerdos.

Dn̄ica tertia poſt octauas epyphanie. Euan-geliū ſm Math. viij.



In illo tp̄e. Aſcēdēte ie-ſu in nauiculā: ſecuti ſūt euꝫ diſcipuli eius. Et ec ce mot᷒ magnus factus eſt in ma ri: ita vt nauicula operiret̄ flucti-bus. Ipſe vero dormiebat. Et ac ceſſerūt ⁊ ſuſcitauerūt euꝫ diſcipu li ei᷒ dicētes. Dn̄e ſalua nos: peri mus. Et dixit eis ieſus. Quid ti-midi eſtis modice fidei. Tūc ſur-gēs imꝑauit vētis ⁊ mari: ⁊ facta eſt trāquillitas magna. Porro ho mines mirati ſunt dicētes. Qual̄ eſt hic: quia venti ⁊ mare obediūt ei.

## Poſtilla

Aſcendente ieſu in nauiculam

Math. viij. Mar. iiij. Luc. viij. Hyſto. hui᷒ euā-gelij facta ē anno xp̄i. xxxiij. kal. auguſti. feria. v. luna. iij. indictiōe. iiij. Ante initium illi᷒ euāgelij ſcribit ſanct᷒ mathe᷒ in eodē cap. ꝙ vn᷒ de ſcrib acceſſit ad ieſum ⁊ ait illi. Magiſter ſequar te q̊ cūqꜫ ieris. dicit ei. vulpes foueas habent ⁊ volu cres celi nidos. fili᷒ aūt homis nō habet vbi ca-put ſuū reclinet. Ali᷒ aūt de diſcipulis ei᷒ ait illi. dn̄e ꝑmitte me p̄mū ire ⁊ ſepelire patrē meū. ie-ſus aūt ait illi. Seq̄re me ⁊ dimitte mortuos ſe-pelire mortuos ſuos. Et ſtati ſeq̇tur euāgeliū ho diernū [Aſcēdēte ieſu in nauiculā] Vnde Crib. Cū multa ⁊ mirāda dn̄s oſtēdiſſet in terra tran-ſijt ad mare vt ibidē excellētiora opa demonſtra ret: q̄tenus terre mariſqꜫ dn̄m ſe onderet. [ſecuti ſunt eū diſcipuli eius] ſcꝫ trāſfretātes cū eo [⁊ ec ce mot᷒] .i. marꝭ turbatio. Vn̄ pſ. lxiiij. Qui ꝯtur bas ꝓfundū marꝭ. Et iſta turbatio marꝭ non fuit natural̄. ſ; imperio xp̄i hec facta eſt diuina v̇tute: vt manifeſtaret̄ v̇tus xp̄i diſcipulis ei᷒ [magn᷒] ſcꝫ vt mai᷒ appareret miraculū [fact᷒ eſt i mari] id eſt in ſtagno genezareth [ita vt nauicula ope riret̄ fluctib᷒] ſupple fere. ⁊ dicit operiret̄ ⁊ non ſubmergeret̄: q̇a nauis xp̄i ꝯcuti pōt. Cui᷒ figu-ra oſ̄ſa eſt in archa noe vt pꝫ. Gen̄. vij. [Ipſe ve ro dormiebat] Ly: ⁊ hoc duplici de cā. Prima vt veritas hūane nature in eo oſtēderet̄. dormiebat em̄ corpe: ſ; vigilabat deitate. Secūda vt diſcipu li in periculo poſiti ad xp̄m recurrerēt. ⁊ auxiliuꝫ ſuū peterēt. iō ſeq̇tur [⁊ acceſſerūt ⁊ ſuſcitauerūt eū diſcipuli ei᷒: dicētes] deuot̄ precib᷒ [dn̄e peri-mus] id eſt perire timem᷒ [ſalua nos] Ra. o ve races ⁊ bn̄dicti diſcipuli xp̄i, ſaluatorē vobiſcuꝫ habet̄ ⁊ periculū timet̄. vita vobiſcū ē ⁊ de mor-te ſolliciti eſtis [⁊ dixit: q̇d timidi eſtis] Ly. quaſi diceret. Nō debet̄ timere cū ſim p̄ns vobiſcū quē vidiſtis tot miracula facere i terra [modice fidei] Crib. ꝓpt̄ hoc vocat eos modice fidei. q̇a licꝫ cre derent xp̄m poſſe eos liberare a periculo cū eſſet excitat᷒. nō t̄n credebāt ꝙ hoc poſſet dormiēs fa cere. q̇a ſi ꝑfectā fidē haberēt cognoſcerēt eū tā-tā v̇tutē habētē dormiēdo q̄tā vigilādo. ⁊ tantā in mari q̄tā in terra. tūc ſcꝫ poſt p̄ces diſcipulo-rū [ſurgēs] .ſ. a ſomno [iꝑauit vēt̄ ⁊ mari] ꝯ iun dātiōeꝫ fluctuū [⁊ facta ē trāq̇llitas maḡ i mari] Ly. ex q̊ patet eius diuinitas. q̇a miraculū hoc fe cit imperādo ſicut dn̄s omniū creaturarū. vn̄ ſeq̇ tur [porro homies mirati ſunt] Vn̄ hieroñ. non

diſcipuli ẜ naute ⁊ ceteri qui erant in naui[ dicē
tes. qualꝭ eſt hic ] Ly. q: ſicut hō dormit ⁊ ſic deꝰ
miracula facit. Glo. in miraculꝭ xp̄i ſꝑ aliq̄d poni
tur: ad oſtēdēdū ṽitatē hūanā. ⁊ ad oſtēdēdū ve-
ritatē deitatꝭ. Unde Cryſ. Sōnꝰ hoiem trāquilli
tas deū oñdebat. Tria ḡ admirātur. Et hoiez dor
mientē. ⁊ deū iperātē. ⁊ creaturā obediētē. vñ ad
dūt[ q̄a vēti ⁊ mare obediūt ei ] ſicꝫ creatꝫ creatori

Dñica quarta poſt octauā epiphanie. Euāgeli
um ſm Math. xiij.



IN illo tp̄e. dixit ieſus di
ſcipulꝭ ſuis ꝑabolā hanc.
Sil̄e factū ē regnū celo-
rū hoi q̄ ſeminauit bonū ſemen in
agro ſuo. Cū aūt dormirēt hoies
venit inimicꝰ ⁊ ſupſeminauit ziza-
nia i medio tritici: ⁊ abijt. Cū aūt
creuiſſet herba ⁊ fructum feciſſet:
tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedē
tes aūt ſerui p̄riſfamilias: dixerūt
ei. Dñe: nōne bonū ſemē ſemina-
ſti in agro tuo. Uñ ergo habet zi-
zania. Et ait illꝭ. Inimicꝰ hō hoc
fecit. Serui autez dixerūt ei. Uis
imus ⁊ colligimꝰ ea. Et ait. nō: ne
forte colligētes zizania eradiceꝭ
ſimul cū eis ⁊ triticū. ſinite vtraqꝫ
creſcere vſqꝫ ad meſſem. ⁊ in tēpo-
re meſſis dicā meſſoribꝰ: colligite
p̄mū zizania. ⁊ alligate ea in faſci
culos ad cōburēdū: triticū aūt cō-
gregate in horreū meū. Poſtilla.

Simile factū eſt regnū celoruz
Math. xiij. Hyſtoria huiꝰ euāgelij facta ē i men
ſe apl̄i. vicꝫ p̄ma die anno xp̄i. xxxiij. idictione. v.
[ Sil̄e factū eſt regnū celoꝝ ]. i. ſtatꝰ eccl̄ie militā
tis[ hoi q̄ ſemiauit bonū ſemē i agro ſuo ] Lyra.
hō ille xp̄s eſt: ager aūt eccl̄ia labore ⁊ ſanguine
xp̄i exculta. Bonū ſemē eſt ſctā doctrina ⁊ fides
catholica[ Cū aūt dormirent hoies ]. i. cuſtodes
Glo. interl. q̄ ad tutelā ⁊ cuſtodiā ſunt deputati.
ꝑ q̄s p̄lati deſignātur[ venit inimicus hō ]. i. dia-
bolꝰ vt pꝫ Exo. xv. Dixit inimicꝰ ꝑſeq̄r ⁊ compre.
⁊c̄.[ ⁊ ſupſeminauit zizania i medio tritici ] q: in
ter doctrinā veritatꝭ cōmiſcuit fallaciā errorꝭ. int
fideles ⁊ electos cōmiſcuit prauos hoies: int vir
tutes cōmiſcuit vicia[ Cuz aūt creuiſſet herba ⁊
fructū feciſſet apparuit zizania ] Crisſ. q̄ſi ſimilez
herbā hñs: ita q̄tū ad exteriorē apparētiā frequ
ter nō eſt dr̄ia int ſemē xp̄i ⁊ ſemē diaboli: ẜ in fa
cto dep̄hēdit diūſitas[ Accedētes aūt ſerui p̄riſ
familias dixerūt ei. Dñe: nōne bonū ſemē ſemia-
ſti i agro tuo. vñ ḡ hꝫ zizania. Et ait illꝭ. Inimicꝰ
hō h fec ] Glo. Diabolꝰ dr̄ inimicꝰ hō ex eo q̄ hoi
a p̄ncipio inimicatꝰ[ Serui aūt dixerunt ei. Uis
imus ⁊ colligimꝰ ea. Et ait: nō: ne forte eradiceꝭ
ſimul cū eis ⁊ triticū. ſinite vtraqꝫ creſcere ] ſcili
cet zizania ⁊ triticum. i. bonos ⁊ malos[ vſqꝫ ad
meſſem ] id eſt vſqꝫ ad mūdi ꝯſumatiōem[ ⁊ i tē
pore meſſis ]. i. iudicij dei[ dicā meſſoribꝰ ]. i. āgeꝭ
[ colligite p̄mūz zizania: ⁊ alligate ea in faſcicu-
los ad cōburēdū ] q̄a miniſterio angeloꝝ ſepara
buntꝭ mali tūc de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittētur in ge-
hennā[ triticū ] id eſt fideles in horreo huiōi con
tritos ⁊ flagellatos[ congregate in horreūz me-
um ] id eſt in celeſte gaudium.

Dominica quinta.

Confitebor tibi domine
pater celi ⁊c̄. hoc euāgeliū quere de
ſanctꝭ ſcꝫ in feſto ſancti mathie apl̄i



IN illo tēpore. Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis para-
bolam hanc. Simile ē re
gnum celorum homini patriſami
lias qui exijt pmo mane conduce
re operarios in vineaȝ ſuam. Cō-
uentione autē facta cuȝ operarijs
ex denario diurno: miſit eos in vi
neam ſuā. Et egreſſus circa horā
tertiam vidit alios ſtantes in fo-
ro ocioſos. ⁊ ill' dixit. Ite ⁊ vos in
vineā meam ⁊ qd iuſtuȝ fuerit da
bo vobis. Illi aūt abierūt. Iterū
autē exijt circa ſextam ⁊ nonā ho
ram: ⁊ fecit ſimiliter. Circa vnde-
cimā vero exijt ⁊ inuenit alios ſtā
tes: ⁊ dixit ill'. Quid ſtatꝭ hic tota
die ocioſi. Dicūt ei: quia nẽo nos
conduxit. Dicit ill'. Ite ⁊ vos in
vineam meam. Cum autem ſero
factum eſſet: dixit dominꝰ vinee ꝓ
curatori ſuo. Uoca oparios ⁊ red
de illis mercedem: incipiens a no
uiſſimis vſqȝ ad primos. Cum ve
niſſent ergo q̄ circa vndecimā ho-
ram venerant: acceperunt ſingl'os
denarios. Uenietes autem ⁊ pri-
mi arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent ac
cepturi. Acceperunt autem ⁊ ipſi
ſingulos denarios: ⁊ accipientes
murmurabant aduerſus patrem-
familias dicentes. Hi nouiſſimi
vna hora fecerūt: ⁊ pares illos no
bis feciſti: qui portauimus pondꝰ
diei ⁊ eſtus. At ille reſpondēs vni
eorum dixit. Amice non facio tibi
iniuriam: nōne ex denario conue
niſti mecum tolle quod tuuȝ eſt ⁊
vade. Uolo autem ⁊ huic nouiſſi-
mo dare ſicut ⁊ tibi. An non licet
mihi facere quod volo: an oculus
tuus nequā eſt: quia ego bonꝰ ſuȝ
Sic erunt nouiſſimi primi ⁊ primi
nouiſſimi. Multi enim ſunt voca
ti pauci vero electi.

## Poſtilla

Simile eſt regnum celorum.
Mathei.xx. Hyſtoriā huius euangelij locutus
eſt dominus ieſus chriſtus anno eius.xxxij.kal'.
octobris.dominica.luna.xiij.indictione quinta.
Ante hoc euangeliū ſcribit ſanctus Matheus
in.xix.caplo ꝙ Jeſus dixit diſcipulis ſuis. Amē
dico vobis quia diues difficile intrabit in regnū
celorum. Et iterum dico vobis. Facilius eſt ca-
melū ꝑ foramē acus trāſire ꝙ diuitē itrare in re-
gnū celoꝝ. Audiēt āt his diſcipli: mirabanť valde

dicētes.Quis ergo poterit ſaluus eē. Aſpiciens
aūt ieſus ait illꝰ apud homies hoc impoſſibile ē.
apud deū aūt omnia poſſibilia ſunt.Glo.diues
difficile intrabit in regnū celoꝝ.Ly.difficile dicit
nō impoſſibile.q̄a difficile eſt diuitias poſſidere
⁊ nō tenere nimis amoꝛe earū.Et iterū dico vob
facilius eſt camelū p̄ foꝛamē acus trāſire. Lyra.
h̄ n̄ itelligit̄ d̄ q̄lib3 diuite ſ3 d̄ diuite cōſtituēte ſinē
in diuitijs totā cōfidentiā ſuam.ergo Mar.x.dici
tur ꝙ difficile cōfidētes in pecunijs intrabūt in
regnū celoꝝ.Lyra.Poſſeſſio diuitiarū reddit ho
minē difficilem ad ꝑfectiōem acq̄rēdam. non ta
mē facit impoſſibilē:q̄a abrahā fuit diues valde
⁊ tamē fuit ꝑfectus vt habet̄ Gen̄.xvij.⁊ in Ec-
cleſiaſt.xxxi.Beatus vir diues q̄ inuētus eſt ſine
macula.Et ſeq̄tur.⁊ quis eſt hic ⁊ laudabimus
eum.q.d.vix ⁊ cum difficultate inuenit̄. Poſtmo-
dum ſeq̄tur euāgeliū hodiernū[Simile eſt regnu3
celoꝝ].i.ſtatus eccl'ie militant̄[homi patrifami
lias]Iſte eſt deus pater q̄ ita gubernat totū mū
dum ſicut paterfamilias ſubditos in domo[qui
exijt p̄mo mane cōducere operarios i vineam ſu-
am]vinea eſt vniuerſalis eccl'ia:cuius palmites
ſunt iuſti q̄ a p̄mo homie iuſto ſc3 Abel colligit̄
vſq3 ad vltimū homiem iuſtum q̄ naſciturus eſt
vt dicit Gre.Hec vo vinea tot de ſe ꝓtulit palmi-
tes quot ſctōs ꝓtulit a iuſto abel vſq3 ad vltimū
electū:q̄ i fine mūdi naſciturus eſt.operarij ſunt
prelati ⁊ doctoꝛes a deo miſſi ad culturā huiꝰ vi-
nee p̄ p̄dicatiōem ⁊ doctrina3[q̄ exijt p̄mo ma
ne]Ly.q̄a a p̄ncipio mūdi vſq3 ad noe fuerunt.
M.dc.lvi.āni i quo tempe aliquos ſanctos pa-
tres ad eruditiōem hoīm miſit adā ſeth ⁊ enoch
⁊ alios ſanctos ⁊ iuſtos[Conuētione aūt facta
cum operarijs ex denario diurno]Ly.Cōuentio
iſta eſt ꝓmiſſio vite eterne p̄ laboꝛe.q̄ q̄dem vi-
ta eterna dicitur denarius diurnus q̄ eſt equalis
omibus.q̄a vita eterna erit equalis omibus q̄n-
tum eſt ex parte finis.q̄a nūq3 finē habebit[Et
egreſſus circa hoꝛam tertiā]hoꝛa tertia intelligi
tur mūdi diſcurſus a tempoꝛe noe vſq3 ad abꝛaā
in quo tempe elapſi ſunt.ccclxxxix.āni. In q̄bus
ānis aliq̄ ſcti ad eruditiōem alioꝝ miſſi ſunt a do
vt Noe.ſem.thare.⁊ ſic de alijs[Iteru3 exijt cir-
ca ſextam ⁊ nonā hoꝛam ⁊ fec ſil'iter]Hoꝛa ſexta
fuit ab abꝛahā vſq3 ad moyſen.i quo tpe elapſi
ſunt.cccc.āni i q̄bus miſſi ſunt abꝛaha3.yſaac.⁊
iacob.⁊.xij.patriarche.⁊ ſic de alijs.Hoꝛa nona
a moyſe vſq3 ad xp̄m.i quo tpe elapſi ſunt.M
d.xi.āni.In q̄bus ānis ad eruditiōem pp'li miſſi
ſunt moyſes ⁊ aaron ⁊ ioſue iudices reges ⁊ p̄-
phete ⁊ ſacerdotes.Extāt eni v̄ſus de etatibꝰ ve
teris legi.vt infra.Sex centū mille ſex q̄nquagin
ta dat adā.Octogīta noueq3 trecētos Noe ſub
archa.Circūciſus abꝛahā quadrigētos h3 ānos
Dat trigīta ſex quadrigentos moyſi lex.Septua
gīta tetras quadrigēta dauid ⁊ rex.Sex quadri
gētos dabit'transmigrās babilon q3. Ante ieſu3
certus hic ānoꝝ datur oꝛdo.Tractus ab hebꝛeis
habet ſic ⁊ biblia noſtra.Ante ieſum nūerat mū
di hiero.ānos.Vnum ter mille.ſeptigentos deci
es ſex.Vtraq3 biblia dat tā noſtra ꝙ iudeoꝛum.
Nota v̄ſus ſeq̄ēs nō eſt beati hieronymi.An-
te ieſum.cc.minꝰ vna milia q̄nq3[Circa vndeci-
mā vo exijt ⁊ inuenit alios ſtātes ⁊ dic ill'.q̄d h̄
ſtatis tota die ocioſi]Vndecima hoꝛa intelligitur
a tpe xp̄i vſq3 ad finē mūdi.i quo tempe gētiles
vocati ſunt p̄ p̄dicatiōem ap̄loꝝ ⁊ alioꝝ eccl'ie
doctoꝝ.⁊ ideo ſeq̄tur[q̄d hic ſtatis tota die ocio-
ſi]q̄a eni a p̄ncipio mūdi vſq3 tūc laboꝛare i bo-
nis opibus neglexerāt quaſi tota die ocioſi ſta-
bant[dicunt ei.q̄a nemo nos cōduxit].i.nullꝰ ꝓ-
pheta nullus doctoꝛ ad inſtruēdū nos venit. q̄a
lex ⁊ ꝓphete filijs iſrahel date fuerūt.vt illi i ſpi-
rituali ſctificatiōe vigerent.ex q̄bus ſm carnem
xp̄s erat naſciturus[ite ⁊ vos i vineam meam]
ſc3 coꝛde credēdo.oꝛe cōfitēdo.ope laboꝛādo.vn-
de Criſ.Quiſq3 cum fide recta bonis opibꝰ in-
ſiſtit.huius vinee operarius exiſtit[Cum ſero fa-
ctū eſſet]Glo.ſero eſt moꝛs homis. vel ſero ē tē
pus iudicij:q̄a illud erit in fine mūdi.Item ſicut
ſero redit homo ad domū ſuā.aīalia ad nidū:ita
in iudicio q̄libet ad locu3 quē ſibi p̄parauit ibit:
vel ad ſiniſtrā vel ad dexterā[dicit dn̄s vinee].i.
deus pater qui eſt dn̄s iure creatiōis[ꝓcuratoꝛi
ſuo]Ly.i.ieſu chꝛiſto.q̄ miſſus eſt ad ꝓcuratiōe3
ſalutis humane[voca]iſta vocatio generaliter
fiet i iudicio.vt patet Ioh.v. Venit hoꝛa quādo
moꝛtui audiēt vocē filij dei ⁊ q̄ audierint viuent.
[operarios]ſiue bonos ſiue malos[⁊ redde il-
lis]ſtatim ſine dilatiōe[mercedē ſuam]ſc3 totā
ſine diminutiōe.vt patet.i.Choꝛ.iij.vnuſq̄ſq3 ꝓ
p̄riā mercedē accipiet ſm laboꝛē ſuū[incipiens
a nouiſſimis vſq3 ad p̄mos]quādoq3 eni nouiſ-
ſimi in laboꝛe ſunt p̄mi in p̄mio.vnde Gre.A no
uiſſimo paterfamilias denarios reddere cepit q̄
ad paradiſi reqem p̄us latronē ꝙ petrū ꝑduxit.
[cum ergo veniſſent q̄ circa.xi.hoꝛam venerāt]
ſc3 ad opandum in vinea[acceperūt ⁊ ipi ſingu
los denarios].i.vitam eternam que equalis erit
omibus nulli longioꝛ.nulli bꝛeuioꝛ.meritoꝛū ta-
men diuerſitate fulgebūt.alij magis.alij minus

dn̄ica in sexagesima

vt patet. i. Corinthiorum. xv. Differt ſtella a ſtella in claritate. hic autē denarius vnus in ſe eſt. multiplex autē ꝓpter accipientiū differētiam [Venientes autē ⁊ primi] id eſt illi q̄ p̄mo vocati ſunt ad penitētiam [arbitrati ſunt vt plus eſſent accepturi] Glo. interli. ſcʒ digniorem locū in regno. [acceperūt ⁊ ipi ſingulos denarios] id eſt ſimilia premia iuxta cōuētōnem p̄dictam. Unde Remi. dicit. id ē eādem eternitatem [Et accipiētes: murmurabāt] iſta murmuratio pōt dici lōga extenſio pene in limbo. Unde Gregor. Antiq̄ poſt lōga inferni tempa ad celum ꝑuenīūt quaſi poſt murmuratōem denariū accipiūt. nos auteʒ ſine murmuratōne. quia mox cū de corpe eximus: ſine mora premiū accipimus. ſcʒ ſi iuſti fuerimus Similiter poteſt exponi de diu penitēte ⁊ martire. quia vn⁹ non ſtatim euolat ſicut alius. Dicit̄ ergo [Accipiētes murmurabant.] ſcilicet cōquerendo [aduerſum patrēfamilias dicētes. hij nouiſſimi.] id eſt martires vel in penitētia ⁊ in bonis operib⁹ inferiores [vna hora fecerūt] q: modico tempe laborem ſuſtinuerunt [⁊ illos pares nobis feciſti] ſcʒ in premio [qui portauim⁹ pondus diei ⁊ eſtus] pondus. ſ. preceptorū: ⁊ eſtum carnalis concupiſcētie quotidie eidem reſiſtendo. [At ille reſpondēs vni eorū dixit. amice: non facio tibi iniuriā. nonne ex denario diurno cōueniſti mecum] id eſt nonne p̄miſiſti pro vita eterna ſeruare decalogum [tolle quod tuum ē] quia parat⁹ ſum tibi reddere mercedem tuā [⁊ vade] ſcʒ ꝓpter impletōnem mandatorum ⁊ intra in gaudium dn̄i tui. [Volo autem ⁊ huic nouiſſimo] ſ. in penitētia feruenti [dare ſicut ⁊ tibi] innocenti [an nō licet mihi quod volo facere] quia nō volo niſi bonū ⁊ licitum. Unde Gre. Stulta ē queſtio contra bonitatē dei [an oculus tu⁹] id ē intētio tua qua ad p̄matum nitens [nequā eſt. quia ego bonus ſum.] ex natura bonitatis mee. ideo nulli facio iniuriam [ſic erūt nouiſſimi] id ē humiles hic ⁊ abiecti [p̄mi] in futuro in ſua exaltatione. vt patet Luc. xviij. Oīs q̄ ſe humiliat exaltabitur [⁊ primi] in eſtimatiōe hominuʒ in p̄nti erūt quādoqꝫ [nouiſſimi] in iudicio dei q̄ eſt ſcrutator ⁊ cognitor cordiū [Multi em̄ ſunt vocati] ꝛc. ſcʒ ad fidē [ſꝫ pauci electi] ad gl̄iam. vn̄ gre. Multi ad fidē veniūt ſꝫ ad celeſte regnuʒ pauci ꝑducunt̄. Math. vij. Arta ē via q̄ ducit ad vitaʒ ⁊ pauci inueniūt eā. ⁊ lata ⁊ ſpacioſa ē via q̄ ducit ad ꝑditōem: ⁊ multi ambulāt per eam.

Dominica in ſeptuageſima euāgelium ſcd̄m Lucam. viij.



IN illo tēpe. Cum turba plurima cōueniret et de ciuitatib⁹ ꝓperarēt ad ieſum: dixit ꝑ ſimilitudinē Exijt q̄ ſeminat ſemīare ſemē ſuū Et dū ſemīat alid̄ cecidit ſec⁹ viā ⁊ ꝯculcatū ē: ⁊ volucres celi comederunt illud. ⁊ aliud cecidit ſupra petram ⁊ natū aruit. quia non habebat humorē. ⁊ aliud cecidit int̄ ſpinas: ⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. ⁊ aliud cecidit in terram bonam: ⁊ ortum fecit fructuʒ cētuplum. Hec dicens clamabat. Qui hʒ aures audiēdi audiat In terrogabāt aūt eum diſcipuli eiuſ que eſſet hec ꝑabola. Quib⁹ ip̄e dixit. Vob̄ datum ē noſſe myſteriuʒ regni dei. ceteris autē in ꝑabol̄: vt vidētes non videāt: ⁊ audiētes nō intelligāt. Eſt autē hec parabola

Semen eſt verbum dei. Qđ autē
ſecus viam hij ſunt qui audiūt. De
inde venit diabolus ꝛ tollit v̄buꝫ
de cordibus eoꝝ ne credētes ſalui
fiant. Nam qđ ſupra petram: hij
ſunt q̄ cum audierint cuꝫ gaudio
ſuſcipiunt verbum: ꝛ hij radicem
non habēt. quia ad tempꝰ credūt:
ꝛ in tempe temptatōnis recedunt
Qđ autē inter ſpinas cecidit: hij
ſunt q̄ audierūt ꝛ a ſollicitudinibꝰ
ꝛ diuitijs ꝛ voluptatibꝰ vite eun-
tes ſuffocātur: ꝛ non referunt fru
ctum. Qđ autem in terrā bonam
hij ſunt qui in corde bono ꝛ opti-
mo audiētes verbum retinēt. ꝛ fru
ctū afferūt i patiētia. Poſtilla

Cum turba plurima cōueniret

Luc. viij. Math. xiij. Hyſtoria huiꝰ euang. facta
ē in apl̄i. p̄mo die. anno xp̄i. xxxij. indictōne. v. Ān
initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Lucas in p̄nci
pio illiꝰ capl̄i ꝙ ip̄e xp̄s iter faciebat ꝑ ciuitates ꝛ
caſtella p̄dicans ꝛ euāgelizans regnū dei: ꝛ. xij.
apl̄i cum illo. Et mulieres alique q̄ erāt curate a
ſpiritibꝰ malignis ꝛ infirmitatibꝰ Maria q̄ vo
cat̄ magdalena de q̄ ſepteꝫ demonia eiecerat. et
iohāna vxor chuſe ꝓcuratoris herodis. ꝛ ſuſan
na ꝛ alie multe q̄ miſtrabant ei de facultatibꝰ ſu
is ꝛc̄. Tūc ſeq̄tur hodiernū euāg̃ [Cū turba plu
rima ꝯuenirēt] Hor. in q̄ explicat p̄dicatōis xp̄i
graciositas ad quā tot hoīes ꝯueniebāt [ꝛ de ci
uitatibꝰ] non tm̄ de vill̄ rurales: ſ etiam de ciui-
tatibꝰ ciues [ꝓperarēt ad eū] ſcꝫ xp̄m. ꝛ i hoc eti
annotat̄ turbarū feruor ꝛ deuotio [q: cōuenie-
bāt] nō q̇dā in p̄ncipio: q̇dā i medio: ꝛ q̇dā i fine
ſermonis: ſ ſimul veniebāt vt audirēt v̄bum dei
[dixit ꝑ ſil̄itudinem] Glo. interli. ꝑabolam. qua-
re loq̄bat̄ in ꝑabolis. Rn̄det̄ vt a ſimplicibꝰ eius
p̄dicatio faciliꝰ retineret̄ [Exijt q̄ ſeminat] Hor.
ſenſus l̄ralis eſt planꝰ ꝛc̄. Miſſus. ſ. dei filiꝰ a pa
tre in mūdū. Ioh. xvi. Exiui a p̄re ꝛ veni in mun
dū [q̄ ſeminat]. i. cuiꝰ officiū ē ſemiare [ſemē] ſcꝫ
v̄ba exteriora ſm̄ aſſumptā hūanitatē. ꝛ iteriora
ſm̄ deitatē. ꝓpter hoc em̄ officiū venit i hūc mū
dū: vt ſcꝫ ſemē doctrine in mūdū ſpgeret: vt patꝫ
Lu. x. Alijs ciuitatibꝰ oportet me euāgelizare re-
gnū dei. q: īō miſſus ſum. [ꝛ dū ſeminat] h̄ ſub-
dit dr̄ias auditoꝝ v̄bi dei. modo dic textū euāgelij
vſq: ibi [Qui hꝫ aures audiēdi audiat] vn̄ Criſ.
Hic ſeminator: poſtq̄ ꝑabolā p̄ſentis euāg. ꝓpo
ſuit: dixit. [Qui hꝫ aures audiēdi audiat] vbicū
q: hoc v̄bū in diuinis ſcripturis ponit̄: excitatio
ē mentꝭ ad intelligēdū miſteriū: q̇ [hec v̄ba dicēs
clamabat.] ſcꝫ vt attētiꝰ audirēt [q̄ habꝫ aures]
Hor. h̄ dicebat: q: oēs hēbant aures ſ nō oēs au
diebāt vt intelligerēt ꝛ bn̄ agerēt. Pro q̄ ſciēdū
ꝙ triplex ē auditꝰ. Primꝰ ē nature ſenſitiue. ſecū
dꝰ interioꝝ intelligētie. tertiꝰ obediētie. de q̄ tripli
ci auditu d̄r in p̄s. xliiij. Audi filia: q ad p̄mū. ꝛ vi
de: q̄ ad ſecūdū. ꝛ inclina aurē tuā: q ad tertiū. [in
terrogabāt aūt eū diſcipuli eiꝰ q̄ eſſet h̄ ꝑabola]
Glo. nō iterrogabāt eū ſtatim i p̄ſentia ppl̄i: ſ cū
eſſet ſolꝰ: vt h̄r Math. xiij. [q̄bꝰ] ſ. diſcipul̄ iterro
gantibꝰ [dixit: vob̄] q̄ fideles eſtis. [datū ē noſſe
miſteriū regni dī]. i. itelligētiā ſcp̄turaꝝ [ceterꝭ āt
i ꝑabol̄]. i. phariſeis ꝛ iudeis incredul̄ [vt viden
tes]. i. videre ſe reputātes [nō videāt] velut vidē
tes foris hūanitatē: nō videāt intꝰ diuinitatem. ſ.
oculo fidei. velut vidētes foris miracula nō vide
ant intꝰ v̄tutē dei op̄antē [ꝛ audiētes] ſcꝫ v̄bū ex
teriꝰ [nō intelligāt] ſenſum ſp̄ūalē interiꝰ [ē aūt
hec ꝑabola] Hic ſubdit dn̄s ꝑabole expoſitōem
[ſemē ē v̄bū dei] d̄r autē ſemen v̄bū dei ꝓpt ſili-
tudinē. p̄mo q: ſemen qđ ſeminat̄ niſi ſub t̄ra cō
diat̄ ſine fructu manebit. ſic v̄bū dei qđ in p̄dica
tione audit̄: niſi in ꝓfundo memorie ſeruet: omi
no ꝑditur. Vn̄ dauid in p̄s. cxviij. In corde meo
abſcondi eloq̄a tua vt nō peccē tibi. Secūdo q:
ſemē ſine bn̄ficio ſolis nō creſcit: ſic v̄bū dei p̄di
catū ſine gr̄a dei adiuuāte inutile exiſtit. Et h̄ eſt
rō quare in p̄ncipio ſermonis gr̄a imploꝛat̄: ꝛ ſā
ctoꝝ inuocatio. vt ſcꝫ qđ poſſibilitas nr̄a nō ob-
tinet eoꝝ nob̄ interceſſione donet̄. Tertio propt̄
neceſſitatē reficiēdi. nā ſicut ſemē ē materia pāis
ad refectōem corꝑis: ſic v̄bū dei ē materia p̄dica
tionis ad refectōem aīe. vt pꝫ Deut. viij. Nō in ſo
lo pane viuit homo: ſ in oī v̄bo qđ ꝓcedit de ore
dei. Vn̄ Greg. Cibꝰ mētis eſt verbū dei. poſtmo
dū ſubdit hic auditoꝝ v̄bi dei quattuor dr̄ias [qđ
aūt ſecꝰ viam]. i. vna ꝑs ſemis cecidit ſecꝰ viā. i. i
cor vanitati ꝛ voluptati expoſitū [ꝛ cōculcatū ē]
Cōculcatio tranſeūtiū ſignificat carnales affec-
tiones [ꝛ volucres celi comederūt illud] per vo-
lucres intelligūt̄ demones. ergo comeſtio volu-
crū ſignificat ſuggeſtionē demonū. Vn̄ ſubdit.

[deinde venit diabolus ⁊ tollit verbum ]id ē me moꝛiā verbi[ de coꝛde eoꝝ ne credētes ſalui fiāt] inuidet eñ diabolus ſaluti hoīm. Sal⁹ autem ꝑ fidem hr̄:vt pꝫ Luc.vij. Fides tua te ſaluū fecit. [nā qđ ſupꝛa petrā]hij ſūt duri ⁊ rebelles ꝑ ſupbiā[ q̇ cū audierunt cū gaudio ſuſcipiūt v̇bū ]q̇a tales in audiendo p̄dicationē delectant̄:ſ cū ď p̄dicatōe recedūt ſtati decedūt a ꝓpoſito bono qđ hūerūt[ ⁊ hij radicē ñ hn̄t ]ſcꝫ ꝓfunde firmitatis Nō autē quare arboꝛ radices nō hꝫ aliq̄ñ eſt.qꝛ nimis ſepe trāſplantat̄ . ⁊ hij freq̄nt̄ de bono ad malū mutant̄:⁊ iō non radicant̄ in bono.vñ ſubdit̄[ qꝛ ad tp̄s credūt ⁊ in tpe tēptatōis recedūt] vt pꝫ Eccl'e.xviij. A mane vſqꝫ ad veſpam imutabit̄ tp̄s [ Qđ aūt cecidit int̄ ſpinas hij ſunt.] ſcꝫ anxij ꝑ cupiditatē tpalium.Diuitie tpales ſpine vocant̄.qꝛ aiam vulnerāt ⁊ pungūt[ ⁊ a ſollicitudinib⁹ ]id eſt a cura ſupflua in acq̄rendo[ et diuitijs ].i.ab ip̄a reꝝ abūdantia in poſſidēdo[ ⁊ voluptatib⁹ ].i.a ſequēte luxuria diuitijs vtendo [ eūtes ſuffocāt̄ ]qꝛ q̄ñ incipiūt cogitare ď ſpūalibus:ſtatim ſe immiſcet cogitatio de tpalib⁹.⁊ preualēs ſuffocat v̇bū[ qđ autē cecidit i terrā bonā] id eſt in coꝛ bonū ⁊ deuotū[ hij ſunt q̇ i coꝛde bono ]ꝑ induſtriā naturalē[ ⁊ optimo ] ꝑ gr̄am ihū xp̄i[ audientes v̇bum dei retinēt ]ſcꝫ in memoꝛia [ ⁊ fructū afferūt in patiētia.] Vñ Mathei.xiij. dꝛ.Alij afferūt fructū triceſimū.vt q̇ ſunt in ſtatu ꝯiugali. Alij ſexageſimū.vt q̇ ſunt in ſtatu viduali.alij centeſimū:vt q̇ ſunt in ſtatu v̇ginali. Circa p̄ſens euāg.vbi dꝛ.Exijt q̇ ſeminat ſeminare ſemen ſuū.dicit Hugo de pꝛato.ꝙ p̄dicatoꝛ v̇bi dei hoc qđ p̄dicat v̇bo dꝫ ope implere.vt ſi p̄dicatoꝛ p̄dicat mūdana ꝯtēni :debet ⁊ ip̄e h̄ facere.Si p̄dicat abſtinētiā ⁊ penitētiaꝫ: dꝫ ⁊ ip̄e facere.Si p̄dicat vitia fugere ⁊ v̇tutes hr̄e:dꝫ ⁊ ip̄e v̇tuoſus eſſe.⁊ ſic de alijs.⁊ ſic docere v̇bo ⁊ exēplo.ſic verus p̄dicatoꝛ dñs ieſus fecit.vt pꝫ Act.i. Cepit ieſus facere ⁊ docere.Seq̇tur i euāge. [ Semē ē v̇bum dei ]vbi diligēter eſt aduertēdū ꝙ v̇bū dei ē valde p̄cioſum.qꝛ cōpat̄ coꝛpi xp̄i. Vñ auguſt. Interrogo inq̇t vos fr̄es vel ſoꝛoꝛes.dicite mihi Quid vobis plus eſſe videt̄:verbū dei an coꝛp⁹ xp̄i.Si vultis verū r̄ndere hoc vtiqꝫ dicere debetis ꝙ non ſit min⁹ v̇bum dei ꝙ̄ coꝛp⁹ xp̄i. Et idō q̄ta ſollicitudine obſeruam⁹ q̄ñ nob̄ coꝛpus xp̄i miniſtrat̄ vt nihil ex ip̄o in terrā cadat:tāta ſollicitudine obſeruemus ne verbū dei qđ nob̄ erogat̄ dum aliud aut cogitam⁹ aut loq̇mur ď coꝛde noſtro depereat.Ex q̇b⁹ iam dict̄ pꝫ ꝙ q̇ ſcienter ⁊ ex ꝓpoſito deſidioſe vel faltē ꝯtēptibilr̄ audiūt grauit̄ peccāt. Vñ aug⁹.Et etiā allegat̄ in decre. Nō minus reus erit q̇ v̇bum dei negligenter audit:ꝙ̄ ille qui coꝛpus xp̄i in terrā cadere ex negligentia ſua ꝑmiſit. Hec ille. Quod ſpecialiter intelligi poteſt de illo qui negligentia leui in terram ſineret cadere eucharistiam . vel ille qui negligenter audit cum cōtemptu verbum dei.vel ď illo qui non curat verbum dei audire in hijs que ſunt de neceſſitate ſalutis que pꝛius ignoꝛat.

Dominica in q̇nquageſima euangelium ſm̄ Lucam.xviij.caplo.



In illo tempe . Aſſumpſit Jheſus duodecim diſcipulos ſuos:et ait illis Ecce aſcendimus hieroſolymam ⁊ conſūmabuntur om̄ia que ſcripta ſunt per ꝓphetas de filio homīs. Tradet̄ em gentibus ⁊ illudet̄ ⁊ flagellabitur ⁊ cōſpuetur . ⁊ poſtꝙ̄ flagellauerint:occidēt eū:⁊ tertia die reſurget. Et ipi nihil hoꝝ intellexerūt Et erat verbū illud abſconditum

ab eis: ⁊ nõ intelligebãt q̃ dicebãt
Factũ ē autē cũ appropinq̃ret ie-
richo: cec⁹ q̄dam ſedebat ſec⁹ viã
mēdicãs. Et cũ audiret turbã p̄te
reũtem: iterrogabat q̄d hoc eſſ3. di
xerũt aũt ei q̄ ieſus nazaren⁹ tran
ſiret. Et clamauit dicēs. Jeſu fili
dauid miſerere mei. Et q̄ p̄ibant:
increpabãt eũ vt taceret. Ip̄e ve-
ro multomagis clamabat. Fili da
uid miſerere mei. Stans autē ihe
ſus iuſſit illum adduci ad ſe. ⁊ cum
appropinquaſſ3: interrogauit illũ
dicens. Quid tibi vis vt faciam.
At ille dixit. Dñe vt videã. Et ie-
ſus dixit illi. Reſpice. Fides tua
te ſaluum fecit. Et confeſtim vi-
dit: ⁊ ſeq̄batur illũ magnificãs de
um. Et om̄is plebs vt vidit dedit
laudem deo. Poſtilla.

Aſſumpſit ieſus duodecim di-
ſcipulos. Luc. xviij. Math. xx. Marci. x. Hyſto.
hui⁹ euangelij facta eſt anno xp̄i. xxxiij. xvij. kal.
aprilis. feria. iiij. luna. vi. indictōe. vi. Ante initiũ
illi⁹ euãgelij ſcribit ſctũs lucas in eodē capl'o q̄
xp̄s dixit diſcipul' ſuis. Amē dico vob. nemo ē q̄
reliq̄rit domũ: aut parētes: aut frēs: aut vxorem:
aut filios ꝓpter regnũ dei ⁊ nõ recipiat mlt'o plu
ra in hoc t̄pe ⁊ in futuro ſeculo vitã eternã. poſt-
modum immediate ſequitur euangelium illud.
[Aſſumpſit iheſus duodecim diſcipulos ſuos.]
Hor. dñs ieſus p̄uidens ex ſua paſſiōe diſcipl'os
ſuos ꝯturbãdos. ideo p̄dixit eis paſſionis penã:
reſurrectõnis gl'iam. vt cũ eũ morientē cernerēt:
reſurrecturũ n̄ dubitarēt [⁊ ait ill'] ſ. tãq̄ ſuis ſe
cretarijs ⁊ amicis [Ecce aſcēdim⁹ hierl'ymã3.]
q: irl'm i mõtanis erat [⁊ ꝯſummabunt oĩa que
ſcripta ſunt ꝑ ꝓphas de filio hoīs]. id ē de v̄gis
filio. q: ꝓphete ſcripſerũt de paſſione xp̄i futura.
vt p3 Jere. xi. Quaſi agn⁹ mãſuet⁹ q̄ portatur ad
victimã. Itē Iſa. liij. Sicut ouis ad occiſionem
ducet ⁊ q̄ſi agn⁹ corã tondēte ſe obmuteſcet ⁊
non aꝑiet os ſuũ. Itē Iſa. liij. Ip̄e vulneratus ē
ꝓpter iniq̄tates noſtras. attrit⁹ eſt ꝓpter ſcelera
noſtra. Itē Iſa. v. Corp⁹ meũ dedi ꝑcutientib⁹: ⁊
genas meas vellētib⁹. faciē meã nõ auerti ab in-
crepãtib⁹ ⁊ ꝯſpuētib⁹ in me. Hic notãdũ eſt cum
carniſpriuiũ eſt t̄ps gaudij ⁊ leticie ſ̄m ꝯſuetu-
dinē mũdi. ſ. comedere carnes ⁊ bibere vinu3. ⁊
delitijs carnalib⁹ perfrui. q̄re ergo ſctã mater ec-
cleſia in t̄pe iocũditatis cõmemorat nob ⁊ ad me
moriã reducit triſtia inſignia paſſiõis xp̄i. Rñde
tur: vt q̄libet audiēs hodie p̄dicare euangelium
de paſſiōe xp̄i ſic trahat a vanitatib⁹ ⁊ gaudijs
mũdi. Vñ ſeq̄tur. [Tradet em̄ gentib⁹] Horra
Tradit⁹ eſt xp̄s p̄mo a diſcipulo ſuo iuda iudeiſ
vt p3 Math. xxvi. Quid vultis mihi dare ⁊ ego
vob eum tradã. Secũdo a iudeis põtio pilato q̄
erat p̄ſeſ gētilis. Tertio traditus ē ecõuerſo a pi
lato ip̄is iudeis vt flagellaret ⁊ crucifigeretur ⁊
illuderet. Primo em̄ illuſus fuit i domo cayphe
pontificiſ: dicētes. Prophetiza nob xp̄e: q̄s ē q̄ te
ꝑcuſſit. Secũdo i pretorio herodis q̄ ſpreuit eu3
cũ exercitu ſuo: ⁊ illuſit ei cũ veſte alba. Tertio i
atrio pilati vbi fuit coronat⁹ ⁊ cum arũdine i ca-
pite ꝑcuſſus: vt pat3 Math. xxvij. Et genuflexo
ante eum illudebant ei dicentes. Aue rex iudeo-
rũ. Quarto in patibulo crucis. vt p3 Mat. xxvij
Mouētes capita ſua dixerũt. Vach q̄ deſtruis
templũ dei. [⁊ flagellabit] flagellat⁹ em̄ fuit p̄
mo colaphis in facie. vt p3 Mathei. xxvij: Et co
laphis eũ ceciderũt. Secũdo arũdineto in capi-
te. vt patet Mathei. xxvij. Et accipiebãt arundi
nem ⁊ ꝑcutiebãt caput ei⁹. Tertio flagell' in cor
pore. vt patet Joh. xix. Tũc app̄hēdit ieſum pila
tus ⁊ flagellauit eũ. [⁊ cõſpuet] Cõſputus enī3
fuit p̄mo a iudeis in domo cayphe. vt p3 mathei
xxvij. Tũc expuerũt in faciē ei⁹. Secũdo a genti
lib⁹ in atrio pilati. vt p3 Joh. xix. Et dabãt ei ala-
pas ⁊ expuētes in eũ ⁊c. [Et poſtq̄ flagellaue-
rint occidēt eũ.] Vñ Hor. Ecce magna crudeli-
tas q: n̄ ſufficit eis alterũ. ſ. vl' flagellare vel occi
dere: ſed vtrũq3. Unde pilatus flagellatũ voluit
dimittere ſcd̄m illud Joh. xviij. Emēdatũ ḡ illu3
dimittã. Sed iudei noluerũt: ſ3 poſt flagellatõe3
eũ occidi ꝓcurauert [⁊ tertia die reſurget] ibi p̄-
mittit eis ꝯſolatõem de veloci eius reſurrectõe.
Et ei⁹ reſurrectio exemplar ē nr̄e reſurrectõis [⁊
ip̄i nihil hor3 intellexerũt.] Ly. q: adhuc rudes
etiã imperiti erãt: ḡ nõ intellexerũt. [Factũ ē aũt
cũ appropinq̃ret iericho.] ſup̄i⁹ iam xp̄us p̄dixit
diſcipul' ſuiſ paſſiõis ifirmitatē. ſ. ne ſcãdalizaret
Hic oſtēdit ſuã potētiã: ⁊ hoc ꝑ miraculoſa3 ceci

illuminatōem. Unde q̄s terruit v̄bo confirmauit miraculo. Per p̄mū aſtruit̄ in eis fides hūanitatis: p̄ ſecūdū fides diuinitat̄. [Cec⁹ q̄daʒ ſedebat ſec⁹ viam mēdicās: ⁊ cū audiret turbā p̄tereūtē] multa em̄ turba p̄cedebat ⁊ etiā multa ſeq̄batur ibm. in q̄ oſtēdit teſtimoniū doctrine [interrogabat q̄d hoc eſſʒ.] ⁊ hoc ē valde vtile interrogare de ieſu. i. ſaluatore [Dixerūt āt ei. q: ih̄s nazarenus tranſiret] Nazaren⁹ ē dict⁹. q: in nazareth eſt ꝯcept⁹ ⁊ etiā ibidē nutrit⁹ [⁊ clamauit] nō tm̄ clamore exteriori. ſ; etiā interiori. de q̄ d̄r in p̄s. cxviij Clamaui in toto corde meo [dicēs. fili dauid miſerere mei] quaſi diceret. nō pecuniā ſ; miam peto. Et in hoc ꝙ hic cec⁹ clamauit. ieſu fili dd̄ miſerere mei. cōfitetur vtrāq; in xp̄o naturā. ſ. hūanā in hoc ꝙ dicit fili dauid. ſcd̄m em̄ hūanā naturā nat⁹ eſt ex p̄genie dauid. Et diuinam cōfitetur i hoc ꝙ dicit. miſerere mei. Dei em̄ ē propriū miſereri [Et q̄ p̄ibant increpabāt eū vt taceret.] Iſti ſignificāt hoies a bono alios retrahētes [Ipſe vero mlto mag̃ clamabat. fili dauid miſerere mei] i quo nob̄ datur exemplū ꝙ q̄to mag̃ nob̄ occurrunt impedimēta tāto magis eſt clamādum ⁊ inuocandū diuinū auxiliū [Stans aūt ihesus iuſſit illū adduci ad ſe] in q̄ ap̄pet clemētia xp̄i. q: non dedignat⁹ eſt ſtare ⁊ alloq̄ viles p̄ſonas ⁊ pauperes. Un̄ Hiero. Ceco q̄ ſeq̄ nō poterat ſtat dominus: ⁊ eū vocare iubet ne turba p̄hiberet. Hor. ſic deberēt facere p̄ncipes noſtri. ſ. cū ſtare vidēt paupes cōquerētes ⁊ facere vocare ad ſe vt audirēt coꝝ querimōias: facerētq; eis iuſticiam expedite. Sed iam poteſt dici de aliq̄b⁹ illud Iſaie p̄mo. Pupillo nō iudicāt ⁊ cauſa vidue non ingredit̄ ad illos. [Et cū appropinq̄ſſet interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis vt faciā] q̄ſi diceret. xp̄s nō ſanat inuitos ſ; volūtarios. Un̄ auguſti. Qui creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te [at ille dixit. Dn̄e vt videā] Ecce bona ⁊ diſcreta petitio. Non em̄ petiuit aurū ⁊ argētū: ſ; tm̄ lumen. Un̄ p̄s. cxlv. Dn̄s illūinat cecos [Ipſe aūt dixit illi. Reſpice] Nō appoſuit manū nec aliquod vnguētū ad ſanādum eū: ſ; ſolū verbū. q̄m ip̄e dixit ⁊ facta ſunt. [Fides tua te ſaluū fecit] Hor. ex fide em̄ impetrat̄ ſal⁹ ſp̄ūalis ⁊ etiā corpal' [⁊ confeſtim vidit] Nihil em̄ mediū inter deū ⁊ factum dei. [Et ſequebatur illū] Ecce ſignū perfecte illuminatōnis. ſ. in corpore ⁊ in anima [magnificans deum] Hor. id eſt magnū dicēs eū magnitudine virtutis. Unde p̄s. cxlvi. Magn⁹ domin⁹ noſter ⁊ magna ꝟtus ei⁹. [Et omis plebs vt vidit quod factū eſt] non inuidet vt phariſei. [Sed laudem dedit deo.] potentie dei: congratulando ſanitati ceci. Unde circa p̄ſens euangelium vbi dicit̄. Omis plebs vt vidit dedit laudeʒ deo. ſed heu hodie plures xp̄iani deum non laudant: ſed dehonorant tripliciter. Primo q̄dam honorant mūdum exercētes diuerſos malos ludos. ⁊ p̄ diuerſas malas leticias. nūc laruis demonū: in ſignum ꝙ ſunt filij demonū vtēdo. nūc alijs paganicis geſtis vtēdo p̄ recreatōne: vtputa corporꝫ: ſed reuera p̄ corporis ⁊ anime deſtructōne. Secūdo alij deum inhonorāt: corpus ſuū paſcendo contra laudem dei. vt patet ad Philippēſes. iij. Quorū deus vēter ē. Et de illo deo quot miracula facit: quere in ſermono diſcipuli ſuper epiſtolas dn̄icales ſermone. xlv. N. Tertio alij hodie cōtra laudem dei ducūt choreaſ illicitas propter quas totiēs vnū ſaltum faciunt verſus in infernū quotiēs vnū in chorea faciūt ſaltū. in tali em̄ eſt peccatū mortale. Unde aug⁹. Omis motus petulātie ſaltus eſt in p̄fundū cloace. Et illa autoritas etiam allegat̄ in ſumma vitioꝝ in caplo de chorea.

Dn̄ica p̄ma in quadrageſima Euāgeliū ſm̄ Matheum. iij. caplo.



IN illo tempore. Duct⁹ eſt ieſus in deſertuʒ a ſpiritu: vt temptaretur a diabolo. Et cum ieiunaſ-

exo·24·&·34· & 3·Reg·19· ſet quadraginta dieb⁹ ⁊ quadragi
ta noctib⁹: poſtea eſuriȷt. Et acce
dens temptator dixit ei. Si filius
dei es: dic vt lapides iſti panes fi
ant. Qui reſpondēs: dixit. Scrip
deuto·8· tum eſt. non in ſolo pane viuit hō
ſed in omi verbo quod ꝓcedit de
ore dei. Tūc aſſumpſit eum diabo
lus in ſanctam ciuitatem: ⁊ ſtatuit
eū ſupra pinnaculū templi: ⁊ dixit
ei. Si filius dei es: mitte te deor
ps·90· ſum. Scriptū eſt eñ. quia angelis
ſuis mandauit de te: ⁊ in manib⁹
tollēt te: ne forte offendas ad lapi
dem pedem tuū. Ait illi ieſus rur
ſus. ſcriptum ē. Non temptab̄ do
deuto·6· minū deū tuū. Iterum aſſūpſit eū
diabolus in montem excelſum val
de. ⁊ oſtendit ei oīa regna mūdi
⁊ gl̄iam eoꝝ. ⁊ dixit illi. Hec oīa
tibi dabo ſi cadens adorauerīſ me
Tūc dixit ei iheſus. Vade ſatha
na. ſcriptum ē eñ. Dn̄m deuꝫ tuū
deuto·6·&·10· adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tūc re
liquit eum diabolus. ⁊ ecce angeli
acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei.

## Poſtilla.

Ductus eſt ieſus in deſertum Math. iiij. Mar. i. Luc. iiij. Temptat⁹ ē dn̄s iheſus xp̄s anno ei⁹. xxx. viij. id⁹ ianuarij. feria. ij. luna. v. indictōne. iij. Ante initiū illi⁹ euange. habet̃ Luc. iij. Factū eſt aūt cū oīs popul⁹ baptizaretur a iohāne. ⁊ ieſu baptizato ⁊ orāte aptū ē celū ⁊ deſcēdit ſpūſſanct⁹ corꝑali ſpecie ſicut colūba in ipm. ⁊ vox de celo facta ē. Tu es fili⁹ meus dilectus in te cōplacui mihi. Et ipe iheſus erat incipiens quaſi annoꝝ triginta. vt putabat̃ fili⁹ ioſeph. Ieſus autē plenus ſpūſancto regreſſuſ ē a iordane. tūc ſcꝫ ſtatim poſt baptiſmū [Ductus ē ieſus] ſ. ſpontanee [in deſertū] qđ ē inter irl̄m ⁊ iericho vbi quidam homo incidit in latrones vt h̄r Luc. x. [a ſpū] ſcꝫ ſancto. [vt tēptaretur a dyabolo] Gor. voluit autē tēptari xp̄s vt temptatorem ſuparet: vt tēptatos confortaret: vt modum vincēdi doceret. q2 nemo poteſt eſſe ſine temptationibus. vt patꝫ Iob. vij. Militia eſt vita hominis ſuꝑ terram. [Et cū ieiunaſſet] Lyra. vt carnē ſuam innocētem ꝓ nobis maceraret ⁊ exemplūꝫ fidelibus daret etiā ieiunādi. [q̄draginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹] non vltra ieiunauit: vt v̄tus diuinitatis diabolo celaret̃. q2 etiam moyſeſ in mōte ⁊ helyas in itinere tot dieb⁹ ieiunauerūt Aliter tamen ieiunauit xp̄us: ⁊ aliter moyſes ⁊ helyas. Non ieiunauerūt v̄tute ꝓpria ſicut xp̄s: ſed Moyſes ſuſtentat⁹ colloq̄o dei: vt h̄r Exodi xx. Helyas v̄o ieiunauit in fortitudine cibi ſemel ſumpti. ſ. cuiuſdam panis ſubcinericij. [Poſtea eſuriȷt] ꝑ hoc oſtendit in ſe veritatē humane infirmitatis: ⁊ occaſioneꝫ tēptatori dedit. ideo ſeq̄tur [Et accedēs temptator] ſcꝫ in ſpē humana. Ad euidētiam huius temptatōnis aduertendum: ꝙ diabolus ſciebat ꝑ ꝓphetas ꝙ xp̄s futurus erat verus deus ⁊ verus homo. vt habet̃ expſſe Iſa. ix. Paruul⁹ nat⁹ ē nobis ⁊ fili⁹ datus ē nobis ⁊c̄. ſed neſciebat certitudinaliter: ꝙ ieſus nazaren⁹ eſſet ipe deus. ergo tēptando [dixit ei ſi filius dei es] ſcꝫ naturalis. ⁊ ꝑ ↄſequēs ei equalis in ptāte [dic vt lapides iſti panes fiant] Vñ Chriſoſto. Cogitauit apud ſe ſi poterit de lapidibus facere panes: vere filius dei ē. ſi autē nō poterit: hō eſt. [Qui r̄ndens] ſapiēter nec diuinitatē ei⁹ poterat ꝑpēdere. [dixit. Scriptū eſt] Deut̃. viij. [nō i ſolo pane] ſcꝫ corꝑali [viuit homo. ſed in oī verbo qđ procedit de ore dei.] Lyra. quod verificat̃ non ſolum de vita ſpūali: ſed etiam corꝑali. ſicut patꝫ de Moyſe qui ieiunauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: locutōne dei ſpūaliter ⁊ corporalit̃ ſuſtentat⁹. Unde Raban⁹. Sicut corpus humanū non pōt viuere ſine terreno cibo: ita ⁊ anima non pōt viuere ſine dei verbo. [Tūc] ſcꝫ poſtq̄ deuict⁹ eſt [aſſumpſit eum dyabol⁹] Gor. ⁊ hoc corꝑalit̃. Et ſcd̄m aliquos eum in brachijs portauit: ſcd̄m alios ad manū duxit. Sciendū ꝙ hoc non ē mirū ꝙ xp̄s filius dei permiſit ſe a diabolo duci. Unde grego. in omel̃. q̄d ergo mirum ſi ſe ab illo ꝑmiſit duci; qui ſe etiam ꝑtulit a mēbris illius crucifigi. ſ. a pilato ⁊ a iudeis: q̄ fuerūt mēbra dyaboli [in ſanctā ciuitateꝫ.] id ē in irl̄m q̄ dicebat̃ ſancta. q2 diuino cultui deputata ꝓpt̃ tēplum qđ erat ibi, nec erat licitum i

lege dn̄i alibi d̄o ſacrificar̄[⁊ ſtatuit eū ſup̄ pina
culū tēpli]Gor. pinnaculū dicit̄ deambulatoriū
circa muros tēpli: vbi aſcendebant ſacerdotes
populo p̄dicantes[dixitqꝫ ei. Si fili⁹ dei es: mit-
te te deorſuz]Ly. quaſi diceret. hoc v̄tute propa
potes ſine periculo. ⁊ etiā ꝓpter miſteriū angelo
rum tibi ſeruientiū[Scriptū eſt em̄. qm̄ angelis
ſuis mandauit de te ⁊ in manib⁹ tollēt te: ne for-
te offēdas ad lapidē pedē tuū]Ait illi ieſ⁹]Criſ.
nihil mot⁹ vel indignatus. ſed cū multa mode-
ſtia ſcripturarū ei r̄ndit[Scriptū eſt]Deutro. vi.
non tēptabis dn̄m deū tuū]Ly. Tēptare em̄ de-
um ē q̄rere expimētum de dei v̄tute abſqꝫ neceſ-
ſitate: ⁊ hoc eſt peccatū. qꝛ quādocūqꝫ hꝫ hō ali-
q̄d qd̄ pōt facere ſm̄ viam humanā ad euadēdū
ꝑiculū non dꝫ illud omittere q̄rēdo diuinū expe-
rimētum. Et ꝓpter hoc ꝓbatio ferri cādentis ⁊ du
ella tāq̄ illicita ꝓhibent̄ ab eccl'ia. Per hoc em̄
r̄ndet dn̄s xp̄s diabolo tēptanti ip̄m. qꝛ cū poſſet
de pinnaculo tēpli deſcēdere ꝑ viā humanā. ſ. ꝑ
gradus ad hoc factos in tēplo nō debebat ꝑ ali
um locū deſcēdere. qꝛ hoc eēt deū tēptare[Iterū
aſſumpſit eū diabol⁹]Gor. vt ſi non ex vno: tam
ex reliquo ſuparet[in montē excelſuz valde ⁊ oſtē
dit ei om̄ia regna mūdi.]Ly. nō eſt ſic intelligē-
dū ꝙ ex illo loco p̄nt oīa regna ⁊ om̄es ciuitates
determinate videri: ſ3 oſtendēdo diuerſas partes
orbis dixit ei. Tale regnū ē in tali ſitu. ⁊ tale i ta-
li. enarrādo breuiter magnitudinē ⁊ gl'iam illoꝝ
regnoꝝ[⁊ dixit illi. Hec om̄ia dabo tibi]quaſi di
ceret. in oībus ill' faciam te regē. Et hoc diabo-
lus arrogāter loq̄bat̄. non em̄ potuit facere: ſ3 mē
tiebat̄. qꝛ mēdax ē ⁊ pr̄ ei⁹. ſ. mēdacij vt p3 io. viij
[ſi cadēs]tāq̄ iferior[adorauer̄is me]tāq̄ ſupio
rē Ecce diabol⁹ cultū diuinū ſibi nititur vſurpa
re. vnde ⁊ ab initio appetijt deo ſe ſimilem fieri.
vt habet̄ Iſa. xiiij[Tūc dixit ei ieſus. vade ſatha
na.]id ē recede a me. quia aduerſarius es verita
ti. hoc ait ieſus quaſi cum indignatōne quod nō
fecit in p̄cedētibus tēptatōnibus: ad oſtēdendū
ꝙ proprias iniurias debet homo patiēter porta-
re: ſed dei iniuriaꝫ nullo modo ſuſtinere. ⁊ hanc
veritatē per ſcripturam cōfirmat dicēs[Scp̄tuz
eſt]Deut. vi. [Dn̄m deum tuū adorabis.]Lyra.
adoratōne latrie q̄ ſoli deo debetur. ſancti autē
venerari poſſunt veneratōne dulie[Tunc reliq̄t
eum diabolus]tanq̄ confuſus ex dei triumpho.
[Tunc acceſſerūt angeli ⁊ miniſtrabāt ei.]ſicut
domino vero proprij ſerui. Ex hoc apparet diui-
nitas chriſti. quia nulla natura ē ſup angelicam
niſi diuina. Circa preſens euangeliū vbi dicitur.
vt temptaret̄ a diabolo lucifero. vbi notandum:
ꝙ lucifer fuit d̄ ſummo ordine ſuꝑioris ierarchie
⁊ in illo ordine ſup̄muz ordinē tenuit: cui tanq̄
p̄ncipi de ſingulis ordinibus magna multitudo
adheſit: quos om̄s ſecum duxit. Lucifer autē di-
ctus ē. quia p̄ ceteris luxit: ſueqꝫ pulchritudinis
conſideratio euz excecauit: ſubditoſqꝫ habere vo
luit: ⁊ nulli ſubiectus eē concupiuit. Primū ho-
minē tēptauit ⁊ vicit: chriſtum tēptauit ⁊ victus
eſt. poteſtatem ſuam tūc amiſit quam in vltimis
tēporibus recuperabit. nūc ligat⁹: ſ3 in fine mū-
di ſoluetur.

Dn̄ica ſecūda in quadrageſima euāgelium
ſm̄ Matheum. xv.

In illo t̄pe Egreſſus ihe
ſus ſeceſſit in partes ty-
ri ⁊ ſydonis: ⁊ ecce muli-
er chananea a finib⁹ illis egreſſa:
clamauit dicens ei. Miſerere mei
fili dauid filia mea male a demōio
vexatur. Qui non reſpondit ei v̄-
bum. Et accedētes diſcipuli ei⁹ ro
gabant eum dicētes. Dimitte eā:
quia clamat poſt nos. Ipſe autem
reſpondens ait. Non ſum miſſus
niſi ad oues que perierūt domus
iſrael. At illa venit ⁊ adorauit eū
dicens. Domine adiuua me. Qui
reſpondens ait. Non eſt bonū ſu
mere panem filiorum ⁊ mittere ca
nibus. At illa dixit. Etiam domi-
ne. Nam et catelli edunt de micis
que cadunt de menſa dominorum
ſuorum. Tunc reſpondens iheſus
ait illi. O mulier magna eſt fides
tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata
eſt filia eius ex illa hora.

Poſtilla.

**Egreſſus ieſus ſeceſſit in ptes**
tyri ꝛ ſydonis ꝛc. Math. xvi. Mar. vi. Hyſtoria
hui⁹ euãgelij facta eſt anno xpi. xxxij. viij. id⁹ maij
feria. vi. luna. xix. indictõne. v. Ante initiũ illi⁹ euã
gelij ſcribit ſctũs mathe⁹ in eodẽ caplõ ꝙ xp̃us
dixit diſcipul' ſuis. Ois plãtatio quam nõ plãta-
uit pater me⁹ celeſtis eradicabit. ſinite illos: ſcꝫ
phariſeos ꝛ ſcribas. ceci ſunt ꝛ duces cecorum.
Cec⁹ autẽ ſi ceco ducatũ pſtet ambo i foueam ca
dũt. Tũc poſtmodũ ſeq̃tur euãgeliũ hodiernum
[Egreſſus ieſus.] ſcꝫ de terra gerazenoꝝ relictiſ
ſcribis ꝛ phariſeis calũniatorib⁹ ſuis q̇ ex h calũ
niabant q̇a diſcipuli xpi trãſgrederẽtur traditio
nes ſenioꝝ: ꝛ nõ lotis manibus manducarent. et
hoc ipi phariſei putabãt eſſe grãde pctm̃. Chri-
ſtus autẽ dixit. Nõ lotis manib⁹ mãducare non
coinq̇nat hominẽ: ſed q̃ de corde exeũt cogitatio
nes male: homicidia: adulteria: fornicatõnes: fur
ta: falſa teſtimonia ꝛ blaſphemie. hec ſunt q̃ co-
inq̇nãt hoiem [ſeceſſit in ptes tyri ꝛ ſydonis] ty
rus ꝛ ſydon ſunt ciuitates gentiũ ſite in terra p-
miſſionis ppe montẽ lybani [Et ecce mlier cha
nanea] ſcꝫ natione. nam chananei habitauerũt
in terra pmiſſionis ante filios iſrael. nec poterãt
per eos totalr extirpari. vnde iſta mulier ab illis
que remãſerãt deſcẽderat. Iſta autẽ mulier au-
diuit de miraculis ieſu xpi. ꝛ ideo firmiter crede-
bat q̇a filiam ſuam ſanare poterat. [a finib⁹ illis
egreſſa] Et vt habet Mar. vij. pmo venit ad ihe
ſum intra domũ. ſ; quia eã ibi nõ exaudiuit ſecu-
ta eſt eũ in itinere: [clamãs. Miſerere mei fili da
uid] Audierat eñ xpꝫ pmiſſuꝫ iudeis deſcẽdere
de genere dauid. ergo clamauit. miſerere mei fili
dauid [filia mea male a demonio vexat. Qui nõ
rñdens ei v̓bum] hec ẽ pma duritia quam chri-
ſtus oſtẽdit huic mulieri nõ ppter indignatõeꝫ
ſed vt ex pſeuerãtia ipius i pce firmitas fidei ei⁹
ꝛ deuotio oſtẽderet diſcipul' vt ipi diſcipuli p ea
rogarẽt vt ſic oſtẽderet nos ſctõꝝ pcib⁹ indige re
Vñ ſeq̃tur [Et accedẽtes diſcipuli ei⁹ rogabant
eũ p ea dicẽtes. Dimitte eã q: clamat poſt nos]
Ly. Moti erãt ad hoc ex cõpaſſiõe vidẽtes fidẽ
ꝛ deuotõem mulieris [Ipe aũt rñdẽs ait. Nõ ſũ
miſſus niſi ad oues q̃ perierũt dom⁹ iſrael] Iſta
fuit ſecũda duritia xpi ad mulierẽ iſtam. q̃ſi dice
ret eã nõ eſſe de ouib⁹ iſrl. i. dei. ꝛ p ꝯſeq̃ns reliq̃-
batur ꝙ ipa erat de ouibus diaboli. Lyra. Anti-
quis patrib⁹ iudeoꝝ fuit facta pmiſſio de chriſto
ſicut abrahe ꝛ dauid, ſ; quia iudei p maiori par-
te fidem chriſti repulerunt: ꝛ gentiles eam ſuſce
perunt. ideo dicit Hieronym⁹ Non dixit chriſtus
hoc quin etiam ad gẽtiles miſſus ſit. Cum autẽ
mulier videret nihil poſſe impetrare per apoſto-
los: tunc pſonaliter ppius acceſſit. Unde ſequi
tur. [At illa venit ꝛ pcidit ad pedes eius ꝛ ado-
rauit eum.] ſcilicet tãꝙ dñm ꝛ creatorem omniũ
creaturarũ: tanꝙ deum celi ꝛ terre. tanꝙ precep-
torem angelorum ꝛ hominũ. [dicens. Domine:
adiuua me] Et quia filie infirmitatem ſuã exiſti-
mat. ideo dicit. Domine adiuua me. [Qui reſpõ-
dens ait. Non eſt bonum ſumere panẽ filiorum
ꝛ mittere canibus.] Hec eſt tertia duritia ꝙ eam
canẽ appellauit: ꝛ non eſſe dignam pane. [At il-
la dixit. Etiam domine.] Hic oſtenditur humili-
tas mulieris huius: ꝙ ipa fatebatur ſe eſſe canẽ
dicẽs. [Etiam domine] quia verum eſt quod di-
cis. nec peto panẽ integrũ: ſed micã [Nã ꝛ catel-
li edunt de micis que cadũt de mẽſa dominorum
ſuorum.] quaſi diceret: ꝙ ſicut catelli aliqua mo
dica: vtpote micas cadentes de mẽſa percipiunt
ſic ꝛ ego gẽtilis debeo ſaltem modicum quid p-
cipere de beneficijs tuis. Querit hic quare chri
ſtus huic mulieri tantam oſtendit duritiam. Re
ſpondet hieronym⁹. Hoc fecit vt exemplum per-
ſeuerantie nobis daret: ꝛ eius fidem ꝛ conſtan-
tiam probaret: ꝛ probatam manifeſtaret [Tunc
reſpondens iheſus ait illi. O mulier magna eſt
fides tua.] Jacobus pariſienſis. Hoc patꝫ ex h:
ꝙ filiam non ſecum adduxit ad ieſum: ſed eaꝫ di
miſit in domo: nec chriſtum ad eam petiuit. quia
credebat eum poſſe filiam ſuam liberare ſolo v̓-
bo [Fiat tibi ſicut vis] Lyra. quaſi diceret. fides
tua hoc meretur. Chriſoſto. Hic oſtẽditur q̃tum
valet conſtantia oratõis. quia quod apoſtoli nõ
obtinuerũt: iſta perfecit. [Et ſanata eſt filia ei⁹
ex illa hora.] ſcꝫ quando ſermo chriſti proceſſit
ex ore eius. quia cum redijt domũ: inuenit filiaꝫ
ſane mentis ꝛ plene liberatam ꝛ ſanatam. Cir-
ca preſens euangelium vbi dicitur. Filia mea a
demonio vexatur. notãdum ꝙ ad hoc ꝙ q̇s non
poſſideatur a dyabolo duo valent. Primuꝫ vt q̇s
ſibi a peccato caueat: preſertim mortali. ꝛ ſi inci
dit: ſtatim conuertatur. quia i talem demon pote
ſtatem non habet: vt probat Caſſianus in colla-
tione patrum per exemplum de ſancto Antho-
nio. quem duo magi odientes per tres ſucceſſi-
ue demones eijcere de cella ſua conabãtur. Cuꝫ
autẽ btũs anthoni⁹ tẽptatõꝫ amariſſimã ſẽtiẽs
oraret: ꝛ ſigno cruc̃ ſe muniret: ſꝫ vacui demo-

nes receſſerũt. Et ſic tandẽ magi illi a btõ Anto-
nio v̓tutẽ crucis chriſti ꝛ fidei catholice diſcen-
tes ad fidẽ ↄuerſi ſunt. Tunc diffiniuit beat⁹ an-
tonius nullatenus demones poſſe mentẽ cuiuſ-
dã vel corp⁹ inuadere: niſi eã ꝓmũ deſtituerit oi-
bus cogitatiõib⁹ ſanctis. ꝛ niſi ꝓus mẽtẽ poſſi-
derint. Secũdo valet fidei ſimbolũ dictũ vel cru-
cis ſignũ ꝑ ſe vel ſuis impſſum. Exẽplum patet
in dialo. Grego. li. iij. caº. vij. de iudeo cuſtodito
per ſignũ ſancte crucis.

Dñica tertia in quadrageſima. Euangelium
ſm Lucam. xi.



In illo tpe. Erat Jeſus
eijciẽs demoniuꝫ ꝛ illud
erat mutũ. Et cũ eieciſſ;
demoniũ locut⁹ eſt mut⁹ ꝛ admi-
rate ſunt turbe. Quidã autem ex
eis dixerũt. In beelzebub ꝑncipe
demonioꝝ eijcit demonia. et alij
tẽptãtes ſignũ de celo q̃rebãt ab
eo. Ipſe autẽ vt vidit cogitatiões
eoꝝ dixit eis. Omne regnũ in ſe di
uiſum deſolabit: ꝛ dom⁹ ſupra do
mũ cadet. Si aũt ꝛ ſathanas in ſe
ipm diuiſus eſt: quõ ſtabit regnũ
eius. q2 dicitis in beelzebub eijce-
re me demonia. Si aũt ego in be-
elzebub eijcio dmonia: filij veſtri
in quo eijciũt. iõ ipi iudices veſtri
erũt. Porro ſi in digito dei eijcio
demonia: ꝑfecto ꝑuenit in vos re
gnũ dei. Cũ fortꝭ armat⁹ cuſtodit
atriũ ſuũ: in pace ſũt ea q̃ poſſidet
ſi aũt fortior illo ſupueniẽs vicerit
eũ: vniuerſa arma ei⁹ auferet in q̇
bus ↄfidebat: ꝛ ſpolia ei⁹ diſtribu
et. Qui nõ ẽ mecũ aduerſuꝫ me ẽ.
ꝛ q̇ nõ colligit mecũ diſꝑgit. Cum
imũd⁹ ſpũs exierit ab hoie ãbulat
ꝑ loca inaquoſa: q̃rẽs requiẽ ꝛ nõ
iueniẽs: dicit. Reuertar i domum
meã vñ exiui. Et cũ venerit: inue-
nit eã ſcopis mũdatã ꝛ ornatã: et
tũc vadit ꝛ aſſumit alios ſeptem
ſpũs ſecũ neqores ſe. ꝛ ingreſſi ha
bitãt ibi: ꝛ fiũt nouiſſima hois illi⁹
peiora ꝓorib⁹. Factũ ẽ ãt cũ hec di
ceret extollẽs vocẽ q̃dã mulier de
turba: dixit illi. Btũs venter q̇ te
portauit ꝛ vbera q̇ ſuxiſti. At ille
dixit. Quinimo. beati q̇ audiunt
v̓bũ dei ꝛ cuſtodiũt illud. Poſtil.

Erat ieſus eijciẽs demonium
Luc. xi. Math. xij. Mar. iij. Hoc euãgeliũ factũ
eſt anno xpi. xxxi. kal. decẽbris. feria. v. indictione
iiij. luna. xvij. Ante initiũ illius euangelij ſcribit
ſanctus Lucas in eodẽ caplo. Factũ eſt cũ eſſet
ieſus in loco quodã orãs: vt ceſſauit dixit vn⁹ ex
diſcipulis eius ad ipm. Domie doce nos orare. ſi
cut Johãnes docuit diſcipulos ſuos. Et ait illis
cũ oratis dicite Pater noſter qui es in celis: ſan
ctificetur nomẽ tuũ ꝛc. Tunc poſtmoduꝫ ſeq uit
euangelium hodiernũ [Erat ieſus eijciẽs dem o
niũ] Hor. Conueniẽter aũt poſt documẽtũ ora-

tionis ponit miraculum expulſionis demonis.
q̃a hic eſt vnus effectus orationis:vt pꝫ Marci
ix. Hoc genus demonioꝝ in nullo poteſt exire: ni
ſi in oratione ⁊ ieiunio[⁊ illud]ſcꝫ obſeſſum nõ
demoniũ[erat mutũ]Gloſ.ſcꝫ ab effectu. q2 mu
tum faciebat hominẽ.⁊ Math.xij.habet ꝙ etiã
cecus erat.⁊ Marci.ix.ꝙ etiam ſurdus erat. vn
de Beda. In vno homine tria ꝑpetrata ſunt mi
racula.cecus videt.mutus loquitur. poſſeſſus a
demonio liberatur[⁊ cũ eieciſſet locutus ẽ mu
tus:⁊ admirate ſunt turbe]ſcilicet ſimplices ⁊
minores.maiores autem calumniabantur mira
culum ⁊ blaſphemabant. Unde ſequitur[Qui
dam autem]ſcilicet ſcribe ⁊ phariſei[dixerunt.i
beelzebub principe demonioꝝ eijcit demonia]
miraculum illud erat publicum.⁊ ideo denegare
non poterant:ſed peruertere conabantur:dicen
tes ꝙ virtute demonis factum eſſet. Odium enĩ
⁊ inuidia peruertunt iudicia:⁊ facta interpretan
tur ad deteriorem partem. Scribe autem ⁊ pha-
riſei valde oderunt chriſtum quia acriter argue-
bat eorum vicia.⁊ ideo miracula diuina virtute
facta dixerunt fieri arte magica ſcꝫ in beelzebub
principe demoniorum. Unde Beda. Cult⁹ ido-
latrie a rege ciuitatis niniue ortum habuit: qui
de morte patris ſui nomine bel intantum doluit
ꝙ ob memoriam ſui auream ſtatuam patris ſui
imaginem ⁊ ſimilitudinem habentem fecit:quã
habuit in tanta reuerentia:vt ſi aliqui fugitiui vl̓
facinoroſi ad eam confugerent:erant ſecuri d̓ vi
ta ſua.ideo ceperunt ⁊ honores diuinos ei ſcilicꝫ
imagini exhibere:videntes regi placere in hoc:
quo exemplo ceteri de locis adiacentibus in ho
nore patrum ſuorum ſtatuas aureas fecerunt. ⁊
toꝛum ]ex p̄te dei. cuius ſolius ē peccata dimitte
re. Act. iiij. Non ē aliud nomē ſub celo datū ho-
minibꝰ in quo opoꝛteat nos ſaluos fieri [in oēs
gētes ]non vnā tm̄: vt patꝫ Mar. xvi. incipiētes
a ir'l'm. quia ieruſalē ē in medio terre habitabilis
⁊ ab illo loco cōuenient̄ incipit p̄dicatio euāge-
lij: vt apoſtolos ⁊ alios xp̄i diſcipulos circūqua-
q̄ ꝑ oꝛbē diſperſos: in omnē terram exiuit ſonus
eoꝝ p̄dicatōnis: ſcd̄m q̄ ꝓphetatum fuerat i pſ
xviij. In omnē terram exiuit ſonus eoꝝ. Et in ſi
gnum huius chꝛiſtus in die aſcēſionis mittēs di
ſcipulos ſuos dixit eis. Ite in mūdum vniūſum
p̄dicate euangeliū oī creature. Circa pn̄s euāge
lium vbi dicit̄. Stetit Ih̄s in medio diſcipuloꝝ
Notādum q̄ ieſus poſt reſurrectionē ſuam i me-
dio diſcipuloꝝ ſuoꝝ ſtetit. in hoc docet nos me
dium tenere in cūctis v̄bis ⁊ opibus noſtris. lo-
cus em̄ medius tutus ē. Exēplum. ſi choꝛdā i cy-
thara artifex tēdit multū: rumpit̄. ſi parum mur-
murat vel nihil ſonat. ſi mediū dulcit̄ cantat. Se
q̄tur hic in euāgelio. Cum māducaſſet coꝛā eis.
q̄ritur vtrum reſurgētes amplꝰ comedāt ⁊ bibāt
Reſpondet hugo de pꝛato q̄ nec boni nec mali
amplius comedūt nec bibūt. ad q̄d em̄ comede-
rēt bti qui nūq̄ fameſcant vt Apoca. vij. Sancti
n̄eſurient neq̄ ſitient ápl'ꝰ. Dānati autem ſi fame
ſcant non habebūt quid comedāt. Et ſi obijcit̄:
q̄ xp̄s poſt reſurrectionē comedit. Dicendum eſt
q̄ non comedit pꝛopt̄ neceſſitatē vel delectatōeꝫ
ſ; vt oñderet ſe eundē eē q̄ ꝑus cū eis comederat
⁊ biberat.

Sabbato euāgelium ſcd̄m Johannē. xxi.

In illo tp̄e. Manifeſtauit
ſe iterū ih̄s diſipul' ſuis ad
mare tyberiadis. Mani
feſtauit āt ſe ſic. Erāt au
tē ſimul ſymon petrꝰ: ⁊ thomas q̄
dicitur didimꝰ. ⁊ nathanael q̄ erat
a chana galilee: et filij zebedei, et

⁊ alij ex diſcipulis eiꝰ duo. Dixit
eis ſymon petrꝰ. Uado piſcari. di
cunt ei. Uenimꝰ ⁊ noſ tecum. Et
exierunt ⁊ aſcēderūt in nauim. ⁊ il
la nocte nihil prēdiderunt. Ma-
ne autē iam facto ſtetit Ihs ī lit-
tore. non tamē cognouerunt diſci
puli quia iheſus ē. Dixit eis ieſus
Pueri nūquid pulmētariū habe-
tiſ. Rn̄derunt ei. non. Dixit eis.
Mittite in dexteram nauigij rhe
te ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo et
iam non valebāt illud trahere pre
multitudine piſciū. Dixit ergo di
ſcipulꝰ ille quē diligebat ihs pe-
tro. Dominꝰ ē. Symon petrꝰ cuꝫ
audiſſꝫ quia dominꝰ ē: tunica ſuc-
cinxit ſe. Erat em̄ nudꝰ ⁊ miſit ſe
in mare. Alij auteꝫ diſcipuli naui
gio venerūt. Nō em̄ lōge erant a
t'ra: ſꝫ q̄ſi cubitꝭ ducētꝭ: trahētes re
the piſciū. Ut ergo deſcēderūt ī t'-
ram viderunt prunas poſitaſ ⁊ pi
ſcē ſuppoſitum ⁊ panē: dixit eiſ ie-
ſus. Afferte d̄ piſcibꝰ quos prēdi-
diſtiſ nūc. Aſcēdit ſymon petrꝰ: ⁊
traxit rhete in terram plenuꝫ ma-
gniſ piſcibꝰ cētū q̄nquagita tribꝰ
Et cum tanti eſſent: non ē ſciſſuꝫ
rhete. Dixit eis ihs. Uēite pran-
dete. Et nemo audebat diſcūben
tium eū interrogare. tu quis es: ſcie
teſ quia dominꝰ ē. Et venit ieſus
⁊ accepit panē ⁊ dabat eiſ. ⁊ piſcē
ſimiliť. Hoc iam tertio manifeſta
tꝰ ē ieſuſ diſcipuliſ ſuiſ cum reſur-
rexiſſet a mortuiſ.

## Poſtilla.

Manifeſtauit ſe iterum ihus
Johannis. xxi. Luce. xxiiij. Hiſtoria huius euan-
gelij facta ē poſt dies octo feſti paſche. ãno chri
ſti quo ſupra. Ante initium iſtius euãgelij ſcribit
ſanctus Johãnes in eodem capitulo: ꝙ Jeſus
dixit thome. Quia vidiſti me thoma credidiſti.
beati qui non viderūt ⁊ crediderunt. Tunc poſt
modum ſeq̄tur euangeliū hodiernū. [manifeſta
uit ſe iterū iheſus] Thomas. Supradicte mãife
ſtationes chriſti facte ſunt in iudea. hec autem i
galilea. Illa intus. iſta foris. quia magnam par
tem timoris diſcipuli poſtpoſuerant. ideo in do-
mo concluſi nō erãt vt prius: ſed in galileam iue-
runt vbi illa apparitio facta eſt. Dicitur ergo [po
ſtea autem manifeſtauit ſe iterum iheſus] Lyra
facto interuallo temporis. quia non manebat con
tinue cum apoſtolis: nec cõuerſabatur continue
cum eis: vt oſtēderet ſe reſurrexiſſe ad vitam im
mortalem ab hominibꝰ huius mundi ſeparatam.
[ad mare tyberiadis] quod eſt ſtagnū genaza-
reth. Alio nomie dicitur mare galilee. Ex q̄bus
manifeſte apparet ꝙ illa apparitio facta eſt i ga
lilea: vbi eſt illud mare. [manifeſtauit ſe autem
ſic] id eſt per modum qui ſequitur [Erant auteꝫ
ſimul ſymon petrus.] Iſta duo nomina euange
liſta Johãnes ſimul coniūgit. quia ſymon fuit
eius nomen primuꝫ. petrus autem erat nomen
ſibi de nouo a chriſto impoſitum: ⁊ hoc propter
fidelem chriſti confeſſionē qua dixit. Tu es chri
ſtus filius dei viui. [Et thomas qui dicitur dydi
mus: ⁊ nathanael qui erat a chana galilee ⁊ fi-
lij zebedei ⁊ alij ex diſcipulis eius duo.] Tho. ⁊
ita erant ſeptem: ad inſinuandum: ꝙ illi digni
ſunt diuina viſione ⁊ allocutōne qui ſeptem do
nis ſpiritusſancti ſunt ornati. [Dixit eis ſymon
petrus. Uado piſcari. Dicunt ei. Uenimꝰ ⁊ nos
tecum.] Lyra erant enim pauperes. Et ideo ad
procurandum neceſſaria vite licite poterant re-
dire ad exercendum negocium quod ſine pecca
to poterat exerceri. propť quod Paulus artem
ſcenofactoriã didicit quam antea non ſciuit: vt
cū neceſſitas occurreret vł vtilitas eccłie d̄ labo-
re ſuo viueret: vt habetur Act. xx. [Ex exierunt ⁊
aſcenderunt nauim: ⁊ illa nocte nihil prendide-
runt] Lyra. hoc factum eſt vt captio ſequēs ma-
nifeſte miraculoſa appareret. [mane autē facto:
ſtetit Iheſus in littore.] non apparuit ſup aquam
ſicut ante paſſionem fecit quãdo viderunt ipm

ſup mare ambulantē:ſ; in littore.id ē in terra ſo-
lida:ad oſtēdēdum ꝙ amplius nō erat in flucti-
bus vite corruptibilis:ſ; mag̃ tranſierat ad ſtatū
vite immortalis.non tamē diſcipuli cognouerūt
ꝙ ieſus eēt. Vñ Criſ. Nō mox oſtēdit ſeipſum
vt ꝑ miraculū quod factur⁹ erat eū cognoſcerēt.
ergo locutus ē eis tāꝙ extrane⁹ dicēs[ pueri nū-
quid pulmēta habetis ]pulmētarium eſt qđcun
ꝙ panis ꝯdimētū ſiue piſcis ſit,ſiue aliud qđ noſ
ꝯmuniter dicim⁹ pulmētum[ Rñderūt ei.nō ]Ly
ra.credebant eñ eum eē aliquē mercatorē q vel
let piſces emere[ dixit eis. mittite in dexterā na-
uigij rethe ⁊ inuenieẗ. ]Ly. ꝑdicit certitudinaliẗ
effectum futurū:vt ad ſequētia habeāt animum
magis attētum[ Miſerūt g̃ ⁊ iam nō valebāt il
lud trahere ꝑ multitudine piſciū ]Ly.ex quo pꝫ
ꝙ piſces illi fuerūt ibi miraculoſe adducti vl' vir
tute diuina de nouo formati. q: tota ibi nocte q̄ſi
erāt ⁊ nihil inuenerant[ Dixit ergo diſcipul⁹ ille
quē diligebat iheſus ]id ē iohānes[ petro. ]erat
eñ ſibi familiaris. Tho. Notandū ꝙ hic notan
tur ꝓprietates illoꝝ duorum apl'orum.petri ⁊ io-
hannis. Petrus eñ fuit feruētior.ideo ꝑmus ad
ieſum venit. Iohēs acutior:iō primo eū agno-
uit[ dñs ē ] ſic eñ vocabant xp̄m añ paſſionem.
Ly. Puritas mētis ⁊ corꝑis maxime diſpōit ho
minē ad cognitionē dei.⁊ iō iohānes q ceteri pu
rior erat tanꝙ v̾go citius alijs agnouit xp̄m [ ſy
mon petrus cum audiſſꝫ q: dñs ē tunica ſuccin-
xit ſe ]Ly.vt cum maiori reuerētia accederet ad
chriſtum.[ erat eñ nudus ]id eſt parum veſtitus
ſicut ſolēt piſcatores eſſe in aqua vt ſint expedi-
tiores ad piſcatōis opus [ ⁊ miſit ſe in mare. ]b̄
notaẗ feruēs dilectio petri : in hoc ꝙ non potuit
ſe cōtinere q̇n ſtatim curreret ad xp̄m ieſum: er
go miſit ſe in mare vt citius veniret ad xp̄m ex de
uotione.q: petr⁹ memor fuit ꝑſtine ambulatōis
ſuꝑ aquas quādo ad xp̄m venerat. vt hꝛ̄ Mat.
xiiij.Dñe ſi tu es iube me ad te venire.[ Alij autē
diſcipuli nauigio venerūt ]q: nō erant ita feruē
tes:nō audētes mare intrare.Et alia ratio ē.[ q̇a
non erāt longe a terra ]⁊ ideo etiā cito venire po
terāt [ ſed quaſi cubitis ducētis trahentes rethe
piſciū. Vt g̃ deſcēderūt i terrā ]id ē đ naui ad lit
tus[ viderūt prunas ]id ē carbones[ poſitaſ:⁊ pi
ſcem ſuppoſitum ⁊ panē ]id ē nō ſuꝑ prunas : ſ;
ibi paratū ꝓ refectiōe eorū. Vñ Criſ. Iſta eñ
oīa diuina v̾tute fuerūt đ nouo formata ad maio
rē diſcipulorū cōfortationē in fide reſurrectōis
xp̄i[ Dixit eis ieſus ]nunc familiariẗ loquitur eiſ
tāꝙ diſcipul'[ Afferte de piſcibus quos p̄ndidi-
ſtis nūc ]Vñ Criſ Ne credant fantaſma eē qđ
videbant:panē ⁊ piſcē:iubet etiā đ piſcibus ca-
ptis afferri:vt etiam coquētur ⁊ comedantẗ[ aſcē
dit ſymon petrus ]vt magiſtri iuſſionē impleret.
[ ⁊ traxit ]etiam alijs adiuuātibus[ rethe in traꝫ
plenū magnis piſcib⁹ cētum q̇nquagīta trib⁹. ]
Et ſcđm aliquos apoſtoli ceperunt ibi ex oī gn̄e
piſciū.q: ſꝫm Iſido.oīm piſciū q in aqua natant
clii.gn̄a ꝓbi enūciant[ Et cū tāti eēnt ]numero
⁊ quātitate.q: multi magni [ nō ē ſciſſum rethe:
dixit eis ihs. Venite ⁊ prādete ]Ly. Hic notatur
dei benignitas,q: inuitat eos dulciẗ ad comedē
dū ſecū.q: cū eis tūc comedit ad declarandū ſue
reſurrectōis veritatē. Vñ luc.vlti. Cū manducaſ
ſet inq̇t corā eis:ſumēs reliq̇as dedit eis[ Et ne-
mo audebat diſcūbētiū interrogare eū:tu q̇s es ]
⁊ propẗ cognitōis certitudinē quā đ ipo hēbant
[ ſciētes q: dñs ē ] ⁊ iō fruſtra feciſſent de hoc q̇-
ſtionē[ ⁊ venit ieſus ]id ē acceſſit ad mēſam. [ et
accepit panē ]quē de nouo ſua oīpotēti virtute
creauerat[ ⁊ dabat eis:⁊ piſcē ſimiliẗ. ]eo modo
diuidebat eis ⁊ diſtribuebat ſicut añ paſſionem
ad declarādam ſuā reſurrectōꝫ. Dicūt eñ aliqui
doctores ⁊ ſatꝭ ꝓbabiliẗ: ꝙ ſic diuidebat cibaria
ſola manu ſicut ali⁹ cū cultello:⁊ in h̄ diſcipli co-
gnouerūt eū[ b̄ iam tertio manifeſtat⁹ ē ihus di-
ſcipul'ſuis cū reſurrexiſſet a mortuis ]Certum ē
ꝙ iam pluries manifeſtauerat ſeipm̄: cū ipa die
reſurrectōis q̇nq̇es appuit:g̃ iſta appitio đr ter-
tia:nō in nūero appitionū:ſ; in ordine dieꝝ:vt pri
mo đr manifeſtat⁹ in die reſurrectōis.ſecundo in
octaua paſche:⁊ tertio hic. Vñ circa pn̄s euāg̃
vbi diciẗ. Manifeſtauit ſe iterū ieſus diſcipulis
ſuiſ ad mare galilee Criſ.dicit ꝙ euāgeliſta no
minat hic locū vbi h̄ manifeſta° ē facta.q̇a illic
apl'i iuerūt.in q oñditur ꝙ iā magnā ꝑtē timoriſ
eoꝝ xp̄s abſtulerat vt auderēt manifeſte exire đ
domo.nō eñ vltra i domo recluſi erāt. Vñ hic q
ritur cur iam ⁊ nō ꝑus iuerūt piſcari. Rñdeo ſꝫm
aug.q: iam mg̃ro recedēte nō hēbāt vñ viuerēt.
quā penuriā etiā xp̄us induxit vt i piſcatōe eum
agnoſcerēt. Secūdo q̄riẗ cur petr⁹ ad piſcatōnē
redijt quā ſemel reliq̇t. Rñdet gregori⁹.q: licita
ars erat nutriēdi ſe ꝑ artē piſcādi.igiẗ ⁊c. Terciō
Mathe⁹ ad theloneū nō vltra reſedit:q: fit ſiñ ꝑcō
ne pctō. Queriẗ tertio.vñ receperūt nauim ⁊ rhe
tia q reſignauerūt. Rñdet Criſ.mutuauerūt a
ꝓpinq̇s. Quarto q̄riẗ cur nihil potuerūt capere
Rñdetur ꝙ deus ita diſpoſuit:vt ꝑ miraculū do
ceret eos chriſtum agnoſcere.



Jn octaua paſce. Euangelium ſm Johan
nem. xx.

IN illo tempore. Cū ſe-
ro eſſet die illo vna ſab-
batoꝝ: ⁊ fores eēnt clau
ſe vbi diſcipuli erāt cōgregati pro
pter metum iudeoꝝ: venit ieſus ⁊
ſtetit in medio eorum ⁊ dixit eis.
Pax vob. Et cū hoc dixiſſet oſtē-
dit eis manꝰ ⁊ latus: gauiſi ſūt di
ſcipl'i viſo dn̄o. Dixit ergo eis ite
rum. pax vob. ſicut miſit me pater
⁊ ego mitto vos. Hec cum dixiſſet
inſufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite ſpi
ritū ſanctū: quoꝝ remiſeritꝭ pecca-
ta remittūtur eis: ⁊ quoꝝ retinue
ritꝭ retenta ſunt. Thomas autem
vnꝰ ex duodecim qui dicitur dydi
mꝰ nō erat cum eis quando venit
ieſus. Dixerūt ergo ei alij diſcipu
li: vidimꝰ dn̄m. Ille aūt dixit eis.
Niſi videro in manibꝰ eiꝰ fixurā
clauorum: ⁊ mittā digitū meum in
locū clauorum: ⁊ mittam manum
meā in latꝰ eiꝰ: nō credā. Et poſt
dies octo iterum erāt diſcipuli eiꝰ
intꝰ: ⁊ Thomas cum eis: venit ie-
ſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in me-
dio: ⁊ dixit eis. Pax vob. Deinde
dixit Thome. Infer digitū tuum
huc: ⁊ vide manꝰ meas. ⁊ affer ma
nū tuam ⁊ mitte in latꝰ meū: ⁊ no
li eſſe incredulꝰ: ſed fidel'. Reſpō-
dit Thomas ⁊ dixit. Dominꝰ me
us ⁊ deꝰ meꝰ. Dixit ei ieſus. quia
vidiſti me Thoma credidiſti. be-
ati qui nō viderūt ⁊ crediderunt.
Multa q̄dem ⁊ alia ſigna fecit ie
ſus in conſpectu diſcipuloꝝ ſuorū
q̄ nō ſunt ſcripta in libro hoc. hec
aūt ſcripta ſunt: vt credatꝭ quia ie
ſus eſt filiꝰ dei. ⁊ vt credētes vitā
habeatis in noīe eiꝰ. Poſtilla.

Cū ergo ſero eēt die illo. Joh.
xx. Luc. xxiiij. Hiſtoria huius euāgelij facta ē ipo
reſurrectiōis dn̄i die ꝑ pma parte. ꝑ ſecūda aūt
parte in octaua paſce. Ante initium illius euan
gelij ſcribit ſanctꝰ Johānes in eodem capl'o. ꝙ
ieſus dixit marie magdalene vade ad fratres me
os ⁊ dic eis. Aſcendo ad patrem meum ⁊ pr̄em
veſtrum: deum meum ⁊ deum veſtrū. Venit ma
ria magdalene annūcians diſcipulis: quia vidi
dominū. ⁊ hec dixit mihi. Tunc ſtatim ſequitur
euangelium hodiernum [Cum ergo ſero eſſet].
Lyra. Jn die apoſtoli erant diſperſi ꝓpter metū
iudeorum: ſed in ſero conueniebant ad locū vnū
⁊ ideo tali hora chriſtus eis apparuit [de illo]. ſ.
dominice reſurrectionis [vna ſabbatorum]. id ē
pma die poſt ſabbatum. Sed quare chriſtus vſ-
ꝙ ad veſperam diſtulit. Reſpōdeo ſm Criſ. vt
omnes ſimul inueniret in domo: ⁊ niſi in ſero nō
inueniſſet eos ſimul congregatos. Item in ſero
ſolent homines magis timere: ⁊ illa hora volu-
it eos conſolari ſua apparitione [⁊ fores eſſent

clauſe vbi diſcipuli erant congregati ꝓpter me-
tum iudeorum]qđ ex diuina ordinatione factuꝫ
eſt:vt ieſus intrás ad diſcipulos ianuis clauſis
oſtenderet ſe habere corpus glorificatuꝫ[venit
ieſus ⁊ ſtetit in medio eorum]vt patet Mathei
xviij. Ubi duo vel tres congregati' fuerint in no
mine meo:ibi ſum in medio eorū[⁊ dixit eis. pax
vobis]Tho.quaſi diceret:non turbemini nec ti-
meatis.ego ſum qui pacem vobis ꝓmiſi:⁊ pacē
vobꝭ ꝑdicaui.⁊ iō ex auditu ſaluatiōis poteſtꝭ me
agnoſcere[Et cum hoc dixiſſet oſtendit eis ma-
nus ⁊ latus]vt nō ſolum auditu:ſed etiam viſu
certificarētur[gauiſi ſunt diſcipuli viſo domio],
Tho.Contriſtati fuerunt in eius morte:letantur
de reſurrectione.⁊ ſic ſocij paſſionis fiunt parti-
cipes conſolationis[Dicit ergo eis iterum. pax
vobis]iterat oblatiōem pacis:vt monſtrat xpī
ſuum aduentum eſſe pacificata:⁊ que in celis et
que in terra ſunt[ſicut miſit me pater]ſcꝫ ad ve
ritatem fidei nunciandam in iudea[⁊ ego mitto
vos]ad eandem publicandam per vniuſuꝫ mū
dum. In ſignum huius dixit eis in die aſcenſio-
nis. Ite in mundū vniuerſum:predicate euāge-
lium omī creature. Unde in ps.xviij. In omnem
terram exiuit ſonus eoꝝ. Et quia executio huius
officij nō poteſt cōuenienter fieri ſine gratia ſpi
ritusſancti:ideo ſequitur[Et cum hec dixiſſet in
ſufflauit:⁊ dixit eis. Accipite ſpm̄ſanctum]tho.
oſtendens per hoc ꝙ ſicut flatus procedebat de
ore ipius ieſu chriſti:ſic ſpūſſanctus qui dabaṫ
in flatu procedit ab ipſo filio ieſu chriſto ſicut ꝓ
cedit a patre:quod eſt contra grecos qui negāt
ſpiritūſanctum procedere a filio[quoꝝ remiſeri
tis peccata remittuntur eis]id eſt quoruꝫ ſolue
ritis ſoluti' ſunt[⁊ quorū retinueritis retēta ſūt]
id ē quos ligaueritis ligati ſunt.vt patet math.
xvi. Quecunqꝫ ligaueritis ſuper terram erunt li
gata ⁊ in celis:⁊ quecunqꝫ ſolueritis ſuper terrā
erunt ſoluta ⁊ in celis. Hor.iſta poteſtas intelli-
gēda eſt claue nō errante. Tunc autem errat qn̄
ſacerdos ſoluit illum quē deus nō ſoluit.vel quā
do ligat quem deus nō ligat[thomas autē vn⁹
ex duodecim qui dicitur dydimus]id eſt dubius
[nō erat cum eis quādo venit ieſus]Lyra. Ipſe
enim inter alios diſcipulos videtur fuiſſe magꝭ
dydimus vt patet Joh.xi.⁊ ideo tardius venit
ad locum vbi congregabātur diſcipuli. Et ideo
propter tarditatem ſuam priuatus eſt illa viſio-
ne chriſti.hoc autē factum eſt diuina ordinatiōe
ꝓpter noſtram confirmationem. Unde Greg⁹.
Dum ille ad fidem palpando reducitur:noſtra

mens omī dubitatione poſtpoſita in fide ſolida
tur[Dixerunt ergo ei alij diſcipuli]quia boni ru
mores cito nūciantur[vidimus dominū]ſic em̄
eum ante paſſionem nomiabant[Ille aūt dixit
eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauo
rum]ſcꝫ vt probem viſu[⁊ mittam digituꝫ in lo
cum clauorum:⁊ mittam manuꝫ meam in latus
eius]vt ꝓbem tactu. Iſti em̄ ſunt duo ſenſus q̊
minus poſſunt decipi ſcꝫ viſus ⁊ tactus[Et p⁹
dies octo iterum erant diſcipuli eius int⁹:⁊ tho-
mas cum eis]Lyra.facto interuallo chriſtus ap
parebat diſcipulis.quia nō conuerſabatur quo-
tidie vel continue cum eis vt oſtenderet ſe reſur-
rexiſſe ad vitam immortalem ab hominibus hu
ius mūdi ſeparataꝫ[venit ieſus ianuis clauſis]
vt oſtenderet corpus glorificatum[⁊ ſtetit i me-
dio eorū]vt poſſet ab omībus videri[⁊ dixit eis.
Pax vobis]quia ſic ſalutare conſueuerat diſci-
pulos ſuos.⁊ etiam ſic docuerat diſcipulos ſalu
tare alios hoies.vt patet Math.x. In quācūqꝫ
domū intraueritis ꝓmū dicite:pax huic domui.
[Deinde dixit thome. Infer digitū tuuꝫ huc]vt
ꝓbes ꝑ tactū[⁊ vide manus meas]vt ꝓbes per
viſum[⁊ affer].i.applica]manū tuā ⁊ mitte i la
tus meum.⁊ noli eſſe incredulus:ſed fidelis]qſi
diceret ꝓpter tuā dubitatiōem ſanandā oſtendo
tibi vulnera mea. Unde Aug⁹.in li.de m.dicit ꝙ
thomas palpauit cicatrices xpi[Reſpōdet tho
mas ⁊ dicit ei. Dn̄s me⁹ ⁊ de⁹ me⁹]tho. Ecce ꝑ-
fecta fides.q̊a confitetur humanitatē ⁊ deitateꝫ
chriſti.dn̄s q̄tum ad hūanitatem qua nos rede-
mit.deus q̄tū ad deitatē qua nos creauit[Dixit
ei ieſus:q̊a vidiſti me]ſcꝫ hoiem[⁊ credidiſti].ſ.
deum. Ly. Nā thomas aliud vidit:⁊ aliud credi-
dit:quia humanitatem vidit ⁊ deitatem. que in
preſenti videri nō poteſt credidit[beati qui non
viderunt ⁊ crediderunt]Ly.in hoc ſtat conſola-
tio noſtra qui chriſtum nō vidimus:tamen credi
mus ipm veraciter eſſe ſub ſpecie panis in ſacra
mēto[Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit ieſus in
conſpectu diſcipuloꝝ ſuoruꝫ:que nō ſunt ſcripta
in libro hoc]Johānes euangeliſta pauciora ſi-
gna narrauit ꝙ alij euangeliſte.quia vltimo ſcri
pſit:⁊ ſigna que alij ſcripſerunt obmiſit[hec āt
ſcripta ſunt vt credatis:quia chriſt⁹ eſt fili⁹ dei]
ſcꝫ naturalis in potētia ſibi per omīa equalis.et
per ꝯſequēs idem in diuinitate.q̊a natura diuia
eſt indiuiſibilis[⁊ vt credētes]quia ieſus incar-
natus.paſſus.mortu⁹.ſepultus.regreſſus ab in-
feris.celum aſcendēs.verus eſt dei filius[vitam
habeatis]ſcꝫ eternam.in qua clare videbitur ꝙ

nūc creditur[ i nomine eius. ]id eſt per fidem no
minis eius. quia dicitur Act. iiij. Nec alıud ē no
men ſub celo datum hominibus in quo oporte-
at nos ſaluos fieri. Unde circa preſens euange
lium vbi dicitur. Accipite ſpm̄ſanctū. quoꝝ re-
miſeritis peccata ⁊c̄. videtur ꝙ niſi ſacerdos ha
beat ſpm̄ſanctum nō poteſt abſoluere. quia dic̄
ꝑmo. accipite ſpm̄ſanctum. ⁊ poſtea ſubdit. quo
rum remiſeritis peccata remittūtur eis. Reſpon
detur ꝙ ſacerdos abſoluit ex officio ⁊ nō ex vite
merito. Et ſic ſacerdos bonus ⁊ malus in virtu-
te ſpiritusſancti remittit peccatū. quia in virtute
caracteris ordinis: que datur a ſpiritusſancto q̄
operatur in ſacramentis. Glo. quorum remiſeri
tis. id eſt quos dignos remiſſione iudicaueritis
duabus clauibus. ſcꝫ poteſtatis ⁊ diſcretionis.
remittūtur eis. id eſt tunc dominꝰ approbabit re
miſſionē peccatorum. Et quorum non remiſeritis
deus non approbabit. Exē. ſicut rex principem
mittens dat ei poteſtatem mittere in carcerem et
emittere. Ex quo patet ꝙ ſacerdos eſt miniſter ⁊
inſtrumentū animarum dei.

Dominica prima poſt octauas paſce. euan-
gelium ſm̄ Johem. x.



In illo tēpore. Dixit Je
ſus diſcipulis ſuis. Ego
ſum paſtor bonus: bonꝰ
paſtor aīam ſuam dat pro ouibus
ſuis. Mercēnariꝰ aūt ⁊ q̄ non eſt
paſtor cuiꝰ nō ſunt oues ꝓprie vi
det lupū veniētē ⁊ dimittit oues ⁊
fugit: ⁊ lupꝰ rapit ⁊ diſꝑgit oues.
Mercēnarius aūt fugit: q̄a mer-
cēnariꝰ eſt ⁊ nō ꝑtinet ad eū d̄ oui
bꝰ. Ego ſum paſtor bonꝰ: ⁊ ꝯgno
ſco oues meas. ⁊ cognoſcunt me
mee. Sicut nouit me pater: ⁊ ego
agnoſco patrē: ⁊ animā meam po
no ꝓ ouibꝰ meis. Et alias oues
habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili: ⁊ il-
las oportet me adducere. ⁊ vocē
meā audient. Et fiat vnum ouile
⁊ vnꝰ paſtor. Poſtilla

Ego ſum paſtor bonꝰ. Johis.
x. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta ē āno xpi. xxxij. vi.
kalen̄. octobris in ſabbato. luna. xij. indictione. v.
Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſctūs Johes in
codē caplo ꝙ xp̄s dixit diſcipul' ſuis. Ego ſuꝫ o-
ſtiū. ꝑ me ſi q̇s introierit ſaluabit̄. ⁊ ingredietur et
egredief. ⁊ paſcua inueniet. Tūc poſtmodū ſeq̄t̄
euāgeliū hodiernū[ Ego ſum paſtor bonꝰ ]Ly.
In p̄nti euāgelio ponit euāgeliſta ꝯditiōes bōi
paſtoris ⁊ etiā mercēnarij. q: bonꝰ paſtor dꝫ hr̄e
affectiōem ad gregē i tātū ꝙ ꝓ eo ſi nccē eſt ſuſti
net mortē. ḡ dicit[ bonꝰ paſtor aiam ſuā ]. i. vitā
corꝑalē[ dat ]ſpōte ⁊ volūtarie[ ꝓ ouibus ſuis ]
Impleuit h̄ ip̄e xp̄s: q: aiaꝫ ſuā ꝑcioſiſſimā dedit
ꝓ ſalute mūdi. vt pꝫ. i. Joh. iij. Xp̄s aiam ſuaꝫ ꝓ
nobis poſuit. ⁊ nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ aias pone-
re[ mercēnariꝰ āt ⁊ q̄ nō ē paſtor ]Hic tāgit ꝯdi-
tiōes mali paſtoris. ſ. ipiꝰ mercēnarij. q̇ i officio ꝑ
latiōis attēdit cōmodū rei tꝑal' ⁊ honorē ſeculi.
Un̄ augꝰ. Sūt i ecclīa q̇dā ꝓpoſiti nō dn̄m q̄rē-
tes. tꝑalia cōmoda ſectātes. honores ab hoībꝰ
appetētes. q̇ſq̇s tal' ē mercēnariꝰ ē[ cuiꝰ n̄ ſunt o
ues ꝓpe ]ſ reputat eas q̄ſi aliēas[ videt lupū ve
niētē ]. i. hereticū cū falſa doctria eos corrūpētē.
[ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ]. ſ. n̄ reſiſtēdo ꝑ ſuā do-
ctrinā heretici prauitati[ ⁊ lupꝰ rapit ]ad malū ꝑ
trahēdo[ ⁊ diſꝑgit oues ]ab vnitate ecclīe ſepan
do[ mercēnariꝰ āt fugit ]. i. auxiliū debitum ſub-
trahit[ quia mercēnarius eſt ]id eſt curans ſolū

de lana ⁊ lacte.i.de commodis tẽpoꝛalibus.[ ⁊
nõ pertinet ad eum de ouibus]id eſt quia nõ cu
rat de ſalute ⁊ vtilitate ouium.nõ habet affectuꝫ
debite oꝛdinatuꝫ ad eas[Ego ſuꝫ paſtoꝛ bonꝰ]
ſollicitudinẽ habens ⁊ curam de ouibus[ ⁊ co-
gnoſco oues meas]ſcꝫ cognitione affectiua: qꝛ
diligo ſalutem ⁊ bonum earũ[ ⁊ cognoſcunt me
mee]Lyra.q̇a veri fideles cognoſcũt beneficia
chꝛiſti[Sicut nouit me pater.⁊ ego agnoſco pa
trem]Unde augꝰ.Ea dilectione qua pater me
diligit.diligo patrem[ ⁊ animá meá pono ꝓ oui
bus meis]Tho.hic oſtẽdit ꝙ paſſio ſua fuit ad
gregis redẽptionem.ergo dicit[ ⁊ animá meam
pono ꝓ ouibus meis]ſaluandis.Lyra.quia aia
chꝛiſti pꝛo fidelibꝰ fuit ſeparata a coꝛpoꝛe: ⁊ ob-
lata deo patri:cũ dixit ps.xxx.In manꝰ tuas cõ-
mendo ſpm̃ meum.Jere.xij.Reliq̇ domũ meam
dimiſi hereditatem meá.dedi dilectam aiaꝫ me-
am in manꝰ inimicoꝝ meoꝝ[ ⁊ alias oues habeo
que nõ ſunt ex hoc ouili]id eſt de ſina goga iude
oꝝ:ſed de populo gẽtili[ ⁊ illas opoꝛtet me ad-
ducere]qđ factum eſt per pꝛedicatiõem apoſto-
loꝝ[ ⁊ vocem meá audient] Lyra q̇a iudeis re-
pellentibus fidem chꝛiſti gentiles eaꝫ deuote re
ceperunt ad pꝛedicationes apoſtoloꝛum[ ⁊ fiet
vnum ouile]id eſt vna eccleſia ex iudeis ⁊ genti
lib us collecta.Eſt em̃ eccleſia vnuꝫ ouile propt̃
vnionem fidei ⁊ charitatis[ ⁊ vnus paſtoꝛ]id ẽ
chꝛiſtus.Alij autẽ paſtoꝛes eccleſie nõ ſunt niſi
vicarij iſtius paſtoꝛis.Unde circa pꝛeſens euá-
gelium vbi dicitur.Ego ſum paſtoꝛ bonus:que-
ritur virum homo pꝛudẽs ⁊ virtuoſus poſſit ap
petere ſine peccato gradus eminentiam.id eſt p̄
laturam.Rñdeo ſm̃ Hug.de pꝛato poſito ꝙ ta-
lis ſit dignus gradu quem appetit.talis põt ap-
petere dupliciter.Uno modo propter ſtatus alti
tudinẽ ad quẽ ſeq̇tur honoꝛ ⁊ reuerentia ⁊ ſuffi-
cientia tempoꝛalium.⁊ hoc modo eſt peccatum
moꝛtale: ⁊ pertinet ad cupiditatem ⁊ ambitiõeꝫ
Alio modo poteſt itelligi vt appetat vt poſſit ꝓ
mis ꝓdeſſe.⁊ ſi hoc laudabile ſit:nihilominꝰ ta-
men ſic appetere pꝛeſumptuoſum eſt.Et conſe-
quenter cum pꝛeſumptio ſit filia ſuperbie ⁊ dete
ſtabilis.hinc eſt ꝙ talis gradus non poteſt ſine
peccato appeti.⁊ ad hoc ſunt dicta doctoꝝ.Un-
de Augꝰ.li.ix.de ciuita.dei dicit ꝙ locus ſupioꝛ
ſi adminiſtretur vt decet indecẽter tamẽ appetit̃
Et Bern̄.Quotiens hominibꝰ pꝛeeſſe deſidero
deum meum pꝛeire contẽdo.⁊ tunc non ſapio q̄
dei ſunt ⁊c.Unde etiam Criſ.ſuper Math.⁊ al
legatur in decretis diſt.iiij.Quicũꝗ deſiderauē
rit p̄matum in terra:inueniet confuſionem in ce
lo.Nec inter ſeruos chꝛiſti computabitur qui de
pꝛimatu tractauerit.⁊ hoc exemplo chꝛiſti: qui
fugit quando eum regem facere voluerũt.vt ha
betur Joh.vi.Unde apl's ad Heb.v.c.Nẽo aſſu
mat ſibi honoꝛem niſi qui vocatus fuerit.ſicut a
aron:immo ſancti quando electi fuerunt renue-
runt ⁊ reſtituerũt.vt patet in beato Nicolao.mar
tino.Gregoꝛio.⁊ in alijs multis ſanctis.

Dñica.ij.poſt octauas paſce.Euangelium
ſm̃ Johem.xvi.capl'o.



In illo tẽpoꝛe.Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis.Modi-
cum ⁊ iam non videbitiſ
me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitiſ
me:quia vado ad patrẽ.Dixerũt
ergo diſcipuli eiꝰ ad inuicẽ.Quid
eſt hoc qđ dicit nob:modicũ ⁊ nõ
videbitiſ me: ⁊ iterum modicũ ⁊ vi
debitiſ me:quia vado ad patrẽ.Di
cebant ergo.Quid eſt hoc ꝙ di-
cit modicum.neſcimus quid loq-
tur.Cognouit autẽ ieſus qꝛ vole-
bant eum interrogare: ⁊ dixit eis.

De hoc queritis inter vos q̃a di-
xi: modicũ ⁊ nõ videbitis me ⁊ ite
rũ modicum ⁊ videbitꝫ me. Amen
amen dico vob̃ quia plorabitꝫ ⁊ fle
bitꝫ vos: mũd⁹ autẽ gaudebit: vos
autẽ contriſtabimini ſꝫ triſticia ve
ſtra vertetur in gaudiuꝫ. Mulier
cum parit triſticiam habet: q̃a ve-
nit hora ei⁹. Cum autẽ peperit pu
erum iam nõ meminit preſſure ꝓ
pter gaudium: quia nat⁹ eſt hõ in
mundum. ⁊ vos igitur nũc quidẽ
triſticiã habetꝫ. Iterum autem vi
debo vos: ⁊ gaudebit cor veſtrum
⁊ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vo-
bis. Poſtilla

Modicum ⁊ iã ñ videbitꝫ me.

Ioh. xvi. Hiſtoria huius euãgelij facta eſt anno
xpi. xxxiiij. ix. kal. aprilis. feria. v. vicꝫ cene domini
luna. xiiij. indictiõe. vi. Ante initiũ illius euange
lij ſcribit ſanct⁹ Ioh. in eodẽ capl̃o. q xp̄us poſt
cenã dixit diſcipulis ſuis. Adhuc mlt̃a habeo vo
bis dicere. ſ; nõ poteſtis portare modo. Cũ auteꝫ
venerit ille ſp̃us veritat̃ docebit vos oẽm verita
tem. Tũc poſtmodũ ſeq̃tur euãgeliũ hodiernuꝫ
[Modicũ ⁊ iaꝫ nõ videbit̃ me] ſm Cri̇̃. modi-
cũ ⁊ iã nõ videbitis me. intelligitur tp̄s ab hora
mortis vſq; ad reſurrectiõem ſcꝫ qñ ꝑ triduũ ia-
cuit in ſepulchro. tũc nõ viderũt eũ [iteruꝫ modi
cũ ⁊ videbitis me] intelligitur tẽpus ab hora re
ſurrectionis vſq; ad aſcenſionem. in q̊ apparuit
eis loquẽs de regno dei vt habet̃ Act. i. Et illud
tẽpus fuit modicum reſpectu temporis ſequent̃
vſq; ad finẽ mũdi. Ideo ſubditur [quia vado ad
patrem] ſcꝫ qñ celũ aſcẽdaꝫ. ⁊ tũc non videbitis
me cõmuniter loquẽdo niſi in gñali reſurrectiõe
Propt̃ hoc dicit̃ Act. ij. Viri galilei q̇d ſtat̃ aſpi
ciẽtes in celũ. hic ieſus qui aſſumptus eſt a vob̃
in celum ſic veniet queãdmodũ vidiſtis eum eũ-
tem in celum. q. d. amplius nõ videbitur in terra
preſentia corporali vſq; quo veniet ad iudicium
q eũ aliquibus ſanctis poſtea apparuit vl̃ ad-
huc apparere poſſit. hoc ex ſpeciali gratia fuit ſi
cut apparuit Iohãni euãgeliſte ante mortẽ ſuã,
vocans eum ad celeſtẽ gratiã. Similiter btõ pe-
tro exeũti Romã a facie Neronis apparuit chri
ſtus: cui Petrus dixit. Domine quo vadis. Re-
ſpondit chriſtus. Vado romã iterum crucifigi.
Similiter apparuit beato Paulo apoſtolo quã
do fuit proſtratus de celo. vt habetur Act. ix. [Di
xerunt ergo diſcipuli ad inuicem. Quid eſt hoc
q dicit nobis: modicum ⁊ iam nõ videbitis me:
⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me] Predicta v̈
ba chriſti erant diſcipulis obſcura anteq̃ eſſent
opere impleta: q2 videbatur eis quomodo in xp̄i
verbis eſſet quedam contrarietas: cum dixit.
[modicum ⁊ iã ñ videbitis me: ⁊ iteruꝫ modicũ
⁊ videbitis me] q2 non ſciuerũt illa referre ad di
uerſa tempora [Dixerunt ergo. Quid eſt hoc q
dicit nobis modicuꝫ. neſcimus q̇d loquitur. Co-
gnouit ergo ieſus q volebant euꝫ interrogare]
Hoc cognouit diuina virtute cuius ꝓprium ẽ co
gnoſcere ſecreta cordium [⁊ ideo dixit eis. De h̃
queritis inter vos. quia dixi. modicum ⁊ non vi-
debitis me. ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me]
Hic reſpondendo preuenit eorum interrogatio-
nem: vt oſtenderet ſe ſcire mentis eorum intenti-
onem [Amẽ amen dico vobis quia plorabitis]
Tho. id eſt dolebitis interius in mente de mor-
te ⁊ paſſione mea [⁊ flebitis] exterius. ſcꝫ interi
orem mentis triſticiam ſignis exterioribus oſtẽ
detis [mũdus autẽ gaudebit] id eſt iudei mundi
amatores. Ly. quia in triduo mortis chriſti iudei
mũdialiter viuentes gauiſi ſunt. credẽtes ſe chri
ſtum totaliter extinxiſſe. ⁊ nomen ſuum totaliter
deleuiſſe [Vos autem contriſtabimini. ſed triſti
cia veſtra vertetur in gaudium] Hoc impletum
eſt in reſurrectione chriſti quando gauiſi ſunt di
ſcipuli viſo domino. Et in aſcenſione quando vi
dentibus illis eleuatus eſt in celuꝫ [Mulier cũ
parit triſticiam habet] propter dolorem quem
ſentit. Geneſ. iij. In dolore paries [quia venit
hora ei⁹] ſcilicet hora pariendi [Cum autem pe
perit puerum. iam non meminit preſſure] prece-
dentis [propter gaudium. quia natus eſt homo
in mundum] Lyra. quia in natiuitate pueri gau
dium ſuperueniens abſorbet precedentem triſti-
ciam [⁊ vos igitur nunc quideꝫ triſticiã habebi-
tis] ſcilicet mee paſſionis ⁊ mortis [Iterum au-
tem videbo vos [ſcꝫ poſt reſurrectionem meam
[Et gaudebit cor veſtrum] de viſione mea [Et
gaudium veſtrum nemo tollet a vobis] Gorra.
quia chriſtus ieſus qui erat ipſorum gaudium
reſurgens a mortuis iam non moritur. Roma.
vi. Iſtud vero gaudium apoſtolorum de Chriſti

viſione fuit inchoatum poſt reſurrectionem chriſti. ſed poſt conſummatum in gloꝛia in celo. Circa pꝛeſens euangelium vbi dicitur vos autez cõtriſtabimini. Notandum ꝙ nemo in hac vita poteſt diu eſſe ſine triſticia. Unde Job. xiiij. Homo natus de muliere bꝛeui viuens tempoꝛe. ⁊c̃. Sꝫ queritur cur deus ſic oꝛdinauit. Reſpondetur p̄mo vt ſciamus nos eſſe hic non ciues ſed aduenas ⁊ peregrinos q̄diu in mundo ſumus. Qui vallis lachꝛymarum dicitur. qui eſt locus medius inter celum vbi eſt ſummũ gaudium. ⁊ infernum vbi eſt ſumma pena. Secundo vt ſtimuletur penis quaſi calcaribus ad currenduꝫ in via mandatoꝛum dei. Tertio vt purgemur igne tribulationum. ne in purgatoꝛio lauemur. Quarto vt fugiamus infernum vbi omnes pene i ſummo ſunt. Quinto vt plus de gaudio mereamur. nam virtus eſt circa difficile ſm philoſophum. ⁊ Actuũ. xiiij. Per multas tribulationes opoꝛtꝫ nos intrare in regnum celoꝛum. Item notandũ: ꝙ due paſſiones necant quandoqꝫ hominez. ſcilicet triſticia ⁊ leticia. Triſticia occidit ſed tarde Nam in triſticia pꝛimo retrahitur caloꝛ naturalis ad iterioꝛa: ⁊ poſtea exalat ad exterioꝛa: ⁊ talꝭ exalatio caloꝛis pꝛohibet nutrimentum in membꝛis ⁊ operatur conſumptionem in illis. Unde Pꝛouerbioꝝ. xix. Spiritus triſtis exiccat oſſa. leticia autem nimia cito occidit: quia tunc coꝛ magis dilatatur ⁊ caloꝛ naturalis ad exterioꝛa tranſit ⁊ a coꝛde recedit ⁊ moꝛs interuenit. Unde ꝓuerbioꝛum p̄mo. Pꝛoſperitas ſtultoꝛum perdet illos. Utrumqꝫ etiam occidit animam. tam vita pꝛoſpera q̄ aduerſa. ſed magis pꝛoſpera. Unde Auguſtinus. Multi res aduerſas timent. pꝛoſpera non timent. Periculoſioꝛ eſt tamẽ anime res pꝛoſpera q̄ aduerſa. Item patet in Dauid q̇ in aduerſis que paſſus eſt a Saul non cecidit. ſꝫ in pꝛoſperis iam in regno poſitus cuꝫ Berſabee peccando cecidit.

Dominica tertia poſt octauas paſce. Euangelium ſm Johãnem, xvi, caplo.



In illo tẽpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum qui me miſit. ⁊ nemo ex vob̃ iterrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus ſum vobis: triſticia ĩpleuit coꝛ veſtruꝫ Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si eñ non abiero paraclitus nõ veniet ad vos. ſi autem abiero: mittã euꝫ ad vos. Et cum venerit ille: arguet mundum de peccato: ⁊ de iuſticia: ⁊ de iudicio. De peccato quidem quia non credunt in me. De iuſticia vero: quia ad patreꝫ vado ⁊ iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huiꝰ mũdi iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis poꝛtare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis: do-

cebit vos om̄nem veritatem. Nō em̄ loquetur a ſemetipſo: ſed quecunqꝫ audiet loquetur: ⁊ que ventura ſunt annūciabit vobis. Jlle me clarificabit. quia de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis.

## Poſtilla

Vado ad euꝫ qui me miſit. Johānis. xvi. Ante initium illius euangelij chriſtꝰ predixit apoſtolis perſecutiōem quā paſſuri eſſent ſic ꝙ eijciendi erant de ſynagoga. ⁊ quicunqꝫ eos occideret: crederet ſe obſequium preſtare deo. Et poſtea ſubiunxit de receſſu ſuo: cuꝫ dixit in euangelio hodierno [Vado ad eum] id eſt in ꝓximo aſcendo ad patrem [qui me miſit] Lyra. quia impleui officium predicationis mee ad qđ miſſus ſum [Et nemo ex vobis interroget me] id eſt interrogabit. quaſi diceret. ita aperte aſcendam ad patrem ꝙ nullus veſtrum interrogabit quo vadam: quia certi eritis ꝙ vado ad gloriaꝫ patris [Sed quia hec locutus ſum vobis] ſcilicet de receſſu meo [triſticia impleuit cor veſtruꝫ] id eſt vehemēter facti eſtis triſtes. Lyra. apoſtoli triſtabātur de receſſu chriſti. de cuiꝰ preſentia confidebant in tribulationibus ſuis conſolari. [Sed ego veritateꝫ dico vobis: expedit vobis vt ego vadam] id eſt ſubtrahar aſpectui veſtro preſentia mea corporalis. Et ideo ſubditur [Si em̄ nō abiero paraclitus non veniet ad vos] Lyra. quia plenitudo ſpūſſancti nō erat danda niſi pꝰ aſcenſionē chriſti. Unde Criſ. Apoſtoli nimis corporalem preſentiam chriſti diligebant. ⁊ idō ad ſuſceptionem ſpiritusſancti minꝰ idonei erāt Sciendum tamen ſm̄ Tho. de aquino ſup Johannē ꝙ ille amor quo diſcipuli diligebant corporalem preſentiam chriſti nō erat peccatū. reddebantur tamen ex hoc minus idonei ad perceptionem ſpiritusſancti. Habita em̄ vna conſolatione: non queritur alia. Unde quia delectabantur in preſentia chriſti non petebant aduentum paracliti. Ipſe enim non veniet ad mentem hominis niſi vocatus. Unde Sap. vij. Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus. vocaui ⁊ venit in me ſpiritus ſapiētie [Et cum venerit ille arguet mūdū de peccato] Tho. ſpūſancto attribuitur correctio: quia correctio debet procedere ex charitate. [de peccato] tho. quod habet vel fecit [⁊ de iuſticia] quam nō habet: [⁊ de iudicio] quod non timet [de peccato quidem: quia nō credunt i me] tho. Judei peccabant in chriſtum quia non credebant eum eſſe chriſtum vel meſſiam [De iuſticia] ſcꝫ chriſti quā non acceptauerunt homines mundani: nec imitari voluerunt [quia vado ad patrem] Lyra. per hoc enim ꝙ chriſtus reſurrexit ⁊ ad celum aſcendit declarata eſt eius iuſticia. quia ſoli iuſti intrant celum. Unde ps. cxvij. hec porta domini ⁊ iuſti intrabunt in eam [⁊ iā nō videbitis me] preſentia corporali habitanteꝫ vobiſcum: quia poſt aſcenſionem apoſtoli amplius non viderunt in terris chriſtū [de iudicio] ſcꝫ futuro qđ mundus non timuit: oportebat tamen timere [quia princeps huius mundi iaꝫ iudicatus eſt] id eſt condemnatus diuina ſentētia tanꝙ obſtinatus. ⁊ per conſequēs omnes ei adherentes eodem iudicio oſtendūtur condemnabiles. ſi em̄ deus angelis peccantibus non pepercit: nec hominibus parcet [Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo] ſcilicet propter veſtram imperfectiōem ⁊ illoruꝫ dicendorum de altiſſimis fidei arduitatem ⁊ profunditatem. [Cum autem venerit ille ſpiritꝰ veritatis] Lyra. id eſt ſpiritusſanctus qui eſt veritas per eſſentiam ⁊ effectiue docendo eam [ille docebit vos omnem veritatem] Lyra. ſcilicet neceſſariam ad ſalutem: non ſolum pro perſonis veſtris: ſed etiam ad regimen eccleſie ⁊ fideliuꝫ inſtructionem [non enim loquetur a ſemetipſo] Lyra. quia ſicut non eſt a ſemetipſo ſed a patre ⁊ filio: ita nec a ſe loquitur [ſed quecunqꝫ audiet] a me ⁊ a patre. quia ſuum audire eſt ab eis ꝓcedere [loquetur] ſcilicet vobis [⁊ que futura ſūt annunciabit vobis] Lyra. Multa enim de futuris per ſpiritumſanctum reuelata fuerunt apoſtolis. ſicut apoſtolo Johanni reuelatus eſt proceſſus eccleſie vſqꝫ ad finem mundi. in Apocaľ. Et Petro ſuum martyrium ſm̄ ꝙ ipſemet dicit. ij. Petri. i. Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Et Paulo reuelatum eſt ꝙ in nouiſſimis diebus diſcedent quidam a fide. vt habetur pͥma ad thimo. iiij. [Jlle me clarificabit] tho. q: ad inuocationeꝫ nominis mei facietis opera mirabilia [quia de meo accipiet] id eſt ſcientiam et cognitionem habebit a patre: ſicut ⁊ ego [⁊ annunciabit vobis]

Dominica quarta poſt octauas paſce. euangelium ſm̄ Johem. xvi. cap.



In illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipul' ſuis. Amen amẽ dico vob. Si qd petieritꝭ patrem in nomine meo: dabit vob. Vſqꝫ modo non petiſtis qcꝙ in nomine meo. Petite ⁊ accipietꝭ: vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hec in ꝓuerbijs locutꝰ ſum vob. Venit hora cum iã nõ in ꝓuerbijs loquar vob: ſed palam de patre meo annũciabo vob. in illo die in nomine meo peteꝭ. ⁊ non dico vob quia ego rogabo patrem d vob. Ipſe enĩ pr̃ amat vos. q2 vos me amaſtꝭ ⁊ credidiſtꝭ. a deo exiui. exiui a pr̃e: ⁊ veni in mũdũ. Iterũ relinquo mũdum ⁊ vado ad pr̃ez Dicunt ei diſcipuli. Ecce nũc palam loqueris ⁊ ꝓuerbiũ nulluz dicis. Nũc ſcimꝰ quia ſcis oĩa: et nõ opus eſt tibi vt quis te interroget. In hoc credimꝰ quia a deo exiſti.

Poſtilla

**Amen amen dico vobis.** Iohãnis. xvi. Hiſtoria huiꝰ euãgelij facta ẽ ãno xpi xxxiij. ix. kal'. aprilis. feria. v. in cena dñi. lũa. xiiij. indictiõe. vi. Ante initiũ illiꝰ euãgelij ſcribit ſanctus Ioh. in eodẽ caplo. ꝙ xps poſt cenam dixit diſcipulis ſuis. Nũc vos qdem triſticiã habetis. Iterũ autẽ videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrum. ⁊ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis. Tũc poſtmodum ſeqtur euãgeliũ hodiernũ [Amẽ amen dico vobis] Hor. h dñs ieſus conſolat' diſciplos ex petitionũ ſuarũ exauditiõe. Et iuramẽtũ premittit vt hõ nõ heſitet de petitiõe dicẽs [Amen amẽ dico vobis. Si qd petieritis patrẽ in nomie meo] .i. pertinẽs ad ſalutẽ. qa ieſus qd eſt nomẽ xpi ſaluator interp̃tatur [dabit vobis] Et ſi non ſtatim: tamẽ finaliter dabit. vel illud qd petiꝭ. vel eo melius [vſqꝫ modo nõ petiſtis qcꝙ in nomie meo] qa nõ erat tẽpus optimũ qa dñs ieſus erat cũ eis p̃ñtialiter q oĩa dabat. Vñ Criſ. Quid peteret q oĩa bona ſecũ haberet [Petite ⁊ accipietꝭ vt gaudiũ veſtrũ plenũ ſit] Tho. q2 oĩs petitio ad illud gaudiũ referri debet. hoc gaudiũ cõſiſtit in dotibus anime ⁊ corpis. ⁊ erit plenum gaudiũ in beatis. Unde d2 in ps. xvi. Satiabor cũ apparuerit glia tua [Hec i ꝓuerbijs locutus ſum vobis] ſcꝫ ego ſum vitis vera: ⁊ vos palmites. itẽ ibi. mulier cũ parit triſticiã habet: qa venit hora eius [Venit hora cum iam nõ in ꝓuerbijs loquar vobis. ſed palam de patre meo annũciabo vobis] Criſ. hoc erit tẽpus reſurrectiõis: qa tũc oĩa manifeſte eos docuit. Naꝫ p. xl. dies apparuit eis poſt reſurrectiõem ſuã loquẽs eis de regno dei. Act. i. Ly. Chriſtꝰ poſt reſurrectionez clarius ⁊ exp̃ſſius docuit aplos de regno dei ꝙ ante. Ipi enĩ erant magꝭ capaces: qa habebãt ſenſum aptũ ad intellectũ ſcripturarũ. vt habet Luc. vlti. [in die illo] ſcꝫ in die penthecoſten [in nomine meo petetis] .i. petẽdo nomẽ meũ inuocabitis. qa poſt aſcenſionẽ ⁊ poſt miſſionẽ ſpiritusſancti apli magꝭ v̓tutẽ nois ieſu xpi ſentiebãt ꝙ ante. Et iõ petitões ſuas i noie ieſu formabãt ⁊ ꝓpt' hoc oratiões eccl'ie in fine formãtur in nomine xpi dicẽdo: p dñm noſtrũ ieſum xpm ⁊c. [⁊ nõ dico vob: qa rogabo patrẽ de vobis] Tho. qͥſi diceret. ad exaudiendũ veſtras petitiões apud patrẽ nõ erit nccia oratio mea: qa ſolus amor q diligiꝭ me ſufficit patrocinari [Ipſe enĩ pr̃ amat

vos] amās facile dat amāti[ q: vos me amaſtiſ] vt patz Joh.xiiij. Qui diligit me: diligeť a pr̄e meo[ ⁊ credidiſtis q̇a a deo exiui. Exiui a pr̄e.] p̄ eternam gn̄atione[ ⁊ veni in mūdum. ] p̄ carnis aſſumptionē[ Jterum relinquo mūdum. ] p̄ paſſionem ⁊ corporalē p̄ntiam[ ⁊ vado ad pr̄ez] p̄ aſcēſionem qn̄ exaltatus ē vſq̧ ad dexterā dei patris[ Dicūt ei diſcipuli eius. ecce nunc palaz loqueris ⁊ ꝓuerbiū nullum dicis] Ly. clari⁹ loq̄batur de proceſſu eius a patre ⁊ de aduētu ei⁹ in mūdum p̄ carnis aſſumptōnem: ꝙ fecerat ante. [ Nūc ſcimus quia ſcis om̄ia] Ly. ex doctria em̄ eius ⁊ miraculis plenius ei⁹ deitatē cognoſcebant[ ⁊ non ē opus vt q̇s te interroget] ſepe em̄ dicit glo. volētes ab eo querere audiebant ſolutionem anteq̄ ꝓponerēt queſtionez. ⁊ ſic p̄us eis reſpondit anteq̄ quererēt.[ in hoc credimus q̇a a deo exiſti. ] Tho. q. d. Jntelligentia omnium occultorum facit nos credre: ꝙ tu ſis verus et naturalis fili⁹ dei in quo ſunt om̄s theſauri ſapientie ⁊ ſciētie dei abſconditi. Vn̄d circa preſenſ euāgelium vbi diciť. Petite ⁊ accipietis. notandum ſcd̄m auguſti. ꝙ triplicia ſunt bona in gn̄e. infima: media ⁊ ſūma. Jnfima bona ſunt temporalia q̄ quaſi nihil ſunt. Vnde Jere. iiij. Aſpexi terram ⁊ ecce quaſi vacua erat ⁊ nihil. Et talia ſub conditōne peti poſſunt moderate: videlicet ſi placet da ſanitatē: temp̄alia ⁊ vitam ⁊c̄. Et rō eſt. quia aliquibus bona tēporalia vt ſciētia: honores ⁊ amici: diuitie ⁊ ſimilia quādoq̧ ſunt occaſio peccandi: alijs occaſio merēdi. Sed quibus ꝓſunt ⁊ q̇bus obſint ſolus deus ſcit. ido ſibi cōmittēda ſunt. Alia ſunt bona media. ſ. virtutes q̄ nulli obeſſe poſſunt. ⁊ illa feruēter ſunt petēda. alia optima: vt beatitudo celeſtis. ⁊ illa bona petēda ſunt feruentiſſime. Sed queritur: cur deus nō ſtatim dat quod petitur. Reſpōdeť primo quia tūc homo min⁹ meritum haberet: non iterando orōnem. Secūdo quia vilipenderetur vel min⁹ curaretur illud qd̄ cū modico labore ac q̇reretur. Tertiū vt deſideriū augeatur: vt patet i muliere chananea. Quarto vt humilieť. vt patz in eadem chananea q̄ ſe canem fatebať. Quinto q: meliora interdū dare vult tēp̄e oportuno: ⁊ qn̄ ipſi homini fuerit vtile.

Jn die aſcenſionis domini euangeliuz ſm̄ Marcum. xvi. capl̄o.

JN illo tempore. Recūbentibus vndeciz diſcipulis apparuit illis Jheſus ⁊ exprobrauit incredulitatē illorum ⁊ duritiaz cordis: quia hijs qui viderāt eum reſurrexiſſe non crediderunt. ⁊ dixit eis. Euntes in mūduz vniuerſum predicate euangeliū om̄i creature Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit. q̇ vero non crediderit: ꝯdemnabitur. Signa autē eoſ qui crediderint hec ſequentur Jn nomine meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis: ſerpētes tollēt: ⁊ ſi mortiferū quid biberit nō eos nocebit. Sup̄ egros man⁹ imponēt ⁊ bene habebūt. Et dn̄s q̄dem iheſus poſtq̄ locut⁹ ē eis aſſumptus eſt in celum ⁊ ſedet a dextris dei. Jlli autē profecti p̄dicauerūt vbiq̧: domino coop̄ante et ſermonem cōfirmante ſequentib⁹ ſignis. Poſtilla.

Recumbentibus vndecim diſcipulis. Marc. xvi. Hiſtoria hui⁹ euāgelij facta eſt anno xp̄i. xxxiij. iij. nonas Junij. luna. xxvij. feria q̇nta: videlicet ip̄a die aſcenſionis. indictione vi. Ante initiū illius euāgelij ſcribit ſanctus Lucas ꝙ xp̄us dixit diſcipul' ſuis. Vos eſtis teſtes hoꝝ. Lyra. ſ. paſſionis ⁊ reſurrectōis. ⁊ ego mittam ꝓmiſſum patris in vos. ſ. ſpm̄ ſanctū. Vos autē ſedete in ciuitate q̇uſq̧ induamī virtute ex alto. Tunc poſtmodū ſeq̇tur euāgeliū hodiernū [ Recumbētib⁹ vndecim diſcipul'] dn̄s nr̄ ieſus xp̄s cū in hijs q̇draginta dieb⁹ p̄ multas appitiones diſcipul' factas reſurrectōnem ſuā approbaſſet: hodie in die aſcenſionis bis ipſis voluit app̄ere. ſ. in mēſa dum prādebant. Nam vt dicit magiſter in hiſtoria ſcholaſtica om̄es tam apoſtoli ꝙ alij diſcipuli ⁊ mulieres habitabāt in iſta parte in ieruſalez que diciť mellos in mōte ſyon vbi dauid conſtruxerat ſibi palatiuz. Et ibi erat illud cenaculū grande ſtratū in q̄ p̄cepit dn̄s ſibi parare paſcha: ⁊ in cenaculo illo h̄itabant tunc

vndecim apl'i. Ceteri vo diſcipuli ⁊ mulieres ha
bitabāt circūq; p diuerſa hoſpitia. Et vt dicit' i
pncipio hodierni euāgelij [Recūbētib⁹] id ē co
medētib⁹ [vndeciʒ diſcipul'.] ſ. in illo cenacl'o ho
dierna die [appͣuit ill'i ieſus ⁊ exprobrauit incre
dulitatē illoꝝ ⁊ duritiā cordis] Ly. nō q̄ tūc erat
i eis: ſꝫ q̄ añ fuerat in ipſis diſcipul'. [q: his qui
viderāt eū reſurrexiſſe nō crediderūt] vt patet de
thoma q̄ nō credidit alijs diſcipul'. Et ſimilit' alij
diſcipuli non crediderunt Marie magdalene:
⁊ alijs mulierib⁹ ⁊ comedit cū eis. Vñ Actuū. i.
Cōueſcēs p̄cepit eis ab ieroſolymis ne diſcede
rēt: ſꝫ expectarēt ꝓmiſſionē pr̄is. i. aduētū ſpūſſā
cti a pr̄e p xp̄m ꝓmiſſū. Et ſm mgr̄m i hyſtorijs
Hoc dicto precepit eis vt egrederent' de ciuitate
⁊ ſic ſtatim euanuit ab ocul' eoꝝ. Et imediate p⁹
comeſtionē vndeci apl'i ⁊ alij diſcipuli ⁊ mulie
res vnanimit' de ciuitate egreſſi venerūt ad mō
tē oliueti. ⁊ ibi dn̄s ih̄s ſecundario hodierna die
appͣuit. Et vt ait mgr̄ in hiſtorijs hāc ꝓceſſionē
apoſtoloꝝ q̄ vnanimit' de ciuitate ſūt egreſſi rep̄
ſentat eccl'ia ſingul' dieb⁹ dn̄icis ꝓceſſionē facie'ſ
egrediēdo ex eccliam p̄ferēdo crucē añ ꝓceſſio
ne. nā p crucē q̄ p̄fert' rep̄ſentat' dn̄s noſter ih̄s
xp̄s q̄ nos preceſſit: ⁊ ſuo exēplo nob̄ viā ad celū
oñdit: ⁊ q̄ ordiate vn⁹ p⁹ aliū crucē ſeq̄t' vſq; ad ec
cleſiā ſignificat q̄ oīs xp̄iani vitā ⁊ mores ⁊ do
ctrinā xp̄i ſp̄ pre ocul' hr̄e debeāt: ⁊ ſuāvitā exem
plo xp̄i ꝯformare. ⁊ ſic ꝓficere de v̄tute in v̄tuteʒ
trāſcēdo donec intrēt celeſtē eccl'iam. i. patriam
eternā vbi videāt facie ad faciē diuinā naturā ſꝫ
illud p̄s. lxxxiij. Ibūt de v̄tute in v̄tutē: ſic videbit'
de⁹ deoꝝ in ſyō. Poſt h̄ cōmiſit dn̄s ih̄s apl'is of
ficiū p̄dicatōis dicēs [Eūtes i mūdū vniuſuʒ p̄
dicate euāgelium] hugo. nō pboꝝ vanitates aut
certe ꝓprias fictōnes. ad Roma. i. Nō erubeſco
euāgeliū [oi creature] Ly. oi hoi q̄ hʒ ꝯueniētiaʒ
cū oi creatura. Per eē em̄ ꝯuenit cū inaiatis. per
viuere cum vegetabilibus et plantis. per ſenti
re cum animalibus. p itelligere cum angel'. ideo
deſignat' noie ois creature [Qui crediderit ⁊ ba
ptizat⁹ fuerit] Ly. nō em̄ ſufficit fides ſine baptiſ
mo p quē q̄s incorpat' xp̄o: ſi aſſit facultas reci
piēdi baptiſmū flumis. Si aūt nō aſſit facultas
ſufficit baptiſm⁹ ſanguis: vt i martyrib⁹ q̄ p xp̄o
interfecti ſunt anteq̄ eēnt baptizati vl' baptiſmo
flamis: ſicut eſt i habētib⁹ fidē xp̄i ⁊ deſiderāt ba
ptiſmū: ſꝫ preueniūt' morte añq̄ pn̄t implere [ſal
uus erit] ſcʒ ſalute eterna ſi ſaltē opib⁹ tenet Vñ
Jacobi. ij. Fides ſine opib⁹ mortua ē [Qui non
crediderit: ꝯdēnabit'] ſcʒ et'na dānatōe. [Signa
autē eos q̄ crediderint hec ſequēt'] Ly. i p̄mitiua
ei eccl'ia fides erat nutriēda ⁊ firmāda miracul'.
iō gr̄a miracl'oꝝ dabat' n̄ ſolū apl'is xp̄i ſꝫ mult' a
lijs credētib⁹: vt pʒ in exēplis ⁊ legēdis ſctōꝝ [i
noie meo] id eſt in v̄tute nois mei [demonia eij
cient] Hec oia ad l'ram impleta ſunt. Sepe enim
apl'i ⁊ alij fideles demones eiecerūt. ſicut beat⁹
bartholome⁹: ⁊ ſic de alijs [linguis loquētur no
uis] Ly. hoc eſt factum in apl'is ⁊ in alijs credē
tib⁹ q̄ erant cū eis qñ p grām ſpūſſacti in die pē
thecoſtes receperūt donū linguaꝝ: vt pʒ Act. ij.
Loq̄bant' varijs linguis apl'i [ſerpētes tollent]
hoc pʒ in Paulo. Vñ act. xxviij. Qui pcuſſus a
vipera in nullo leſus fuit: ſꝫ viperam pendentem
ad manū ei⁹ i ignē excuſſit. Et iacob⁹ apl's duos
ingentes dracones remiſit in deſertū q̄s hermo
genes ⁊ philet⁹ ꝯcitauerāt cōtra eū. [Et ſi quid
mortiferū biberint nō eos nocebit] hec ad l'ram
impletū eſt in ioh̄e euāgeliſta: q̄ venenū bibit q̄d
ei nō nocuit [ſup egros man⁹ iponēt ⁊ bn̄ habe
būt] q: multi infirmi a diuerſis lāguorib⁹ ſūt cu
rati ex ipoſitōe manuū aploꝝ ⁊ ex tactu veſtimē
toꝝ. imo q̄d etiā pl⁹ ē ex vmbra petri apl'i ſanabā
tur ifirmi: vt hr̄ Act. ij. ⁊ v. Iteꝫ p man⁹ aploꝝ
fiebant ſigna ⁊ ꝓdigia magna i pplo. ⁊ nō ſolū
ifirmos curabāt: ſꝫ p ipoſitōem manuū ipſoꝝ da
bat' ſpūſſctūs. vñ hr̄ Act. viij. Tūc iponebāt ma
nus ſup illos ⁊ accipiebāt ſpm̄ſctm̄. [Et dn̄s q̄
dē ih̄s poſtq̄ locut⁹ ē eis] ſcʒ hec oīa v̄ba iā p̄di
cta ⁊ plura alia q̄ habent' Act. i. [aſſumpt⁹ eſt in
celū.] Ly. v̄tute ꝓpria ⁊ cū ḡtulatōe toti⁹ familie
celeſtis. vñ Lu. xxiiij. Et eleuatis manib⁹ ferebat'
in celū ⁊ benedixit eis. i. apoſtol' ⁊ alijs fidelib⁹.
Ex h̄ loco i ꝯſuetudinē duxit eccl'ia vt ſicut dn̄s ie
ſus poſtq̄ oib⁹ pactis aſcēdere voluit i celū bn̄
dixit fidelib⁹ ſuis: q̄ ſic epi ⁊ ceteri preſbyteri per
acto diuino officio volētes tam ab altari recede
re: dant ſup ppl'm bn̄dictōnem ſignātes eos ſig.
ſancte cruc. ⁊ imp̄cātes eis bona i noie ſctē trini
tatis [⁊ ſedet a dextris dei]. ſ. ꝯregnās patri i oi
equalitate ſcd̄m deitatem [Illi autem] Lyra. ſcʒ
apl'i ⁊ xp̄i diſcipuli [ꝓfecti.] ſcʒ ad mandatū dn̄i
noſtri ieſu xp̄i [predicauerūt vbiq;.] vnde in p̄s.
xviij. In oēm terram exiuit ſon⁹ eorum ⁊c. [domi
no coopante] eos dirigendo ⁊ ꝓtegendo [⁊ ſer
monem ꝯfirmante: ſequentib⁹ ſignis] Hugo ſup
Marcū. Opa miraculoꝝ i exordio eccl'ie neceſ
ſaria fuerūt vt fides miracul' nutriret': mō nō ſūt
neceſſaria. quia fides eccleſie cōfirmata eſt. Cir
ca preſens euāgl. ⁊ ſup illa verba. Euntes i mun
dum vniuerſum predicate euangeliū omi creatu

re ⁊c̄. notandū ꝙ ſcd̄m Thomā d aq̄no maximū
miraculum xp̄i i terris fuit ꝙ ꝑ ſimplices mūdū
ſubiecit fidei. qꝛ apl̄i fuerūt ſimplices ſm̄ mūdū
⁊ paupes mechanici. ſ. piſcatores ⁊c̄. ⁊ nullꝰ no
bil' fuit niſi ſctūs bartholomeꝰ. Vn̄ hic q̄ritur q̄
re nō elegit xp̄s prudētes huiꝰ ſcl̄i: ſcribas q̄ fue
rūt docti i lege. nec diuites nec potentes. Rn̄de
tur ꝓpter certitudinē fidei: quia ſi ſapientes ſe-
culi elegiſſet ⁊ miſiſſet ad p̄dicandam fideꝫ xp̄i-
anam: tūc ꝑfidi ⁊ inimici fidei dixiſſent ꝙ fidem
finxiſſent cū prudentia ⁊ aſtutia. Si diuites: tūc
dixiſſent ꝙ ꝑ dona ⁊ munera hoīes iduxiſſēt ad
fidē illā. Si aūt potentes ⁊ nobiles tūc dixiſſent
ꝙ ꝑ potētiā ⁊ coactōem hoīes induxiſſent ad fi-
dem. Sꝫ vt nullum illorum perfidi allegare poſ
ſent igitur ⁊c̄. Unde hic notandum: ꝙ chriſtus
inter om̄es ſapientes huiꝰ mundi niſi vnum con
uertit. ſcꝫ gamalielem legis doctorē. Et iīt om-
nes diuites ſolū zacheū Et d oībꝰ nobilibꝰ ⁊ p̄n
cipibꝰ niſi tres ſcꝫ Nicodemū. Cēturionē. ⁊ Re
gulum. Sed de pauperibus ⁊ ſimplicibꝰ ⁊ igno
bilibus multos conuertit. quia chriſtiani a pau
peribus ⁊ ſimplicibus ortum habuerunt. Vn̄
apoſtolus. videte vocationem veſtram fratres:
quia non multi ſapientes ſcd̄m carnem: non mul
ti potentes: ſ; infima mundi elegit deꝰ.

Dn̄ica poſt aſcenſionem dn̄i Euangeliū ſm̄
Johannem. xv. caplo.



In illo tempore. Dixit
iheſus diſcipulis ſuis.
Cum venerit paracly-
tus quem ego mittā vo
bis a patre ſpiritum veritatis qui
a patre procedit: ille teſtimonium
perhibebit de me: et vos teſtimo-
niuꝫ perhibebitis. quia ab initio
mecum eſtis. Hec locutus ſuꝫ vo-
bis vt non ſcandalizemini. Abſqꝫ
ſynagogis facient vos. Sed venit
hora vt omnis qui interficit vos:
arbitretur ſe obſequiꝫ preſtare deo
Et hec facient vobis. quia nō no
uerunt patrem neqꝫ me. Sed hec
locutus ſum vobis: vt cum vene-
rit hora eorum: reminiſcamini qꝛ
ego dixi vobis.

## Poſtilla.

Cum venerit paraclytus ⁊c.
Johānis. xv. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt an-
no chriſti. xxxiij. ix. kalen̄. aprilis. luna xiiij. feria
v. ſcꝫ in cena dn̄i. idictōne. vi. Ante initiuꝫ illius
euāgelij ſcribit ſanctus Johānes i eodeꝫ caplo:
ꝙ xp̄s dixit diſcipul' ſuis. Si opera nō feciſſem i
eis q̄ nemo alius fecit peccatū nō haberent. nūc
autem viderunt ⁊ oderunt me ⁊ patrem meum.
ſed vt ipleatur ſermo qui i lege eorum ſcriptꝰ eſt
Quia odio habuerūt me gratis. Tunc ſtatim ſe
quitur euāgelium hodiernū. [Cum venerit pa-
raclytus] Poſtq̄ xp̄s dixerat apoſtolis de iude
is. Si me ꝑſequūtur ⁊ vos ꝑſequentur. ne deſpe
rent ⁊ nimiū turbent̄: ꝓmiſit eis ſp̄m ſanctū mit
tere. quo confortati om̄es ꝑſecutōnes vincerēt ⁊
tolerarent: ergo dicit [Cum autem venerit para
clitus.] Lyra. id eſt cōſolator. Bern̄. dicit. Spi-
ritus. i. merentiū cōſolator [queꝫ ego mittā vob
a patre] Ly. in hoc oſtendit ſp̄m ſanctū a ſe ꝓce-
dere in q̄tum dicit ſe illū mittere. [ſpiritum veri-
tatis.] qꝛ docet vos omneꝫ veritateꝫ. ſ; ecōtrario
ſp̄ū malignꝰ docet om̄e mendacium [qui a p̄re
procedit] Thomas. ex hoc arguūt greci ſpiritū

ſanctū tm̄ ꝓcedere a patre ⁊ nō a filio. ſ; hoc nō
eſt verū.q; qcq̄d de patre dicit̄ cōuenit filio.ergo
xp̄iani tenent̄ credere ꝙ ſpūſſanctus ꝓcedit a pa
tre ⁊ filio[ille teſtimoniū ꝑhibebit de me] nam
ſpūſſanctus teſtimoniū ꝑhibuit xp̄o in h̄ ꝙ apo
ſtolos tales fecit ꝙ ſciuerūt ⁊ audebant p̄dica-
re euangeliū ⁊ fidē xp̄i coram oībus ⁊ intrepide
ꝙ em̄ hoīes p̄us illr̄ati ⁊ ſimplices de ꝓfūditate
ſcripturarum ſubito plene loq̄bantur ⁊ in oībus
linguis fuit maximū ſignū ad cōfirmādā fidem
chriſti[⁊ vos teſtimoniū ꝑhibebitis]ſc; p̄dican
do om̄ibus popul̄.[quia ab initio mecū eſtis]
Ly.non ē intelligēdum ꝙ fuerint cum eo in p̄n-
cipio vite eius.ſ; ab initio p̄dicatōnis ſue quādo
incepit docere ⁊ miracula facere[Hec locut⁹ ſū
vobis]ad cōfortatōnem veſtra; contra futuras
tribulatōnes[vt non ſcandalizemini]ſc; cadēdo
ꝑ impatiētiam qn̄ eueniēt vobis.[abſq; ſyna-
gogis facient vos.]Jam em̄ iudei ꝯſpirauerāt:
ꝙ ſi q̇s ꝯfeſſus eſſ; xp̄m extra ſynagogā eijcere
tur.⁊ talis eiectio de ſynagoga reputabat̄ mag̃.
ſicut apud xp̄ianos eiectio de eccl̄ia ꝑ maiorem
excōmunicationē.ergo ip̄a excōmunicatio val-
de timēda eſt cuilibet xp̄iano.quia ſepat a deo ⁊
a ſanctis ⁊ a ſacramētis ⁊ a ꝯmunione fideliu;
⁊ ip̄e excōmunicatus eſt quaſi palmes abſciſus
a vite:vt patet Joh.xv.Ego ſum vitis v̄a: ⁊ vos
palmites[ſ; venit hora.]Hor.hora iſta fuit tēp⁹
p̄dicationis apoſtoloꝝ.[vt om̄is q̇ interficit vos
arbitret̄ ſe obſeq̇ū p̄ſtare deo]oīs em̄ iude⁹ occi
dēs xp̄i predicatores putat ſe obſeq̇ū p̄ſtare deo
credens ꝙ defereret deū iſrael q̇cūq; cōuerteret̄
ad xp̄m:ita fuerunt iudei excecati ⁊ ignorantes
Sed illa ignorātia nō excuſabat eos.q; illa ꝓce
debat ex odio ⁊ inuidia contra xp̄m ⁊ cōtra do-
ctrinam ei⁹[hec facient vobis q̇a nō nouerūt pa
trem neq; me.]hoc dixit eis in ꝯſolatōem.quaſi
diceret ſcd̄m Criſoſt.ſufficit in ꝯſolatōnem hec
pati ꝓpter patrē ⁊ ꝓpter me.[Sed hec locutus
ſum vobis vt cum venerit hora eoꝝ remiſcamini
q̇a ego dixi vobis]Ly.iſta em̄ p̄dixit xp̄s ap̄lis:
vt ꝓuiderent ſibi de patiētia.q; min⁹ feriūt iacu-
la p̄uiſa vt dicit greg̃.Circa p̄ſens euāge.vbi d;
Vos teſtimoniū ꝑhibebit̄.notādum ꝙ hugo d̄
prato dicit ꝙ xp̄s habuit teſtimoniū d̄ om̄i loco
⁊ ab om̄i creatura.nam oīa teſtificata ſunt xp̄m
ſuū auctorē eſſe.nam de celo habuit teſtimoniū
p̄ris ⁊ ſpūſſancti.Luc.iij.Deſcendit ſpūſſanct⁹
corꝑali ſpecie ſicut colūba in ip̄m.Et vox patris
de celo audita eſt.Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹.Math.
iij.Item teſtimoniū angeloꝝ vt p; Luc.ij.Euā-
gelizo vobis gaudiū magnū q̇a nat⁹ eſt nob̄ ſal-
uator.Item celi ipſo orāte apti ſunt ſuper eum:
ꝯteſtati ſunt ip̄m eē verum deū.Luc.iij.Item d̄
paradiſo ⁊ de lymbo patrū habuit teſtimonium
moyſi ⁊ helye:vt p; Math.xvij.Appaꝛuerunt ei
moyſes ⁊ helyas.Item corꝑa ſanctorū ſurrexe-
runt:vt pt; Math.xxvij.Item demones ei teſti
moniū reddiderūt:vt p; Luc.iiij.Exibāt demōia
clamātia ⁊ dicētia.quia tu es xp̄s filius dei viui.
Item de mūdo habuit teſtimoniū.xij.ap̄lorum.
lxxij.diſcipuloꝝ.⁊ multorum alioꝝ.vt patet Act.
iiij.Virtute magna reddebāt apoſtoli teſtimoni
um ieſu xp̄o.Ite; habuit teſtimoniū ab om̄i cre-
atura.nam ſtella noua in ſua natiuitate teſtifica
ta eſt.vt p; math.ij.Vidim⁹ ſtellam ei⁹ in oriēte
Item ſol obſcuratus eſt in morte eius:ꝯteſtat⁹ ē
eum eſſe deum.Luce.xxiij.Item mare dum ſe ſo
litum p̄buit ip̄m cōfeſſus eſt Luc.vi.Item infer
nus dum quos tenebat reddidit ipſum autorem
vite eſſe ꝯteſtatus ē.ps.xxiij.Item terra dū ipſo
moriente ⁊ reſurgēte tremuit.Item panes ⁊ pi-
ſces dum ad ei⁹ imꝑium multiplicati ſunt ipſu;
eē deū demōſtrabāt.vt pt; Joh.vi.Opa q̄ ego
facio ip̄a ſt̄ q̄ teſtioniū ꝑhibēt d̄ me.et breuit̄ oīs
creatura p̄ter peccatorem q̇ ip̄m negat factis te-
ſtimoniū xp̄o reddit.Unde apoſtol⁹ ad Tytū.i.
Confitētur ſe noſſe deū:factis autē negāt.Pec-
cator quādoq; ꝓ vno denario negat xp̄m:cum i
nomine eius ſcient̄ periurat.Seq̄tur hic in euā-
gelio p̄ſenti.Abſq; ſynagogis faciēt vos.vbi no
tandū eſt ꝙ excōmunicatio maior valde timēda
eſt ꝓpt̄ tria.Primo q̇a excōmunicat⁹ ſepatur a
deo ⁊ ab oībus xp̄ifidelibus tam in vita ꝙ i mor
te ſicut palmes a vite:vt pat; Joh.xv.Ego ſum
vitis vera:⁊ vos palmites.et ſicut palmes abſci
ſa nihil valet ampli⁹ niſi ad ignē:ſic excōicatus
maiori excōmunicatōe.Secūdo q; excōicat⁹ pri
uatur merito paſſionis xp̄i ⁊ oīm ſanctoꝝ ⁊ etiā
oīb⁹ miſſis:orōnib⁹:elemoſynis ⁊ oīb⁹ ſuffragijs
⁊ indulgētijs:⁊ oīb⁹ bonis eccl̄ie:⁊ oīno ⁊ tota-
liter remanet nud⁹ ⁊ miſer ⁊ miſerabil̄ ⁊ paup̄ ⁊
cec⁹.Et ꝓpterea dicit aug⁹.Nihil d; xp̄ianus ſic
formidare ſicut ſepari a corꝑe xp̄i.ſ.ꝑ excōmuni
catione maiorē.Tertio q; excōmunicat⁹ multos
inficit.q; oēs qui ꝑticipāt ei ſcienter publice de-
nūciato.Vn̄ dicit̄ in decret̄.Cōmunicās excom
municato indebite excōmunicatōnem incurrit.
xi.q.iij.ꝓcipue.⁊.c.ſi q̇s ep̄s.Unde ē morb⁹ ꝯta
gioſus ſicut lepra.ideo ab hominibus ſicut lepra
debet vitari.nam magna infamia eſt et vitupe-
rium ab eccleſia expelli vel vitari ab hominibus

ſicut lepꝛoſus. Unde excōmunicat⁹ ē magis in-
famis ꝙ iudeus vel ſaracen⁹. quia cuȝ illꝰ habet
plus loqui ꝙ cū excōmunicato. Unde dicitur i
decretis. Pagano plus licet cōmunicare ꝙ ex-
cōmunicato.xi.q.iij.ad menſam. Ex iam dictꝭ pa
tet ꝙ periculoſum ē ꝯmunicare excōmunicato:
ſ peccatis nr̄is exigētib⁹ de excōmunicatōe ma
ioꝛi hodie curat̄ modicum: ſ de pticipatōne cuȝ
excōmunicatis q̄ſi nihil curat̄ Un̄ de hoc exem-
plū legit̄ ꝙ demoniac⁹ interrogat⁹ a q̄dam an ex
cōmunicatio vel pctm̄ plus placeat diabolo: rn̄-
dit. excōmunicatio maioꝛ. q꞉ p illam plures infi
ciūtur. ꝛ quādoꝗ excōmunicatus ducentos in-
ficit vno die: ſicut in conuiuijs: in iocis: et ſic de
alijs.

In die ſancto penthecoſtes euāg. ſm̄ Johēȝ
xiiij. caplo.



In illo tēpoꝛe. Dixit ie-
ſus diſcipulꝭ ſuis. Si q̄s
diligit me: ſermonē meū
ſeruabit. ꝛ pater me⁹ di-
liget eum: ꝛ ad eum veniem⁹ ꝛ mā
ſionē apud eū faciem⁹. Qui non
diligit me: ſermones meos nō ſer-
uat. Et ſermonem quem audiſtis
non eſt me⁹: ſed eius qui miſit me
patris. Hec locut⁹ ſum vobis apd
vos manens. Paraclit⁹ autē ſpūſ
ſanctus quem mittet pater in no-
mine meo: ille vos docebit omnia
ꝛ ſuggeret vobis om̄ia quecūꝗ di
xero vobis. Pacē relinquo vobis:
pacem meam do vobis. non quo-
modo mūdus dat ego do vob̄. Nō
turbetur coꝛ veſtrū: neꝗ foꝛmidet
Audiſtis quia ego dixi vobis. va-
do ꝛ venio ad vos. Si diligeretis
me gauderetis vtiꝗ: quia vado ad
patrem: quia pater maioꝛ me eſt.
Et nūc dixi vobis p̄uſꝗ̄ fiat vt cū
factū fuerit credat̄ꝭ Jā n̄ multa lo
quar vobiſcum. Uenit em̄ p̄nceps
mūdi huius: ꝛ in me non habȝ q̄c
ꝙ: ſed vt cognoſcat mūd⁹ quia di-
ligo patrem. Et ſicut mandatum
dedit mihi pater: ſic facio.

Poſtilla.

Si quis diligit me: ſerm̄onem
meū ſeruabit. Joh. xiiij. Hoc euāgeliū locutus ē
dn̄s ad diſcipulos ſuos anno ei⁹. xxxiij. ix. kalen̄.
apꝛil. luna. xiiij. v. feria cene dn̄i. idictiōe. vi. Ante
initiū illius euāgelij ſcribit ſctūs Johānes i eo-
dem caplo ꝙ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. Qui ha-
bet mādata mea ꝛ ſeruat ea ille ē q̄ diligit me. q̄
q̄ autē diligit me diliget̄ a patre meo. ꝛ ego dili-
gā eū ꝛ manifeſtabo ei meip̄m. Tunc ſeq̄t̄ euā-
geliū hodiernū. [Si q̄s diligit me.] Guill. Ho-
die recolit eccl'ia illā ſupabūdāteȝ ꝛ excellētē dōa
tionē ſpūſſancti. que facta ē diſcipulis q̄nquage
ſima die a reſurrectōne quādo repleti ſunt om̄es
ſpūſancto. ſed quia ſpūſſanctus qui ē amoꝛ pa-
tris ꝛ filij hodie mittit̄. idcirco hodie legitur euā
geliū in quo agit̄ de dilectōne quā deus nobis i
fundit p ſpm̄ſanctum [Si quis diligit me]. ſ. af-
fectu. hoc oſtēdit̄ affectu. q꞉ videlicet [ſermoneȝ
meū ſeruabit. ꝛ pater me⁹ diliget eum] p qd̄ oñ-
dit ſe vnū cū patre in eſſentia [ꝛ ad eū veniem⁹]
Guill. ergo ꝛ pater ꝛ ſpūſſanctus [ꝛ manſioneȝ
apud eū faciemus] in p̄ſenti per gratiam. ꝛ i fu-

turo per gloriam[Qui nō diligit me:ſermonem
meū non ſuat]Ly.Tales ſunt mūdani homies
⁊ pueri.[Et ſermonē quem audiſtis nō ē me⁹]
ſupple tm̄[ſ3 eius qui miſit me patris. Hec locu
tus ſum vobis apud vos manēs]ſcilicet preſen
tia corporali[Paraclitus autē ſpūſſanct⁹ quem
mittet pater in nomie meo]Tho.ad laudē ⁊ glo
riam nomis mei.[ille vos docebit oīa.]Lyra.
id ē faciet vos intelligere oīa que dico vobis.
Apoſtoli adhuc erāt rudes ⁊ in timore poſiti ex
auditu paſſionis xp̄i.ideo ad vba xp̄i nō diligen
ter attēdebant.⁊ ꝑ cōſequēs non capiebant ea
ad plenū.ꝓpter qd̄ dicit gratiam ſpūſſancti poſt
ea ſupplere iſtū defectū[⁊ ſuggeret vob oīa q̄cū
ꝗ dixero vobis]id ē ad memoriam vobis redu-
cet oblita.q: apoſtoli multa de illis que xp̄s dice
bat obliti ſunt timore paſſionis cōcuſſi.[Pace3
relinquo vobis]id ē iturus ad patrē relinq vob
pacē pectoris i p̄ſenti[⁊ pacē meam do vob].i.
eternitatꝭ i futuro[ñ quō mūd⁹ dat ego do vob.]
q.d.ñ do vob pacē mūdanā q̄ ē breuiſ.i.ad Theſ
ſalo.v.Cum eñ dixerint pax ⁊ ſecuritas tūc re-
pētinus eis ſuperueniet interitus.[Non turbetur
cor veſtrū.]Ly.id eſt non turbari debetis de re-
ceſſu meo.id ē de morte mea[neq3 formidet]Ly
ra.hoc addit eos aſſecurādo.quia timebant mo
ri cum eo[Audiſtis quia ego dixi vobis:vado.]
Tho.ſc3 ꝑ paſſionem vt parem vobis locum[⁊
venio ad vos]poſt reſurrectionē meam vt vos il
luc introducam.vt patet Johis.xiiij.Si abiero ⁊
ꝑparauero vobis locum iterum venio ⁊ accipiā
vos ad meipm.vt vbi ego ſum ⁊ vos ſitis.[Si
diligeretis me]ſc3 pura ⁊ ſincera dilectōne ab oi
carnali abſtracta[gauderetis vtiq3 quia vado.]
ſm ꝙ homo.[ad patrē meum]ſcilicet ad ei⁹ glo
riam[quia pater maior me ē]Ly.non ſcd̄m dei-
tatē in qua filius eius equalis patri ē:ſ3 ſcd̄m hu
manitatē in qua filius ē minor patre[Et nunc.]
Thomas.exiſtens vobiſcū paſſibilis ⁊ mortal'.
[dixi vobis]ſc3 ꝑ paſſionem vado ad patrē[pri-
uſq3 fiat:vt cum factū fuerit credatis.]Ly.ſc3 ꝙ
tm̄ ſum homo:ſ3 etiam de⁹ certitudinalit predi-
cans futura contingētia:quod ē ꝓprium ipſius
dei ſcd̄m ꝙ dicitur Iſa.xli. Annunciate nobis q̄
futura ſunt ⁊ dicemus ꝙ dij eſtis[iam non mul-
ta loquar vobiſcum]id ē in hoc mortali corpore
exiſtens.quia tēpus ſue captionis erat ꝓpinquū.
[venit eñ princeps hui⁹ mūdi.]Tho.i.diabolus
q̄ principatur amatorib⁹ hui⁹ mūdi.⁊ regit eos
q̄ ſponte ꝑ peccatum ſe ei ſubijciūt. venit enim i
miniſtris ſuis ad me capiendu3 ducēdū ad mor-
tem[⁊ in me non habet quicq3]id ē nullum pec
catū:⁊ per ꝯſequēs nullam mortis cauſa3.quia
mors intrauit mūdum ꝑ peccatū.ad Roma.v.
[ſed vt cognoſcat mūdus]id ē humanū genus.
[quia diligo patrē]quaſi diceret.non morior q:
habeā culpam:ſed vt impleam patris obediētiā
cuius voluntas eſt vt ꝑficiatur redemptio hūani
generis.que non pōt compleri ex dei ordinatōe
niſi ꝑ mortem meam[Et ſicut mādatū dedit mi
hi pater ſic facio]id ē ex obediētia patris libent̄
ſubeo mortem. Circa p̄ſens euāgelium vbi dici
tur.Ad eū veniem⁹ ⁊ manſionē apud eu3 facie-
mus.Notādum ꝙ Hugo de prato dicit ꝙ apoſto
li fuerūt pleni ſpūſancto oſtenditur quadruplici
ſigno.Primū eſt in tribulatōib⁹ ⁊ in infirmitati
bus nō murmurare.Nam vas plenū non reſo-
nat dum tangit:ſed vacuū. ſic apoſtoli in īfirmi
tatib⁹ nō murmurauerunt:vt pat3 Luc.x. Ecce
ego mitto vos ſicut agnos in medio luporū.imo
ap̄li nō ſolu3 nō murmurauerūt in ꝑſecutōibus
⁊ tribulatōibus:ſed ⁊ gaudebāt.vt p3.Actuū.v.
Ibant ap̄li gaudētes a cōſpectu cōcilij. quoniā
digni habiti ſunt ꝑ nomie ieſu contumeliā pati.
Unō apoſtol⁹ ad Roma.v.Sed ⁊ gloriamur in
tribulatōibus.Secūdū eſt firmiter cōſiſtere.na3
res plana ſtat firma.ſic apoſtoli poſtꝙ ſpiritūſā
ctum receperūt:in fide ⁊ bonis operibus firmiter
ſteterūt.Nam nec reges nec p̄ncipes mūdi cum
tormētis:nec caro ꝓpria cum oblectamētis: nec
demones cū tēptamentis potuerūt ipos moue-
re.vt pat3 Roma.viij.Quis nos ſeparabit a cha-
ritate dei.quaſi diceret null⁹.Tertium ē de pleni
tudine effundere.nam fons plen⁹ effundit aquā
ſic apoſtoli tāꝙ plenus fons ⁊ ſuperexcreſcēs to-
tum mūdu3 gratijs ⁊ bonis ſpiritualibus reple-
uerunt:vt pat3 Heſter.x. Fons paruus creuit in
fluuiū maximū:⁊ in aquas plurimas redūdauit
Quartū ē nihil plus recipe. nam vas plenu3 ni
hil plus recipit:ſic apoſtoli nihil terrenū ⁊ a ſpū
ſancto alienū receperunt.vnde nec diuitias nec
honores nec delitias corpis amplius recipevo-
luerūt.vt pat3 Math.xix.dixit petrus ap̄ls. Ec-
ce nos reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te.Uñ etiā
apoſtol⁹ paulus ad philippē.iij. Omnia arbitra
tus ſū vt ſtercora vt xp̄m lucrifacerē ⁊c. Si autē
quis vult ſcire an ſpūſancto plenus ſit:p̄dicta q̄t
tuor in ſe cōſideret:⁊ ſic bonam ſpem habeat ꝙ
hodie receperit ſpm̄ſanctū cum ap̄lis.

Feria tertia pēthecoſtes euangeliū ſcd̄m Jo-
hannem.iij.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipul' ſuis. Sic deꝰ dilexit mundum: vt filium ſuum vnigenitū daret vt omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat vitam eternam. Non enim miſit deꝰ filium ſuum in mundum vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autē non credit iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc ē autem iudicium quia lux venit in mundum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras ꝙ lucem. Erant enim opera eorum mala. Omniſ enim qui male agit odit lucem: et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatē venit ad lucem: vt manifeſtētur opera eius. quia in deo ſunt facta.

Poſtilla.

Sic deꝰ dilexit munduꝫ. Joh. iij. Hiſtoria huius euangelij cōpleta ē anno xpi xxxiij. ix. kalen. aprilis. feria. vi. indictiōe. vi. luna xv. ſ dñs h̄ locutꝰ ē anno eiꝰ. xxxij. vi. nonas maij ſabbato, luna. xiij. indictōe. v. Ante initiuꝫ illius euāgelij ſcribit ſanctus Johānes i eodeꝫ capl'o ꝙ xpus dixit diſcipulis ſuis. Sicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto ita exaltari oportet filiū hominis vt oēs qui credit in ipm non pereat: ſed habeat vitam eternā. Tūc ſtatim ſeqtur euāgeliū hodiernū [Sic deus dilexit mūdum] id ē hominē [vt filiū ſuū vnigenitū daret] Ly. q̇ eſt bonū infinitū. ex qua appet maxima dei dilectio vt ptꝫ Roma. viij. q̇ ꝓprio filio ſuo nō pepcit ſ pro nobꝫ oibꝰ tradidit illū [daret] Tho. nō vt vēderet ſ daret gratis ⁊ libaliť nullꝭ meritꝭ noſtris exigētibꝰ ē incarnatꝰ ⁊ crucifixꝰ [vt ois q̇ credit i euꝫ] Tho. fide ꝑ dilectōem opante ⁊ vſq; in finē pſeuerāte. [nō peat: ſ habeat vitā eternā.] Tho. nō i ſpe ſ tūc i re [Nō em̄ miſit deus] ſcꝫ pater [filium ſuū i mundū vt iudicet mūdū] Lyra. ſ. i pmo aduētu ſuo. tūc em̄ nō venit iudicare: ſ magis iudicari ꝓ mūdi ſalute. iō ſeqť. [ſ vt ſaluet mundꝰ ꝑ ipm] vt ptꝫ Joh. xij. Non veni vt iudicē mūduꝫ: ſ vt ſaluificē mūdū [q̇ credit i eū] Ly. tēdēdo i eū ꝑ caritatē [nō iudicať]. i. n̄ hꝫ cām vn̄ ꝯdēneť [q̇ aūt nō credit: iā iudicatꝰ ē] Ly. i. hꝫ in ſe cauſam manifeſtā ſue ꝯdēnatōis. [q: nō credit in nomie vnigeniti filij dei] qui venit pro ſalute mūdi. nā ad ſalutem peruenitur per nomen vnigeniti filij dei [Hoc ē autem iudicium]. i. cauſa damnationis [quia lux] Ly. i. xps q̇ ē lux vera. [venit in mūdū] ſcꝫ carnē aſſumēdo: ⁊ in ea apparēs ſalutē hūani generis opando [⁊ dilexerūt homies magis tenebras] Tho. id ē delitias carnis ⁊ diuitias mūdi [ꝙ lucē] id ē aptam p̄dicatōem ꝑ qm arguerēt peccata [erāt em̄ opa eorū mala] Tho. q̄ a luce diſcordāt ⁊ tenebras querūt. ⁊ ideo dicūtur opa tenebraꝝ [Ois em̄ q̇ male agit]. i. q̇ malis opibꝰ delectat [odit lucē] q̄ tamē naturaliť oibus ē amabil' [⁊ nō venit ad lucē vt nō arguantur opa eiꝰ] Tho. ois em̄ q̇ delectať in mal' operibꝰ ſubterfugit lucē p̄dicatōnis ⁊ veritatꝭ. ⁊ odit eos q̇ mala ſua manifeſtāt ⁊ rephendūt. [q̇ aūt facit veritatē]. i. opa cōformia volūtati dei. [veit ad lucē] id ē in palam [vt manifeſtētur opa eiꝰ] Tho. ſcꝫ ad aliorū exemplar ⁊ edificationē. [q: in deo ſunt facta] id eſt ad gl'iam dei. Circa pn̄s euāgeliū vbi diciť. Sic deus dilexit mūduꝫ. dicit Hugo de prato: ꝙ maxima charitas dei pr̄is ad hoiem q̄tum ad quattuor demonſtrať. Primo: q: filiū ſuū hominē ⁊ naturā humanā tanꝙ in ſpōſam ſibi accepit: vt cantať hodie celeſti ſponſo iuncta ē ecclia. Ecce mirabilis amor ꝙ impator diues: potēs: ⁊ pulcher: ſapiēs ⁊ eternꝰ accepit paupculā: inualidā: inſipientē ⁊ morte cōdēnataꝫ. ad Hebre. ij. Nuſꝙ angelos apphendit: ſ ſemē abrahe. Secūdo in eo ꝙ eūdē filiū poſtꝙ carnē aſſumpſit fecit. xxxiij. annis ſeruire hoiem erudiēdo ⁊ informādo ⁊ tandē ꝓ ipo redimendo cōſtituit eū mori. Tertio in eo ꝙ hoies ſibi in filios adoptauit ⁊ frēs xpi eſſe voluit. Vn̄. i. Joh. iij. Videte q̄lem dilectionē dedit nobis deꝰ vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Quarto ꝙ homies ſic redēptos ⁊ in filios adoptatos heredes regni ſui fecit cuꝫ filio ſuo ieſu chriſto. ad Ro. viij. filij dei ſumus. Si autē filij ⁊ heredes: heredes q̇dem dei: coheredes autem xpi.

Feria tertia penthecoſtes euang. ſcdm Jo. x.

In illo tēpore. Dixit ihe
ſus diſcipulis ſuis. Amē
amen dico vobis. q̄ non
intrat ꝑ oſtium in ouile
ouiū ſed aſcendit aliūde: ille fur ē
⁊ larto. Qui autem intrat ꝑ oſtiū
paſtor eſt ouiū. huic oſtiari⁹ aperit
⁊ oues vocem eius audiūt ⁊ ꝓpri-
as oues vocat nominatim ⁊ edu-
cit eas. Et cum ꝓprias oues emi-
ſerit ante eas vadit: ⁊ oues illum
ſequūtur. quia ſciūt vocem ei⁹ Ali
enū autē non ſequūtur: ſed fugiūt
ab eo: quia nō nouerūt vocem alie
norū. Hoc ꝓuerbiū dixit eis ieſus
Illi autē non cognouerūt quid lo
querēt eis. Dixit ergo eis iterum
iheſus. Amen amē dico vobis q̄a
ego ſum oſtium ouiū. omēs quot-
quot venerūt ante me: fures ſunt
⁊ latrones: ſed non audierunt e-
os oues. Ego ſum oſtium. Per
me ſi q̄s introierit: ſaluabitur: ⁊ in
gredietur ⁊ egredietᷣ: ⁊ paſcua inue
niet. Fur non venit niſi vt furetur
⁊ mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vi
tam habeant ⁊ abundantius ha-
beant.

Poſtilla.

## Amen amen dico vobis ⁊c.

Ioh. x. Hiſtoria huius euāgelij facta ē anno xp̄i
xxxij. vi. kalen. Octobris. ſabbato. indictōe. v. lu
na. xij. Ante initiū illius euāgelij ſcribit ſanctus
iohānis in p̄ſenti caplo ꝙ xp̄s dixit. In iudiciuꝫ
ego in hūc mūdum veni: vt q̄ nō vident videāt:
⁊ q̄ vident ceci fiāt. Et audierūt q̄dam ex phari-
ſeis q̄ cum ip̄o erāt ⁊ dixerūt ei. Nunquid et nos
ceci ſum⁹. Dixit eis iheſus. Si ceci eſſetis nō ha
beretis peccatum. Ly. quia ſi nō vidiſſent ope-
ra chriſti haberent aliquam excuſatōnem ꝺ hoc
ꝙ non crediderūt. nūc vo dicitis quia videmus:
peccatum veſtrū manet. id ē aggrauatur. Tunc
ſtatim ſequitur euāgeliuꝫ hodiernū. [Amē amē
dico vobis] Tho. i. iveritate dico vobis. [qui nō
intrat ꝑ oſtium]. i. ꝑ me humilē ⁊ paupem [oui
le ouiū] id eſt in ꝯgregationē fidelium: ⁊ in eccle
ſiam dei in qua grex diuinit⁹ continetᷣ [ſ; aſcēdit
aliūde] ſiue per pecuniam ſiue per falſam iuſtici
am ſiue ꝑ violētiam [ille fur eſt] rapiēdo qđ non
eſt ſuum [⁊ latro] retinēdo quod rapuit. Lyra ſ;
faciunt mali homiēs ſtatim prelatōnis indebite
aſſequētes [Qui autem intrat ꝑ oſtium] id eſt ꝑ
xp̄m [paſtor ē ouiū. huic oſtiarius aperit] Lyra.
id eſt ſpūſſanct⁹ reuelat veritatem: vt ſciat oues
paſcere. [⁊ oues vocē eius audiūt] Lyra. id ē do
ctrinā recipiūt [⁊ ꝓprias oues vocat nomiatiꝫ]
id eſt certiſſime nouit dn̄s qui ſunt eius. ⁊ vocat
eas non ſolū voce exterioris p̄dicatōnis: ſed in-
terne inſpiratōnis [⁊ educit eas] Ly. de tenebrꝭ
ignorātie [Et cū ꝓprias oues emiſerit ante eas
vadit] per exempla bonorū operū [⁊ oues illuꝫ
ſequūtᷣ] ſ. exēpla ⁊ veſtigia ſui paſtorꝭ [q: ſciunt
vocē ei⁹.] ꝑ inſpiratōnes diuinas [Alienū autē
non ſequūtur] ſcꝫ qui eſt alienus a deo vita ⁊ do
ctrina: ſicut ē heretic⁹ ⁊ quilibet ꝑuerſus doctor
[ſed fugiūt ab eo. q: non nouerūt vocē alienoꝝ]
id eſt non approbauit nec ſequūtur. Gorra. Iſti
alieni ſunt pſeudo ꝓphete de quibus ꝺ: Math.
vij. Attendite a falſis prophetis qui veniūt ad
vos in veſtimētis ouium. intrinſecus auteꝫ ſunt
lupi rapaces. [Hoc prouerbium dixit eis Ieſus.
Illi autem non cognouerūt quid loquerētᷣ eis]
Thomas. id eſt non intellexerūt quis eſſet pa-
ſtor: quis fur: et que oues. [Dixit ḡ eis iterū Ihe
ſus. Amen amen dico vobis. quia ego ſum oſti-
um ouiū.] per quod intrant oues ad fideꝫ [Om
nes quotquot venerunt ante me.] Thomas. ſci
licet ex ſe: non miſſi: vel non inſpirati a deo.
[fures ſunt.] rerum ⁊ dignitatum [et latrones]
animarū. quia eas occidūt per falſam doctrinaꝫ
[Ego ſum oſtiū. per me ſi quis introierit.] ſcꝫ in
eccleſiam ⁊ ſocietatem fidelium [ſaluabitur] per
gratiam [⁊ ingredietur] ſcilicet ad contemplati
onem deitatis [⁊ egredietur] ſcilicet ad conſide
rationē glorioſe humanitatis in chriſto [⁊ paſ-
cua inueniet.] quia vtraqꝫ conſideratio erit dele
ctabilis ⁊ iocunda. vt patet Iſaie. xxxiij. Regeꝫ
in decore ſuo videbunt. [Fur.] id eſt quicunqꝫ
per me non ingreditur. [non venit: niſi vt fure-
tur.] id eſt vt ſibi vſurpet dominatum et hono-
rem in plebe. [Et mactet.] per falſam doctri-

nã[ꝛ perdat]id eſt mittat in dãnatiõem eter-
nam[Ego veni, vt vitã habeant]tho. in preſen
ti per gratiam[ꝛ abundãtius habeant]in futu-
ro per gloriam. Unde aplus. i. Cor. ij. Oculus
nõ vidit nec auris audiuit: nec in cor hois aſcen
dit. que preparauit deus his qui diligunt eum.
Circa preſens euangelium vbi dicitur. Per me
ſi quis introierit. Notandum ꝙ Hugo de prato
dicit ꝙ chriſtus dei filius ꝓpter noſtraʒ ſalutem
quattuor itinera peregit. Primũ fuit de celo i ter
ram veniendo. quãdo carnẽ aſſumpſit de glorio
ſa virgine Maria. Joh. xvi. Exiui a patre ꝛ ve-
ni in mũdum. Et hoc iter fuit penoſum. qꝛ pena
litates hũane nature aſſumpſit vt patet Yſa. liij.
Uere languores noſtros ipſe tulit: ꝛ dolores no
ſtros ipſe portauit. quia hic in mũdo triginta tri
bus annis vixit ꝛ nũꝙ̃ riſit. Secũdum iter fuit
de mũdo ad inferos deſcendẽdo. quãdo ſeden-
tes in tenebris viſitauit. ꝛ hoc fuit iter victorio-
ſum: quia portas inferni confregit. Tertium fu-
it de inferno ad mundũ redeundo. quando con-
fractis inferis cum magna preda a mortuis re-
ſurrexit. Quarto fuit de mũdo ad celũ aſcenden
do. quãdo in die aſcẽſionis, videntibus apoſtolis
eleuatus eſt. ꝛ nubes ſuſcepit eũ ab oculis eoꝝ.
ꝛ hoc iter fuit valde gaudioſum. Unde ps. aſcẽ
dit deus in iubilatiõe. ꝛ dñs in voce tube.

Feria quarta penthecoſtes. Euãgelium ſm
Johem. vi.

**N illo tẽpore. Dixit ie-
ſus turbis iudeorum. ne
mo poteſt venire ad me
niſi pater qui miſit me traxerit eũ.
Et ego reſuſcitabo eum in nouiſ-
ſimo die. Scriptum eſt in prophe
tis. Erũt oĩes docibiles dei. om
nis qui audiuit a patre ꝛ didicit ve
nit ad me. nõ quia patrẽ vidit qſ-
ꝙ̃ niſi is q̇ eſt a deo: hic vidit pa-
trem. Amen amen dico vobis. qui
credit in me habet vitam eternaʒ
Ego ſum panis vite. Patres ve-
ſtri manducauerunt manna in de
ſerto ꝛ mortui ſunt. Hic eſt panis
de celo deſcendens vt ſi q̇s ex ipo
manducauerit non moriatur. ego
ſum panis viuus qui d̃ celo deſcẽ
di. ſi quis mãducauerit ex hoc pa-
ne viuet in eternũ. Et panis queʒ
ego dabo caro mea eſt pro mundi
vita.**

Poſtilla.

**Nemo poteſt venire ad me Joh.**
vi. Hiſtoria huius euãgelij facta eſt anno chriſti
xxxij. xviij. kal. Maij. feria. iij. luna. xxiiij. indicti-
one. v. Ante initium illius euãgelij ſcribit ſanctꝰ
Johãnes in eodẽ caplo ꝙ iudei murmurauerũt
de illo verbo qḋ chriſtus dixit. Ego ſum panis vi
uus qui de celo deſcẽdi: ꝛ dicebãt. Nõne hic ẽ ie-
ſus filius ioſeph: cuiꝰ nos nouimꝰ patrẽ ꝛ mr̃eʒ
quõ ergo dicit hic quia de celo deſcẽdi. Reſpon
dit ergo ieſus ꝛ dixit eis. Nolite murmurare in-
uicẽ[Nemo poteſt venire ad me]tho. ꝑ fideʒ cre
dẽdo ꝛ amãdo[niſi pater meus traxerit eum]id
eſt adiuuet eum per gratiã ſuam. Notandũ ẽ er-
go ſm tho. ꝙ pater oĩes trahit. quia oĩbꝰ of-
fert gratiã. nõ tamẽ omnes trahũtur vel veniunt
ad xp̄m. q̇a ꝛ ſi oĩbꝰ offerat̃ gratia. nõ tamen
eã oĩes accipiũt[ꝛ ego reſuſcitabo eum in no-
uiſſimo die]Ly. q̇a nõ eſt anima ad plenũ beata
donec fuerit corpori reunita. [Scriptũ eſt in pro
phetis. Erũt oĩes docibiles dei]tho. id ẽ capa-
ces diuine doctrine[Omis q̇ audiuit a pr̃e]ſcʒ
diuinas inſpiratiões ꝑcipiẽdo[ꝛ didicit]eas ſe
quẽdo[venit ad me]per fidem formatam in pre
ſenti. ꝛ per gloriam in futuro[non quia patrem
vidit quiſꝙ̃: niſi is qui eſt a deo]ſcʒ filius q̇ na-
turaliter ꝓcedit a patre[Amen amẽ dico vobis
qui credit in me habet vitam eternam]tho. i. me
ip̄m q̇ ſum vita eterna[Ego ſum panis vite]q̇a
ille eſt verus panis qui poteſt preſeruare a mor-
te ꝛ dare vitam eternam. talis panis eſt chriſtus
[patres veſtri mãducauerunt mãna in deſerto]
per quadraginta ãnos. vt habet̃ Exo. xvi. Deut.
viij. ꝛ mortui ſunt]oĩes corporali morte[Hic
eſt panis de celo deſcendens]per incarnatio-
nem quẽ prefigurabat manna[vt ſi quis ex ipo
mãducauerit]ſcʒ digne[nõ morietur]tho. in pñ
ti per culpam: ꝛ in futuro per eternam penã[ego
ſum panis viuus]id eſt viuificans comedenteꝫ.
[qui de celo deſcendi]vt eſſem panis hominum
qui eram panis angeloruʒ[ſi quis mãducauerit

ex hoc pane viuet in eternū] q̄a iſte panis in mā
ducantem nō cōuertitur ſed eum in ſe conuertit.
ſm qḋ dictum eſt beato Aug°. Nec tu me muta-
bis in te ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutaberis
in me[ ⁊ panis quē ego dabo caro mea eſt] ipſa
enī caro chriſti ⁊ ipſe totus xp̄us ibi veracit̄ con
tinetur ſm deitatem corpus ⁊ animā.

In octaua penthecoſtes. Euangelium ſm
Johem. iij. caplō.



In illo tēpore. Erat ho
mo ex phariſeis Nicode
mꝰ nomine princeps iu-
deorum: hic venit ad ieſum nocte
⁊ dixit ei. Rabbi: ſcimꝰ quia a deo
veniſti magiſter: nemo enim pōt
hec ſigna facere q̄ tu facis niſi fu-
erit deꝰ cum illo. Reſpōdit ieſus
⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi ni
ſi quis renatꝰ fuerit denuo nō po
teſt videre regnū dei. Dixit ad eū
Nicodemꝰ. Quō poteſt homo re
naſci cum ſit ſenex. Nunquid po-
teſt in ventrē matris ſue iterato
introire ⁊ renaſci. Reſpondit ie-
ſus. Amen amen dico tibi. niſi q̄s
renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſan-
cto: nō poteſt introire in regnum
dei. Quod natum eſt ex carne ca
ro eſt: ⁊ qḋ natū eſt ex ſpū ſpiritꝰ
eſt. Non mireris quia dixi tibi: o-
portet vos naſci denuo. Spiritus
vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eiꝰ audis
ſed neſcis vnde veniat aut quo va
dat. Sic ē omnis qui natꝰ ē ex ſpi
rituſancto. Reſpōdit Nicodemꝰ
⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hec
fieri. Reſpōdit ieſus ⁊ dixit ei. tu
es magiſter in iſrahel ⁊ hec igno-
ras. Amen amē dico tibi. quia qḋ
ſcimꝰ loquimur: ⁊ quod vidimꝰ te
ſtamur: ⁊ teſtimonium noſtrū nō
accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊
non creditis. quō ſi dixero vobis ce
leſtia credetis. Et nemo aſcēdit in
celum niſi qui deſcendit de celo fi-
liꝰ hominis qui eſt in celo. Et ſi-
cut moyſes exaltauit ſerpentē in
deſerto: ita exaltari oportet filiū
hominis: vt om̄is qui credit in ip
ſum non pereat: ſed habeat vitam
eternam.

Poſtilla.

Erat homo ex phariſeis Nico
demus nomine. Joh. iij. Hiſtoria huius euange
lij facta eſt āno chriſti. xxxi. xvi. kal. Maij. feria
iiij. indictione. iiij. luna. v. Ante initium illiꝰ euā-
gelij ſcribit ſanctꝰ Johes in precedēti cap̄. Cū
Jeſus eſſet hieroſolymis in paſca i die feſto mul
ti crediderunt in nomine eius vidētes ſigna eiꝰ
que faciebat. Tunc poſtmodū ſequit̄ euangeliū
hodiernū[ Erat homo ex phariſeis] Iſte enī fu-
it vnus illoꝝ de quibus Joh. ij. dicitur q̄ multi
crediderunt in ieſum videntes ſigna q̄ faciebat:
ſ propter iudeos nō confitebātur vt de ſynago-

ga nō eijcerent[ex phariſeis]tho.hec ſecta erat ꝓbabilioꝛ ⁊ honoꝛabilioꝛ inter omnes ſectas iudeoꝛum[Nicodemus noīe]ipe eīm poſtmodum ſepe iuit ad chꝛiſtum.vt habetur Ioh.xix.[princeps iudeoꝛum]fuit eīm magnus inter iudeos ⁊ honoꝛatus[hic venit ad ieſum nocte]timuit eīm venire in die ne incurreret indignatiōem iudeoꝝ qui iam conſpirauerant.Joh.ix.vt ſi quis eū cōfiteretur chꝛiſtum extra ſynagogā fieret[⁊ dixit ei.Rabbi:ſcimus quia a deo veniſti magiſter].Ly.id eſt certum eſt mihi ꝙ tua doctrina eſt vera ⁊ a deo data ⁊ nō humanitus conficta.[Nēo poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi deus fuerit cum eo.Reſpondit ieſus ⁊ dixit]Ly.hic ponitur chꝛiſti reſponſio.quia videbat Nicodemū fideliter ⁊ veraciter querere doctrinam quamuis ad ſecreta fidei.⁊ ideo incepit a pmo ſacramēto ſcꝫ baptiſmi:qui eſt regeneratio ſpūalis.⁊ p conſequēs neceſſaria ad ſalutem[Amen amē dico tibi niſi qs renatus fuerit denuo].i.iterum p generationem ſpūalem[nō poteſt videre regnum dei]Ly.Viſio eīm dei nō poteſt hominibus cōpetere niſi per gratiam.⁊ ad hanc gratiam conſequendam requiritur generatio ſpūalis p quaꝫ homines fiūt filij dei.⁊ per ꝯſequēs heredes vite celeſtis[dixit ad eum Nicodemus.quō poteſt homo renaſci cum ſit ſenex.nūqd pōt in ventreꝫ ſue matris iterato itroire ⁊ renaſci].q.d.n̄. quia quātitas nō permittit[Reſpondit ieſus.Amen amē dico tibi niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſācto].q.d.tu de carnali generatiōe intelligꝭ que ego de ſpūali gn̄atiōe dico.niſi qs renatus fuerit ſpūali generatione que fit ex aqua ⁊ ſpirituſancto[nō poteſt introire in regnum dei]Ex ħ habemꝰ ꝙ baptiſmus eſt quidam ſpūalis gn̄atio.⁊ eſt pmū ſacramentum ⁊ ianua omnium ſacramētoꝝ.⁊ ſine eo nullus ſaluatur[qō natum ē ex carne]ſm virtutē carnalis generatiōis[caro eſt]id eſt conſtituitur in vita carnali tm̄[⁊ qō natum eſt ex ſpiritu:ſpūs eſt]id eſt conſtituitur in vita ſpirituali[nō mireris].i.nō debes admirari[quia dixi tibi opꝫtet vos naſci denuo]q2 nō loquoꝛ de gn̄atiōe carnali de qua tu arguis.ſ; de ſpūali[Spūs vbi vult ſpirat]ſcꝫ dando gratiaꝫ cui vult.vt ad Roma.ix.Cui vult miſeret ⁊ quē vult indurat[Et vocem eius audis]ſcꝫ in pꝛedicationibꝰ.vt patet Math.x.Non eīm vos eſtis q̄ loquimini:ſed ſpūs patris veſtri q̄ loqtur in vobis [⁊ neſcis vnde veniat aut quo vadat]Vn̄ aug. dicit ꝙ illa verba de ſpūſancto intelligēda ſunt: q̄ in ꝓphe.⁊ in ſcripturis ſacris loqtur.ſ; pncipiū huius ſcripture ſcꝫ ſpūſanctꝰ ⁊ eiꝰ finis ſcꝫ beatitudo celeſtis nobis occultat̄ ⁊ ſola fide tenetur [Sic eſt omis qui natus eſt ex ſpū]ſcꝫ ſancto.i. in vita ſpūali conſtituit̄[Rn̄dit Nicodemꝰ ⁊ dixit ei.Quō poſſunt hec fieri]Boꝛ.in hoc notat̄ diligentia in nicodemo.quia non ceſſauit querere donec intelligeret[Reſpōdit ieſus ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrahel ⁊ hec ignoꝛas]Boꝛ. quaſi diceret quē iudei magnū doctoꝛē reputāt: ⁊ tamē ignoꝛas fidei initia ⁊ viam ſalutis[amē amē dico tibi q2 qō ſcimus loquimur]ſcꝫ ego et mei apoſtoli[⁊ qō vidimꝰ teſtamur:⁊ teſtimonium noſtrū nō accipitis]ſic ꝓbatum ⁊ certum. [Si terrena dixi vobis]tho.de regeneratiōe baptiſmi que fit in aqua ⁊ ſpiritu[⁊ non creditis.q̄ modo ſi dixero vobis celeſtia credetis]ſcilicet generationē eternam filij dei a patre ⁊ filio credetis[Et nemo aſcendit in celum]id eſt nēo habet virtutē illuc aſcēdēdi ꝓpꝛia poteſtate[niſi q̄ deſcendit de celo filius hoīs qui eſt in celo]per pn̄tiam ⁊ immenſitatē diuinitatis ergo quilibet homo qui aſcendit ⁊ ſaluatur:aſcēdit per xp̄m. [Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentē]Hic xp̄s agit de ſua paſſione a qua virtutē habet baptiſmus.⁊ oīa alia ſacramenta dicens[Sicut moyſes exaltauit ſerpentē]vt legit̄ Numeri.xxi.ꝙ murmurātibus iudeis cōtra deum ⁊ Moyſen ⁊ dicētibus Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.immiſit deus ſerpētes ignitoſ qui eos interficiebant clamante autem moyſe ad dn̄m. iuſſit dominus ſerpentem fieri eneū ⁊ affigi i palo.vt aſpicientes in eum percuſſi a ſerpentibus ſanarētur.Hic ſerpēs fuit figura paſſionis chꝛiſti.quia ſerpens eneus affixus in palo fuit chꝛiſtus innocens affixus in patibulo crucis.ad cuius aſpectum ſcilicet per fidem ⁊ amoꝛem ſanatur in nobis venenū peccati ⁊ ignite concupiſcētie[ita exaltari opoꝛtet filium hominis]tho.Hic oſtendit modum ſue paſſionis.Voluit autē dominus noſter ieſus chꝛiſtus illo modo moꝛi ſcilicet exaltatus in cruce.vt ſicut terram purgauerat ſua conuerſatione.ita purgaret aerem ⁊ omnia celeſtia ſua paſſione.⁊ vt terrena cuꝫ celeſtibus pacificaret.Et ideo ſtetit quaſi medius inter celum ⁊ terram.vt patet per apoſtolum dicētem.Pacificās per ſanguinē crucis eius ſiue q̄ ſunt in terris.ſiue que in celis ſunt.[vt omīs q̄ credit in ipm]ſcꝫ vera fide.[nō pereat]moꝛſu ſerpētium.i.demonū infectiōe vicioꝛum ⁊ moꝛte ſupplicioꝛum[ſed habeat vitam eternam]hic i ſpe. ⁊ poſtea in re.Circa pꝛeſens euangelium vbi dicitur.Niſi quis renatus fuerit. Notandum ꝙ Hugo de pꝛato dicit:ꝙ deus a pꝛincipio mundi

vſqꝫ ī modo ↄtra peccatū originale tollēdum re-
media ordinauit. Nam homo fecit morbū: ⁊ de⁹
fecit remedium. Primū remediū fuit ſacrificium
ꝑ adultis. ⁊ inde eſt ꝙ antiq̇ patres deo ſacrifici
um offerebāt. Si autē paruuli moriebant̄ ante
vſum liberi arbitrij. ſufficiebat eis fides parētuꝫ
vt ſicut fuit a parētibus introductū peccatū: ita
per eoſdem deleretur. Si aūt parentes paruulo
rum qui moriebant̄ nō erāt fideles. paruuli nō
ſanabātur. Secūdum remediū fuit circūciſio tē-
pore abrahe. quia deus mādauit abrahe vt ipſe
⁊ poſteri eius debebāt circūcidi. Tertium reme-
dium fuit baptiſm⁹ quem chriſtus inſtituit q̇ nō
ſolum purgat peccatum originale ⁊ actuale: ſed
etiā aperit celum. qđ circūciſio non fecit. Et hoc
facit baptiſmus in virtute paſſionis chriſti. ⁊ in
ſignum huius exiuit de latere chriſti ſanguis ⁊
aqua.

In feſto corpis xp̄i euāgeliū ſm̄ Iohē. vi. c.



In illo tēpore. Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis ⁊ tur-
bis iudeorū. Caro mea
vere eſt cib⁹: ⁊ ſanguis me⁹ vere ē
pot⁹. Qui manducat meā carnē
⁊ bibit meum ſanguinē: in me ma
net ⁊ ego in eo. Sicut miſit me vi
uens pater: ⁊ ego viuo propter pa
trem: ⁊ qui manducat me: ⁊ ipe vi
uet ꝓpter me. Hic eſt panis qui đ
celo deſcendit. Non ſicut mandu-
cauerunt patres veſtri mānā ī de-
ſerto ⁊ mortui ſunt. Qui mandu-
cat hunc panē: viuet in eternum.

## Poſtilla.

Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſan
guis ⁊c. Ioh. vi. Hiſtoria huius euāgelij facta ē
anno chriſti. xxxij. xviij. kal. Maij. feria. iij. indi-
ctione. v. luna. xxiiij. Ante initium illius euange
lij ſcribit ſanctus Ioh. in eodē capl'o ꝙ xp̄us di
xit turbis iudeoꝝ. Amen amē dico vobis niſi mā
ducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberit̄ eius
ſanguinē nō habebitis vitā in vobis. Tūc poſt-
modū ſequitur euāgeliū hodiernum [Caro mea
vere eſt cibus] Hic chriſtus loquit̄ de ſacramen
to eucharistie. in quo ſacramēto cōtinet̄ vera ca-
ro chriſti crucifixi in cruce: ⁊ ſanguis eius effu-
ſus in paſſiōe dicēs [Caro mea vere ē cibus: et
ſanguis me⁹ vere ē pot⁹] Lyra. Caro eīn ⁊ ſan-
guis xp̄i reficiūt aīam que īmortal' eſt. Cib⁹ aūt
corporalis reficit tantū corp⁹ qđ ē corruptibile. vn̄
Aug⁹. Cū in cibo ⁊ potu hoīes id appetāt vt oī-
no nō eſuriāt neqꝫ ſitiāt: h̄ vacit nō pſtat niſi iſte
cibus ⁊ pot⁹ q̇ eos a q̇b⁹ ſumit̄ īmortales ⁊ icor
ruptibiles reddit ⁊ facit ſocios ſctōꝝ: vbi pax
erit ⁊ vnitas [q̇ mānducat meā carnē] ſpūali mā-
ducatiōe [⁊ bibit meū ſanguinē] ꝑ dilectiōeꝫ [in
me manet ⁊ ego in eo] tho. In iā dict̄ verbis dat
xp̄s intelligere drīam iſti⁹ cibi ad alios carnales
cibos. Alij eīn cibi ↄuertūtur in māducantē. iſte
cibus māducantē in ſe ↄuertit. vt dictuꝫ eſt ſctō
Aug°. Nō tu me mutab̄ i te ſic̄ cibū carnis tue:
ſ tu mutaberi in me [ſicut miſit me viuēs pater]
tho. i. hoīem fecit [ſic ego viuo ꝓpter patrem] re
ferēdo totā vitā meā ad ipm [Et q̇ māducat me:
⁊ ipe viuet ꝓpt̄ me] q: vnimur deo ꝑ fidē ⁊ dile-
ctiōem i ꝑceptiōe ſacramēti [Hic ē panis q̇ đ ce-
lo deſcēdit]. i. de ſinu patr̄. Anſ. Vt panem an-
gelorum manducaret homo: rex angelorum fa-
tus eſt homo [nō ſicut māducauerūt p̄res veſtri
māna in deſerto ⁊ mortui ſunt] Ly. ⁊ iō non fuit
ve cib⁹ celeſtis: ſ tm̄ figura ei⁹. q: vitā ſpūalē nō
ↄferebat: ſ eādē dari i h̄ ſacmēto p̄figurabat. ſic
eīn māna deuoꝝ ⁊ ḡr̄ dabat oīm ciboꝝ delectam
tū. Mal' aūt erat inſipidū. ſicut đ: Nūe. xxi. Aia
noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Sic eu
chariſtia digne ſumētibus eſt vite ſpūalis ſolati

uim.⁊ indigne ſumẽtibus iudiciū.[q̄ manducat hūc panē] Ly.digne[viuet in eternū] Vñ aug. q̄ ex nobis vitā eternā habere nō poſſum⁹:panē celi mādūcare debem⁹ vt viuam⁹. Unde Remigius. Cū oīs ſal⁹ corpis ⁊ aīe eſt in corpis ⁊ ſanguinis ſuſceptione:honoremus chriſtum in hoc ſacramento vt mediante hoc ſacratiſſimo ſacramento ad eternam ſalutem peruenire mereamur. Unde circa pñs euāgeliū vbi dicit .qui mādūcat hūc panē. Notandū ꝙ panis ⁊ vinum inter ꝯſueta nutrimēta maxie corpus nutriunt ⁊ ſuſtētant. Inſtituit ergo dñs ieſus xp̄s ſub his ſpēbus:vt intelligerem⁹ ꝑ hoc ꝙ ſicut panis et vinū maxie nutriūt corp⁹ ⁊ ſuſtētāt:ſic ꝯtentum ſub iſtis ſpecieb⁹ maxie ſuſtētat:nutrit ⁊ reficit aīa.Hoc em̄ ſacramētū digne ſumptū inter omnia alia ſacramēta plus efficit ⁊ auget charitatem:⁊ ꝯſequēter oīes vtutes:⁊ maxie valet ad dimiſſionē omniū pctōꝝ ⁊c. Unde etiā mgr ſniarum li.iiij.diſt.xi.dicit ꝙ ſub hmōi ſpecieb⁹ panis ⁊ vini poſt ꝯſecratiōem ſunt oīa q̄ ſunt in xp̄o in ſua exiſtētia naturali.q̄a ibi eſt puriſſima caro xp̄i ſiue corp⁹ ei⁹.qd̄ fabricāte ſpūſancto tractū fuit de ſup benedicto vtero vgis glorioſe.⁊ qd̄ nūc glorificatū eſt in celo. Secundo q̄a caro xp̄i n̄ viuit ſine ſanguie.iō ē etiā ibi ſanguis iſte pcioſus q̄ emanauit abūdant per multiplicia vulnera dñi noſtri ieſu chriſti. Tertio q̄a non eſt ver⁹ hō ſine aīa rōnali.ꝓpt qd̄ etiā eſt ibi aīa xp̄i:cui dat⁹ eſt ſpūſanct⁹ nō ad mēſurā. Quarto q̄a xp̄s eſt verus deus.ideo ꝯſequenter eſt ibi ꝑſona filij dei ſue hūanitati vnita:in vnitate ſuppoſiti. Et ſicut hec q̄ttuoꝛ ſunt ꝙ q̄dlibet eorum eſt veraciter ſub ſpecie panis:ita ⁊ oīa ſimul. ⁊ q̄dlibet in calice ſub ſpecie vini cōtinetur. Nec plus ſub ſpecie panis ꝙ in calice ſub ſpecie vini cōtinet.aut ecōuerſo.ſed idē ꝑ oīa ⁊ eodem modo ⁊c. Itē notādum ꝙ chriſtiani nō adorant in hoc ſacramēto panē:cū ex fide ſciūt illum ibi nō eſſe:ſ3 ſubſtātialiter vſum in chriſti verū corpus. Nec adorant ſpecies ſacramētales vt deu3 ⁊ accidētia que remāſerūt:ſ3 adorāt chriſtū dñm deum verum ⁊ hominē ſub iſtis ſpecieb⁹ inuiſibiliter exiſtentē:⁊ realr pñtem. Sic ſimilr in calice poſt conſecrationem non adorant vinū:cum non ſit ibi:ſed eſt ſubſtantialiter verſum in ſanguinem chriſti. Nec adorant ſpecies vini vt deu3 ſed adorant chriſtum dominū verum deū ⁊ hominē ſub iſtis ſpeciebus:ſic inuiſibiliter exiſtentem ⁊ realiter preſentem. Item notādum ꝙ nō debet quiſꝙ credere ꝙ in diuiſione hoſtie diuidatur ⁊ laceretur corpus chriſti. Aut ꝙ in hoſtie ſumptione corpus chriſti conteratur dentibus aut ꝙ corpus chriſti digeratur ⁊ in corpus ſumētis cōuertatur ſicut alij cibi:ſed ſole ſpecies franguntur ⁊ atterūtur:quibus conſumptis .deſinit ibi eſſe corpus chriſti:⁊ remanet in anima ſolus ſacramenti effectus:qui eſt anime refectio ꝑ augmentum gratie ⁊ virtutum. Unde etiam Damaſcen⁹ dicit. Dum ſpecies ſentitur ſacramentum eſt:dum autem deſinit ſentiri:ſacramentu3 non eſt ⁊c. Item ſciendu3 ꝙ tota eccleſia catholica iſto ſacramento reficitur. Unde Greg⁹. Offertur em̄ pro gloria beatoꝝ.pro ſalute viuoꝝ ⁊ pro ſubita liberatione in purgatorio detentoꝝ. Ad qd̄ deſignandum hoſtia frangit̄ in tres partes:⁊ chriſtus integraliter eſt in qualibet. Unō de hoc dicitur in decret̄. In qualibet parte hoſtie totus ⁊ integer eſt chriſtus de⁹.xvi.q.ij. Singuli. Unde etiam Gregorius papa.particula i calice miſſa ſignificat beatos in patria:qui vino eterne dulcedinis iebriant̄. Alie vō due particule que dentibus atteruntur ſignificant illos qui vel in preſenti vita vel etiam in purgatorio i penis tranſitorijs affliguntur.

Dñica ꝑma poſt octauas penthecoſtes.euāgelium ſm̄ Lucam.xvi.caplō.



In illo tēpore. Dixit ieſus turbis iudeorum et phariſeoꝝ. Homo qui

dam erat diues qui induebať pur
pura ⁊ byſſo:⁊ epulabatur quoti
die ſplēdide. Et erat quidam mē
dicus nomine lazarꝰ: qui iacebat
ad ianuam eiꝰ vlceribꝰ plenꝰ: cu
piens ſaturari de micis que cade
bant d̄ mēſa diuitꝭ:⁊ nemo illi da
bat. Sed ⁊ canes veniebant ⁊ lin
gebant vlcera eiꝰ. Factum ē autē
vt moreretur mēdicꝰ ⁊ portaretur
ab angelꝭ in ſinu abrahe. Mortuꝰ
ē autē ⁊ diues:⁊ ſepultꝰ eſt in in
ferno. Eleuans aūt oculos ſuos
cum eſſet in tormētꝭ: vidit abrahā
a longe ⁊ lazarum in ſinu eius: et
ipſe clamās dixit. Pater abrahaʒ
miſerere mei:⁊ mitte lazarū vt in
tingat extremū digiti ſui in aquaʒ
vt refrigeret linguam meā. qꝛ cru
ciori hac flāma. Et dixit illi abra
ham. Fili recordare quia recepi
ſti bona in vita tua:⁊ lazarꝰ ſimili
ter mala. nunc autē hic cōſolatur
tu vero cruciaris. Et in his omni
bꝰ inter nos ⁊ vos chaos magnū
firmatum eſt: vt hi qui volunt hic
tranſire ad vos nō poſſunt: neqꝫ i
de huc tranſmeare. Et ait. Rogo
ergo te pater vt mittas eum in do
mū patris mei. Habeo em̄ quinqꝫ
fratres vt teſtetur illꝭ ne ⁊ ipi veni
ant in locum hunc tormētoꝝ. Et
ait illi abrahā. Habent Moyſen
⁊ prophetas: audiant illos. At il
le dixit. Non pater abraham: ſed
ſi quis ex mortuis ierit ad eos pe
nitentiam agent. Ait autēʒ illi: ſi
moyſen ⁊ prophetas non audiūt
neqꝫ ſi quis ex mortuis reſurrexe
rit credent. Poſtilla.

Homo quidam erat diues ⁊c.

Luc. xvi. Hiſtoria huius euāgelij facta eſt anno
chriſti. xxxij. v. kaleñ. octobr. dominica. indictiōe
v. luna. xiij. Ante initiuʒ preſentis euangelij ſcri
bit ſanctus Luc. in eodem caplo. q xp̄us dixit. q̄
fidelis eſt in minimo. ⁊ in maiori fidelis eſt. Et q
in modico iniquus eſt. ⁊ in maiori iniquꝰ ē. Non
poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Audiebant autē
hec om̄ia pharisei: qui erant auari ⁊ deridebant
eum. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos
coram hominibus. Deus autē nouit corda vr̄a.
quia qd̄ hominibus altum eſt. abhominatio eſt
apud deum. Tunc poſtmodū ſequitur euangeli
um hodiernū [Homo quidaʒ erat diues] Hil.
Hoc euāgelium dictū eſt contra phariſeos aua
ros irridentes dn̄m exhortantem ad largitioneʒ
elemoſynarū. Et deſcribit hic chriſtus duos ho
mines: vnū diuitem ⁊ alterum paupem [Homo
quidam] Gloſa. diues ignotus fuit ante deum.
ideo nomine non deſignatur [erat diues] Lyra.
ecce ſupfluitas in ſenſu [qui induebatur purpu
ra ⁊ byſſo] ecce excessus in veſtitu. Beda dicit:
q byſſus eſt genus candidiſſimi ⁊ nobiliſſimi li
ni qui tantū naſcitur in egypto. lino igitur vteba
tur interius ad carnem ꝓpter molliciem. purpu
ra exterius ꝓpter inanē gloriam [⁊ erat quidaʒ
mēdicus nomine lazarus] Lyra. exprimitur autē
eius nomē. quia erat cognitus deo per approba
tionem. Non fuit iſte lazarus frater magdalene
⁊ marthe. ſed fuit alius Lazarus qui diu vixerat
ante chriſtum [qui iacebat ad ianuam diuitꝭ vl
ceribus plenus] Lyra. vt ex vicinitate magꝭ ap
pareret duritia diuitis. ⁊ probareť patiētia pau
peris [Cupiens ſaturari de micis] Lyra. nō dič
precioſis [que cadebant de menſa diuitis] i quo
apparet maxima duritia diuitis. eo q perire per
mittebat vnde pauper poterat ſubleuari [⁊ nēo
illi dabat] Glo. quia qualis dominus talis ⁊ fa
milia [Et canes veniebāt ⁊ ligebant vlcera eiꝰ]
Lyra. Brutalis pietas in lingendo vlcera pau
peris arguit duritiam diuitis. quia curabiliores
erant canes pauperi q̄ eorum dominus [Factū
eſt autem vt moreretur mendicus] in patientia
probatus ⁊ purificatus ſicut aurum in igne [et
portaretur ab angelis in ſinu Abrahe] Lyra. i.

ad limbū ſanctorum patrum vbi deſcendebant
iuſti morientes anteꝗ̄ impedimentum glorie ꝑ
paſſionem chriſti eſſet amotum[ mortuus eſt au
tem ⁊ diues ]quia diuitie nō poſſunt hominēȝ a
morte preſeruare[ ⁊ ſepultus eſt in inferno ]Ly.
ſcȝ damnatorū.quia erat diaboli parrochianus
ergo ſepultus eſt in eius cimiterio.Guil.i.in ꝓ
funditate penarum poſitus eſt. Unde Apocal.
xviij.Quantū in delitijs fuit.tantum date ei tor
mentū ⁊ luctum[ Eleuans autē oculos cū eſſet
in tormentis ]Ly.quia eius oculi aperti ſunt per
penam qui ante clauſi erant per culpam[ Uidit
abraham a longe ]Ly.quia multū etiam ante a
pertionem ianue celeſtis diſtabat ſtatus electo
rum a ſtatu reproborum.intantū ꝙ impoſſibilis
erat tranſitus ab vno in alium. Nota ſ̄m beatuȝ
Greg.⁊ etiam ponitur in quarto libro ſentētia
rū in fine.ꝙ dānati in inferno poſiti ante dieȝ iu
dicij beatos ſuper ſe in requie intendūt.⁊ etiam
beati in celo vident penas malorum in inferno
eternaliter ad augmentū ſue glorie ꝙ illa mala
euaſerunt[ ⁊ ipſe clamans dixit.pater abrahaȝ ]
Glo.filius abrahe fuit iſte diues genere:ſ; nō imi
tatiōe[ miſerere mei ]ecce ſtulta petitio:petit eñ
ſibi miſereri qui nec ſui miſertus eſt nec lazari:
cum tamen ſcriptum ſit Jaco.ij.Judiciū ſit ei ſi
ne miſericordia qui hic nō facit miſericordiam.
[ ⁊ mitte lazarum vt intingat extremū digiti ſui
in aquā ]Unde Greg⁹.Guttam aque petiuit q̄
micam panis negauit.Guil. Pluſꝗ̄ mille ānis
petiuit nec vnꝗ̄ obtinuit[ vt refrigeret linguam
meam.quia crucior in hac flamma ]Lyra.in lin
gua plus cruciabatur.quia per eam ampli⁹ pec
cauerat:⁊ hoc in duobus. Primo per guſtū.co
medendo delicata fercula.⁊ bibēdo precioſa po
cula.Secundo verba vana ⁊ nociua proferen
do.quia inter epulas ſplendidas magis relaxat̄
lingua ad loquendū inepta.Unde Sap.xi.Per
que quis peccat:per hec ⁊ torquetur[ Et dixit il
li abraham. Fili recordare quia recepiſti bona ]
ſcȝ tranſitoria[ in vita tua ]Lyra.hoc ſibi dicitur
ad augmētum pene ſue.quia maximū infortunij
genus eſt fuiſſe felicem.vt dicitur.ij.de conſola.
phie[ nunc autem hic conſolatur ] propter meri
tum patiētie[ tu vero crucians ]propter defectū
miſcōie[ ⁊ his omnibus inter nos ⁊ vos chaos
magnum firmatum eſt ].i.diſtantia meritorum
⁊ diſtantia locorum aut ſtatuuȝ[ vt hi qui volūt
hinc ad vos ire nō poſſunt ]ſcȝ de loco beatoruȝ
ad loca tormentoꝝ[ neqꝫ inde huc tranſmeare ].
Ly.quia anime ſeparate ſunt extra ſtatū meriti
⁊ demeriti[ Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas
eum in domū patris mei.Habeo eñ quinqꝫ fra
tres vt teſtetur illis ne ⁊ ipi veniant in hunc locū
tormentoꝝ ]lyra.nō dixit hoc caritate ductus cuȝ
illam non haberet.ſed timore ſeruili ne impiorū
conſortio eius pēa augeretur quia fuerat eis oc
caſio peccandi.tum ratione diuitiaruȝ quas eis
dimiſerat ad abuſum.tuȝ exemplo male vite qđ
eis dederat ad ſequēdum[ Et ait illi abrahā.Ha
bent moyſen ]qui docuit agenda quia lex inſtru
it de agendis[ ⁊ prophetas ]qui docuerunt que
ſunt credenda.⁊ iſta ſufficiunt ad ſalutem. ideo
ſequitur[ audiant illos ]lyra. Ex hoc pȝ ꝙ iſte
diues ⁊ amici eius erant de gente iudeorum q̇a
gentiles nō habebāt doctrinam Moyſi ⁊ ꝓphe
tarum[ Non pater abraham:ſed ſi quis ex mor
tuis ierit ad eos penitentiam agent ]q.d.pl⁹ cre
dent mortuis ꝗ̄ ſcripturis[ ait auteȝ illi. Si moy
ſen ⁊ prophetas nō audiūt:neqꝫ ſi quis ex mor
tuis reſurrexerit credent ]lyra.Hoc patuit ꝑ effe
ctum.quia lazaro reſurgēti:⁊ chriſto teſtimoniū
perhibente non crediderunt:ſed magis eum in
terficere voluerunt.vt habetur Joh.xi. Similit
nec chriſto reſurgenti:ſ; magis ſuaſerunt falſo
ipſum non reſurrexiſſe.⁊ corpus eius a diſcipu
lis ſuis de ſepulchro furatum fuiſſe. vt habetur
Math.vlti.Unde circa preſens euangeliū vbi
dicitur.Homo quidam erat diues. Scienduȝ ꝙ
diuitie ſ̄m ſe nō ſunt male.nec oēs diuites.ſed
abutentes diuitijs.Si eñ male eſſent:tūc deus
quod abſit eſſet malus.qui eſt ditiſſimus ⁊ po
tentiſſimus.Inſuper multi ſancti fuerunt diui
tes qui placuerunt deo.ſicut abraham.Yſaac et
Jacob.ac patriarche:⁊ ceteri plures ſancti noui
⁊ veteris teſtamenti.Seq̇tur in euangelio.mor
tuus eſt ⁊ diues ⁊ ſepultus eſt in inferno.Unde
queritur hic quare deus infernum fecit. Reſpō
detur ꝙ habet regnum celoruȝ pro bonis qui ei
hic fideliter ſeruiunt. Sed quia in mundo ſunt
multi factores mirabiliter deuȝ prouocantes cū
peccatis.Ideo congruiſſimū fuit vt iuſtiſſimus
deus carcerem haberet pro talibus ſcilicet infer
nū.Sed queritur vbi ſit infernus.Reſpondetur
ꝙ ſub terra.primo quia iuſtum eſt ꝙ peſſimi ma
xime diſtent a bonis in patria.ſcȝ a beatis.ſed h̄
fit propter medium intra terrā. Secūdo congru
um eſt ꝓpter ignobilitatē loci.ſcȝ vt ignobiliſſi
mus locus a nobiliſſimo loco ſcȝ celo maxie di
ſtet. Tertio ratione affectus .vt qui hic terrena
pro deo coluerunt.perpetue in terra claudantur
[ Sequitur inter nos ⁊ vos chaos magnum

firmatũ eſt.i.diſtãtia. Primo locoꝝ.q: boni in ce lo:⁊ mali in inferno. Secundo meritoꝝ:q: boni habẽt magna merita.mali habẽt demerita. Ter tio volũtatũ.q̇a boni ꝯformãt ſe in om̃ibus volũ tati diuine.mali vo ſunt i mala volũtate obſtiati

Dñica.ij.poſt octauas penthecoſtes Euãge lium ſcḋm Lucã.xiiij.



In illo tẽpore. Dixit ie ſus diſcipulis ſuis ſimili tudinẽ hanc. Hõ q̇dam fecit cenã magnã:⁊ vocauit mul tos. Et miſit ſeruũ ſuũ hora cene dicere inuitatiſ vt venirẽt:q: iã pa rata ſunt oĩa. Et ceperũt ſimul om̃es ſe excuſare. Primꝰ dixit illi Villaꝫ emi:⁊ neceſſe habeo exire ⁊ videre illam:rogo te habe me ex cuſatũ. Et alter dixit. Iuga bouꝫ emi quinqꝫ eo ꝓbare illa: rogo te habe me excuſatum. Et aliꝰ dixit. Vxorẽ duxi.⁊ ideo nõ poſſum ve nire. Et reuerſus ſeruꝰ: nũciauit hec dño ſuo. Tunc iratꝰ paterfa milias:dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatiſ:⁊ pauperes ac debiles.cecos ⁊ claudos intro duc huc. Et ait ſeruꝰ. Domine fa ctũ eſt vt imperaſti ⁊ adhuc locus eſt. Et ait dominꝰ ſeruo. Exi i vi as ⁊ ſepes ⁊ cõpelle intrare vt im pleatꝰ domꝰ mea. Dico aũt vobis ꝙ nemo viroꝝ illorum qui vocati ſunt guſtabit cenã meã. Poſtilla

Cum intraret ieſus in domum cuiuſdā. Luc. xiiij. Math. xij. Hoc ſignū ⁊ hanc phariſeorū increpationē fecit dñs ieſus āno eiꝰ xxxij. ſabbato. v. nonas octobris. luna. xiij. indictione. v. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctus Lucas in precedēti caplo ꝙ qdā dixit ad ieſum Dñe ſi pauci ſunt: q ſaluātur. Ipſe aūt dixit ad illos. Cōtēdite intrare ꝑ anguſtā portā. qa multi dico vob querēt intrare ⁊ nō poterūt. Cū aūt intrauerit prfamilias ⁊ clauſerit oſtiū: icipiet̄ foris ſtare ⁊ pulſare ad oſtiū: dicētes. dñe aperi nob. ⁊ reſpōdēs dicet vobis. Neſcio vos. vñ ſitis. Tūc incipiet̄ dicere. māducauimꝰ corā te ⁊ bibimus. ⁊ in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vob. neſcio vos vnde ſitis. diſcedite a me opariȷ̄ iniqtatis: ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiū. Et tūc poſtmodū ſeqt̄ euāgeliū hodiernū [Cū intraret ieſus in domū cuiuſdā ꝑncipis phariſeoꝝ] Hor. in domo ꝑncipis phariſeoꝝ ⁊ alioꝝ ſuoꝝ aduerſarioꝝ cōedit xp̄s. ⁊ hoc ꝓpter eoꝝ edificatiōem: ⁊ ꝓpter ꝑfecte caritatis oſtēſiōem: q eſt diligere inimicos. vt pꝫ Luce. vi. Diligite inimicos vr̄os ⁊c. [ſabbato manducare panē] Hor. noie panis vite neceſſaria deſignātur. Intrauit aūt ad comedēdū nō fercula voluptatis: ſ panē neceſſitatis. lyra. Iſte princeps phariſeoꝝ inuitauit xp̄m malicioſe ⁊ nō ex deuotiōe. Unde ſubdit̄ [⁊ ipi obſeruabāt eū] lyra. Attēdētes ſi int̄ epulas aliquid diceret aut faceret vnde eū poſſent accuſare [⁊ ecce hō qdā hydropicꝰ] lyra. Hydropicꝰ dr̄ ab hydor qd̄ ē aq̄. quia hydropicꝰ habet aquā int̄ carnē ⁊ cutē. Et hoc ē ꝓpriū hydropici ꝙ q̄to plꝰ bibit: tanto plꝰ ſitit. [erat ante illū] Cirillus dicit ꝙ ille nō petiuit a xp̄o ſanari timore phariſeoꝝ ⁊ iudeoꝝ: ſed ſolum ſe oſtēdebat vt xp̄s vidēs eū eius miſereret̄ [Et rñdēs ieſus dixit ad legiſpitos ⁊ phariſeos] ly. Nō rñdit ipis ad vba q̄a queſtio nō ꝓponebat̄ ſed ad cogitatōes eoꝝ rñdit. Vñ Beda. Per h oſtendit ſe eſſe verū deū q ſolꝰ nouit corda hoim [Si licet ſabbato curare] Hor. i. ſi licet opa pietatis ⁊ miſericordie facere ſine ſabbati violatiōe cuiuſmodi opꝰ ē infirmū curare [at illi tacuerūt] Beda. Merito tacēt q ꝯ ſe dictū qcqd dixerint videt. Si licet ſabbato curare: cur ipm obſeruāt ſi nō lꝫ: cur pecora curāt [ipe vo apphenſū ſanauit eū] lyra. qa ꝑ ipoſitiōem manꝰ ipm curauit. ⁊ poſtmodū manum retraxit [ac dimiſit] ſcꝫ abire corpalr ſanatū [Et rñdēs ad illos dixit. Cuiꝰ veſtrū aſinꝰ aut bos i puteū cadet ⁊ non ꝯtinuo extrahet illū i die ſabbati] Hor. q. d. ſi ſabbatū non frāgit̄ ſubueniēdo pecoribꝰ: q̄to minꝰ frāgo ipꝫ ſubueniēdo hoibꝰ [⁊ nō poterāt ad h rñdere illi] lyra. tāq̄ ꝯfuſi euidēti rōne. Sꝫ notandū ꝙ mag fuit phariſeoꝝ malicia. qa plꝰ curabāt de aialibꝰ q̄ de hoibꝰ. Sic ⁊ multi plebani ⁊ plati maiorē curā habēt de rebꝰ tpalibꝰ q̄ de aiabꝰ. vñ Criſ. Cadit aſina ⁊ ē qi ſubleuet: perit aia ⁊ nō ē q recogitet [Dicebat autem ad inuitatos parabolam] lyra. ꝯfutādo eos de ſupbia ⁊ ambitiōe indebita [intēdēs quō pmos accubitꝰ eligerēt] Hor. i. quō de pmis accubit̄ obtinēdis laborarēt [Cū inuitatꝰ fueris ad nuptias] Cyrillꝰ. ad nuptias celeſtes. de qbꝰ dr̄ Apoc. xix. Bti q ad cenam agni nuptiarū vocati ſunt [nō diſcūbas in pmo loco] Ille i pmo loco diſcūbit q ſe in corde pfert aliȷ̄s.

ſicut phariſeus q̇ dixit. Nō ſum ſicut ceti hoim.
Secūdo dignitatē ſeu platurā indebite ambien
do: ſic lucifer. Unde Yſa. xiiij. Ero ſilis altiſſimo
[ ne forte honoꝛatioꝛ te ſit iuitatꝰ ab eo: ꝛ veniēs
is q̇ te ꝛ illū iuitauit: dicat tibi da huic locū. ꝛ tūc
incipias cū ruboꝛe ]. i. cū ꝯfuſione [ nouiſſimū lo
cū tenere. Ɛ cum vocatꝰ fueris ad nuptias: vade ꝛ
recūbe in nouiſſimo loco ] ſcȝ minoꝛē te alijs re-
putādo: ſicut apl's fecit q̇ dixit. Ego ſum mininꝰ
aploꝝ [ vt cū venerit q̇ te inuitauit dicat tibi: ami
ce aſcēde ſupius ] ſcȝ in pn̄ti p grām: ꝛ in futuro
p gl'iam [ ꝛ tūc erit tibi gl'ia coꝛā ſimul diſcūben
tibꝰ ]. i. in eadē btitudine q̇eſcētibꝰ [ q̇a ois qui ſe
exaltat ] ſcȝ ſupbiēdo [ hūiliabit ] ncio hic vel in
futuro. vn̄ Prouerb. xxix. Supbū ſeq̇tur hūilitas
[ ꝛ q̇ ſe hūiliat ] volūtarie ex coꝛde [ exaltabit ] h
vel in futuro. ſicut oſtēdit btūs Gregꝰ. quadru-
plici exemplo dicens. Pupilla oculi quāto eſt ni
grioꝛ: tanto lucidioꝛ. Candela q̄to magis inclinat
tanto maioꝛi luce perfunditur. Arboꝛ quāto pꝛo
fundius radicat: tāto altius creſcit. Aqua quāto
magis deſcēdit deoꝛſum: tāto magis aſcēdit ſur-
ſum. Sic hō quāto magis vileſcit ſibi ꝛ inclinat
p hūilitatē: tāto magis lumie grē ꝛ gl'ie repletur. ꝛ
quāto magis deſcēdit hūiliādo ſe: tāto magis aſcē-
dit ad deū. Unde circa pn̄s euāgeliuȝ vbi dr̄. Et
ipi obſeruabāt eū. Querit hic an xp̄s debuit te-
nere vitā ſolitariā aut ſocialē. Rn̄deo ꝙ ꝯſidera
to fine ad quē venerat tūc magis decuit eū tene
re vitā ſocialē q̄ ſolitariā. Venerat em̄ pmo ad
oſtendēdū ſe verū deū ꝛ hoieȝ: qđ opoꝛtebat opi
bus appꝛobare ꝛ ſic vitā ſocialē tenere. Secun-
do venerat ad nos infoꝛmādum moꝛibus ꝛ ex-
emplis que nō potuiſſet ſolitarie ſemp ſtando:
q̄re decuit eū vitā ſocialem tenere. Tertio vene-
rat ad liberādum nos tā ab infirmitatibꝰ coꝛpa-
libus q̄ ſpūalibus. q̄re decuit eū talē vitā tenere
vt ſe domeſticū hoibus oſtēdēdo eos attraheret
ad bonū v̇bo. exēplo. ꝛ ꝯſideratiōe. ꝛ ſic eū feciſ
ſe oſtēdunt euangeliſte: dicentes ꝙ ibat de ciui-
tate in ciuitatē: ꝛ in caſtella: ꝛ in villas. ꝛ de iu-
dea in galileam. ꝛ ecōuerſo. ꝛ multuȝ laboꝛabat
pꝛedicando. infirmos ſanando. ꝛ miracula faci
endo: vt daret poſteris intelligere ſe talem vitaȝ
elegiſſe que eſſet nobis magis vtilis: ꝛ melioꝛ ꝛ
vtilioꝛ ꝛ tutioꝛ. quia frater qui iuuatur a fratre: ē
vt ciuitas munita ꝛ firma. Et ve homini ſoli. q̇a
ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe.

Dominica. xviij. poſt octauas penthecoſtes.
Euāgelium ſm̄ Matheum. xxij.



In illo tēpoꝛe. Phariſei
autem audientes ꝙ Je
ſus ſilentium impoſuiſ-
ſet ſaduceis conuenerunt in vnū
Et interrogauit eum vnꝰ ex eis le
gis doctoꝛ: tēptans eum. Magi-
ſter qđ eſt mandatū magnuȝ in le
ge. Ait illi ieſus. Diliges dn̄m de
um tuū ex toto coꝛde tuo: ꝛ ī tota
anima tua: ꝛ in tota mēte tua. hoc
em̄ eſt maximū ꝛ pꝛimū mandatū
Secundum autem ſimile eſt huic
Diliges pꝛoximū tuū ſicut teipſū
In his duobꝰ mandatis vniuerſa
lex pēdet ꝛ pꝛophete Congregatis
autē phariſeis: interrogauit eos di
cens. Quid vobis videtur de chri-
ſto cuiꝰ filiꝰ eſt. Dicunt ei dauid.
Ait illis. Quomodo ergo dauid in
ſpiritu vocat eum dominū dicens
Dixit dominꝰ domino meo: ſede
a dextris meis. donec ponā inimi

cos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ Si ergo dauid vocat eũ dominũ quomodo fili⁹ ei⁹ eſt. Et nẽo poterat ei reſpondere verbũ: nec auſus fuit quiſꝗ̃ ex illa die cum ampli⁹ interrogare.

## Poſtilla.

Phariſei autem audientes ꝙ ieſus ⁊c̃. Math. xxij. Mar. xij. Luc. xx. Hanc diſputatiõem cum phariſeis fecit dñs ieſus anno eius. xxxiij. xi. kaleñ. aprił. feria. iij. luna. xij. indictione. vi. Ly. Pro intellectu illius euãgelij notãdum ꝙ inter iudeos ꝗdam erãt qui vocabantur zaducei: qui recipiebant tm̃ ꝗnꝗ libros Moyſi ⁊ dicebãt aiam homis eſſe moꝛtalem: ⁊ per ꝯns negabãt reſurrectiõez coꝛpoꝝ. Et iſti saducei acceſſerũt ad ieſum ⁊ interrogauerũt eũ: dicentes. deut. 25 ~~Nume~~. xxv. moyſes dixit. Si quis moꝛtuus fuerit nõ habẽs filium: ducat frater vxoꝛem eius vt ſuſcitet ſemẽ fratris ſui. Erãt autẽ apud nos ſeptem fratres: ⁊ ꝑmus vxoꝛe ducta defunctus eſt. ⁊ nõ habẽs ſemẽ: reliquit vxoꝛem fratri ſuo. Similiter ſecund⁹ ⁊ tertius vſꝗ ad ſeptimũ. Nouiſſime autẽ omniũ mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptẽ vxoꝛ. omẽs enim habuerũt eam. Scriptũ eſt Deut. xxv. Quando habitauerint fratres ſimul ⁊ vn⁹ ex eis abſꝗ liberis moꝛtu⁹ fuerit: vxoꝛ defuncti nõ nubet alteri. ſ; accipiet eam frater eius ⁊ ſuſcitabit ſemen fratris ſui. Et ꝑmogenitũ ex ea filiuz nomie illi⁹ appellabit vt nõ deleat̃ nomẽ ei⁹ ex iſrahel. Luz autẽ noluerit accipe vxoꝛẽ fratris ſui q̃ ei lege debetur: perget mulier ad poꝛtã ciuitat̃ ⁊ interpellabit maioꝛes natu: dicetꝗ. Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemẽ fratris ſui in iſrahel: nec me i ꝯiugiũ ſumere. Statimꝗ eũ accerſiri faciẽt ⁊ interrogabũt. ſi rñderit: nolo eã accipe in vxoꝛẽ: accedat mulier ad eũ coꝛã ſenioꝛib⁹: ⁊ tollet calciamentũ de pede ei⁹: ſpuetꝗ in faciẽ illius ⁊ dicet. Sic fiet homi q̃ nõ edificat domuz fratris ſui: ⁊ vocabit̃ nomẽ illi⁹ in iſrahel dom⁹ diſcalciati. reſpõdẽs aũt ieſus: ait ill̃. Erratis neſciẽtes ſcripturas neꝗ ṽtutem dei. In reſurrectiõe em̃ neꝗ nubẽt. Ly. i. viri nõ accipient vxoꝛes. neꝗ nubẽtur. i. mulieres nõ accipiẽtur a viris. ſ; ſunt ſicut angeli dei. ſcz incoꝛruptibiles. imoꝛtales. Hoꝛ. In hoc ſeculo moꝛimur: ergo naſcimur. ſ; in futura vita nullus moꝛitur: ergo null⁹ naſcit̃. iõ poſt reſurrectiõem gnãlem homies nõ nubẽt neꝗ nubentur. Et audiẽtes turbe: mirabãtur in doctrina eius ſcz ꝙ ita prudenter rñderet. Tũc ſtatim ſeꝗtur euãgeliũ hodiernũ. [Phariſei aũt audientes ꝙ ieſus ſilentiũ impoſuiſſet ſaduceis] ly. Licet em̃ phariſei cõtrarij eſſent ſaduceis in opinione de aie imoꝛtalitate ⁊ de moꝛtuoꝝ reſurrectione: tamẽ cõueniebãt cũ eis in xp̃i ꝑſecutione. Et ideo audientes ꝙ ſilẽtium impoſuiſſet eis [conuenerũt in vnũ] lyra. Ad inuadendũ xp̃m: ⁊ venerũt ad ipm in magna multitudine ad magł eum terrendũ [⁊ interrogauit eũ vn⁹ ex eis legꝭ doctoꝛ]. lyra. Ideo vn⁹ vt ſi confuſus eſſet: ſolus videret̃ confundi. Si aũt vinceret: oẽs viderẽtur ꝑ ipſuz viciſſe: ſm qd̃ dicit Criſ. [Tẽptãs eũ] ſcz cape i ſmone [Mgr̃ qd̃ eſt mandatũ magnũ in lege] vnde Criſ. Mgr̃m vocat cui⁹ nõ vult eſſe diſcipul⁹ [Ait illi ieſus. Diliges dñm deum tuũ ex toto coꝛde tuo] Iſido. Ex toto coꝛde vt oẽs cogitatiões in deũ reflectas [in tota aia] vt omẽs affectiões in deum ꝯuertas [⁊ in tota mente tua] vt omẽs ꝗnꝗ ſenſus xp̃o vacẽt. vnde Bern̄. Toto coꝛde. i. ſapiẽter. tota aia. i. dulciter. tota mẽte id ẽ foꝛtiter [hoc eſt maximũ ⁊ ꝑmũ mãdatũ] ſcz idignitate. q̇a charitas ẽ maioꝛ ⁊ dignioꝛ omibus ṽtutib⁹ [Secũduz aũt ſimile ẽ huic. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm] lyra. i. in eandẽ beatitudinẽ ad quã dirigis te [In his duob⁹ mandat̃ vniuſa lex pendet ⁊ ꝓphete] lyra. q̇a omia precepta oꝛdinãtur ad dilectiõem dei ⁊ ꝓximi: quia tria ꝑcepta ꝑme tabule ꝑtinẽt ad dilectiõem dei. Et ꝑcepta ſecũde tabule ꝑtinẽt ad dilectiõem ꝓximi. vnde Criſ. Nõ põt hoiem odire q̇ deũ amat. nec põt deũ amare q̇ hoiem odit. Mgr̃ in. ij. diſtinc̃. xxviij. Qui deum diligit nõ põt eum cõtemnere quẽ deus precepit diligi. ⁊ q̇ diligit ꝓximũ quid in eo diligit niſi deũ. igit̃ vera ⁊c̃. [Congregatis aũt phariſeis] Hoꝛ. ſcz q̇ ad temptandũ venerãt interrogauit eos ieſus dicens [Quid vobis videtur de chꝛiſto]. i. de meſſia in lege ꝓmiſſo [cuius fili⁹ eſt. Dicunt ei. dauid] ſicut dicitur in pſ. cxxxi. De fructu ventris tui ponã ſuꝑ ſedem tuã. [Ait ill̃. Quõ ergo dauid in ſpiritu]. i. ſpũſctõ iſpiratus [vocat eũ dñm dicẽs] in pſ. cix. [Dixit dñs dño meo]. i. filio ſuo [ſede a dextriſ meis]. i. eq̃litate mea ſm ꝙ de⁹. Ul̃ i potioꝛib⁹ bonis ꝑ oib⁹ creaturiſ [donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuoꝝ] lyra. iſtud complebit̃ in iudicio qñ omia perfecte ſubijcientur ieſu xp̃o [Si g̃ dauid vocat eum dñm ſuũ quõ fili⁹ eius eſt] Hoꝛ. Eſt em̃ xp̃s filius dauid ⁊ etiam domin⁹ deus. Fili⁹

us dauid fuit ſm carnē:ꝛ dn̄s dauid ſm deitatē
Et ſic reſtat ꝙ xp̄s eſt deus ꝛ hō[ꝛ nemo potu-
it ei rn̄dere v̄bum] Nō imerito:cū ſeruo xp̄i ſcili-
cet ſancto Stephano diſputātib⁹ iudeis ꝛ pha-
riſeis nō poterant reſiſtere nec cōtradicere ſpiri
tui q̄ in eo loq̄bat̄.Multo min⁹ xp̄o qui ē fons
ſapientie ꝛ gratie[nec auſus fuit q̄ſꝙ̄ ex illa die
eum ampli⁹ interrogare] ꝑpter timorē ſil'is con
futatiōis.Unde Jere.Confutati ſmonibus vl-
tra nō interrogāt.Ex his oſtēdit̄ ꝙ nō ex deſide
rio diſcēdi:ſꝫ ex malicia tēptādi eū interrogabāt.
Circa p̄ns euāgeliū vbi dicit̄.Diliges ꝓximū tu-
um ſicut teip̄m.dicit Hugo de prato.ꝙ ordo cha
ritat̄ ē vt de⁹ ſup̱ oia diligat̄.Secūdo aia ꝓpria
Ter° aia ꝓximi ꝛ' magis ꝙ̄ vita ꝓpria.Un̄ ꝛ b q̄
ritur vtrū mori ꝓ ſalute ꝓximi ſit de neceſſitate
ſalutis.Reſpondet Hugo de prato:ꝙ mori pro
ꝓximo eſt perfecte charitatis que nō requiritur
de neceſſitate ſalutis:ſed ſolū eſt i viris perfectis
hoc multi doctores tenēt.Unde Hugo.Non te-
nemur ita perfectam habere charitatem ſic̄ xp̄s
habuit.nec conſilia que chriſtus obſeruauit: te-
nemur obſeruare.Sed hoc eſt maius ꝛ perfecti
us quod vnus alteri poſſit facere.ſcilicet mori ꝓ
ipſo.Unde Jobis.xv.Maiorem charitatem ne
mo habet q̄̄ꝙ vt aiam ſuā ponat q̄s pro amicis ſu
is.Unde Aug⁹.Perfecta iſta charitas eſt vt pa
ratus ſit quis mori ꝓ fratribus ſuis.

Dominica.xix.poſt octauas penthec̨.Euan
gelium ſm Matheū.ix.capl̄o.



In illo tēpore.Aſcēdēs
ieſus in nauicu lā trāſfre
tauit:ꝛ venit in ciuitatē
ſuam:ꝛ ecce offerebant ei paraliti
cum iacentem in lecto.Uidēs au
tem ieſus fidem illorum:dixit pa-
ralitico.Confide fili: remittūtur
tibi peccata tua.Et ecce quidaꝫ d̄
ſcribis dixerunt intra ſe.Hic blaſ-
phemat.Et cum vidiſſet ieſus co
gitationes eorum dixit eis.Ut
quid cogitatis mala in cordibus
veſtris:quid eſt facilius dicere:di
mittūtur tibi peccata tua:an dice
re ſurge ꝛ ambula.Ut autem ſcia
tis quoniā fili⁹ hōis habet ptā
tem in terra dimittendi peccata.
Tūc ait paralitico.Surge tolle le
ctū tuū ꝛ vade in domū tuam.Et
ſurrexit ꝛ abijt i domū ſuā.Uidē-
tes autē turbe timuerūt:ꝛ glorifi-
cauerūt deum:q̄ dedit poteſtateꝫ
talem hominib⁹. Poſtilla

Aſcendēs ieſus in nauiculam
ꝛc̄.Mat.ix.Lu.v.Hoc ſignū fecit dn̄s ieſus an
no ei⁹.xxxi.xij.kal'.ſeptēbris.feria.v.luna.xiiij.i
dictiōe.iiij.Ante initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſctūs
Mathe⁹ ꝙ chriſto veniēte i regionē geraſeno-
rū.occurrit ei homo habēs multos ſpūs imun-
dos:q̄ſepius cōpedib⁹ ꝛcathenis vinct⁹ diſru-
pit cathenas:ꝛ cōpedes cōminuit.ꝛ nemo potu
it eū domare.ꝛ ſemper nocte ac die in monumē
tis ꝛ montib⁹ erat clamās ꝛ cōcidēs ſe lapidib⁹
Uidēs aūt ieſum a lōge:cucurrit ꝛ adorauit eū
Et interrogabat eū ieſus.Qd̄ tibi nomen ē.Et
dixit ei.Legio mihi nomē eſt:quia [illegible] ti ſumus
Erat ibi circa montē grex porcoꝝ magnus pa-
ſcens in agris.ꝛ dep̄cabātur eum ſpūs:dicētes.
Si eijcis nos hic mitte nos in porcos vt introea
mus in eos.Et ꝯceſſit eis ieſus ſtatim.Et exeū-
tes ſpiritus imūdi:introierūt i porcos.ꝛ magno

impetu grex precipitatus eſt in mare ad duo milia porcoꝝ. ⁊ ſuffocati ſunt in mari. Paſtores autem fugierũt ⁊ nũciauerũt in ciuitatē ⁊ in agros Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti. Et viderũt eũ q̇ a demonio vexabatur ſedentē veſtitũ ⁊ ſane mentis. Et rogabant ieſum vt tranſiret a finibꝰ eorum. [Aſcendens ieſus in nauiculam] Ly. vt per nauigiũ de terra geraſinoꝝ rediret in galileam: vnde illuc venerat [⁊ venit in ciuitatem ſuá] ſcꝫ capharnaum: que fuit metropolis galilee. Et dr̄ ciuitas ſua: q̇a frequēter ibi habitabat. ⁊ i pn cipio predicatiōis ſue multa miracula ibi fecit. ſicut ⁊ bethleem fuit ſua: quia in ea naſci elegit. ⁊ etiam nazareth ſua: q̇a in ea annũciatus eſt ⁊ nutritus fuit [⁊ ecce offerebant ei paraliticum]. Modus aũt offerēdi deſcribitur Marc. ij. quia nō potētes intrare ad chriſti pn̄tiam ꝓpter turbam circũſtantem de tecto domꝰ ſubmiſerunt eũ in lecto. ⁊ hoc fuit magnũ ſignũ fidei ipoꝝ. Propter qd̕ ſeq̇tur [Videns autē ieſus fidem illoꝝ]. Ly. ſcꝫ paralitici ⁊ offerētium [ait paralitico. cō fide fili: remittũtur tibi peccata tua] Ly. ad modum boni medici q̇ primo remouet cauſam morbi: ⁊ tunc poſtmodũ intendit curationi. Infirmitas autē hec fuit inflicta paralitico ꝓpter pctm̄. Et ideo chriſtus primo remouet cauſam dicens [Remittuntur tibi peccata tua] Ad maiorem p̄dictorum intelligentiam ſciendum ꝙ infirmitas corpalis infligitur alicui a deo multis de cauſis. Primo ꝓpter ꝓbatiōem patiētie. ſicut in Job ⁊ Tobia excecato. Unde Tobie. ij. Hanc temptatiōem ideo permiſit deus euenire illi vt poſteris daretur exemplum patientie eius. Secũdo ꝓpt̄ humiliatiōem alicuius: ne in ſupbiam eleuetur. ſicut in Paulo apoſtolo. vt patet. ij. Coꝝ. xij. Ne magnitudo reuelationũ extollat me datus ē mihi ſtimulus carnis mee angelus ſathane: q̇ me colaphiſet. Tertio ad gloriá dei manifeſtandaꝝ. ſicut ⁊ ceco nato dr̄ Job. ix. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parētes eiꝰ. ſcꝫ vt cecus naſceret̄: ſꝫ vt manifeſtarētur opera dei in illo. Quarto infligit̄ ꝓpter peccati cōmiſſi purgatiōem. ſicut patet in Maria ſorore Moyſi: murmurāte cōtra moyſen que fuit facta ꝓpter hoc ad tp̄s leproſa. ⁊ in paralitico iſto de quo fit mentio in euangelio hodierno. Quīto ꝓpter punitiōem pctōꝝ: ſic ꝙ deus incipit pctōrem in hoc mũdo punire vt in eternũ puniatur. vt patet in Antiocho in veteri teſtamento ⁊ etiá in herode in nouo teſtamēto: quos ambos diuina vltio tali morbo ꝑcuſſit vt putreſcerent: ⁊ viſcera de ipis fluerent: q̇ morte mirabili mortui

Maria. Num. 12.

ſunt. ⁊ in preſenti incipit eoꝝ infernꝰ: ⁊ durabit i ꝑpetuũ. Jere. xvij. Duplici contritione ↄtere eos dn̄e [Et ecce quidam de ſcribis]. i. legiſperiti [dicebant intra ſe]. i. cogitabát q̇a verbis hec exprimere nō audebát ꝓpter populum [hic blaſphemat]. i. qd̕ dei eſt ſibi vſurpat. Blaſphemare eſt creature attribuere illud qd̕ ꝓprium ē dei. Dimittere autē pctá ſoli deo cōuenit. Per hoc igitur ꝙ xp̄o blaſphemiá imponebát: q̇a pctá dimittebat patet ꝙ negabát xp̄m eſſe deuꝫ: dicētes ipm̄ eſſe purũ hoiem [Et cũ vidiſſet ieſus cogitatiōes eorum] ſupple iniq̄s q̄s habebát ↄtra eũ ipōnebát ſibi blaſphemiá [dixit. Ut q̇d cogitatis mala in cordibus veſtris] ⁊ in hoc oſtēdit chriſtus ſe eſſe deũ. Unde Criſ. Soliꝰ dei eſt cognoſcere cogitatiōes hominũ [Quid eſt faciliꝰ dicere: dimittũtur tibi peccata tua]. i. ſolo verbo efficere vt dimittátur tibi pctá tua [an dicere: ſurge ⁊ ãbula]. id eſt in v̕bo efficere vt aliq̄s paraliticus ſurgat ſanus ⁊ ambulet [Ut aũt ſciatis vos] phariſei. [q̇a filiꝰ hois]. i. v̕ginis [habet ptátem dimittendi pctá in terra] Ly. vt deꝰ nō vt purꝰ homo [tũc ait paralitico: Surge tolle lectũ tuũ ⁊ vade i domũ tuá. Qui ſtati ſurrexit] ad imperiũ ieſu chriſti [⁊ abijt in domũ ſuá] Ly. in ſignũ ꝑfecte curatiōis [Videntes aũt turbe] ſcꝫ miraculũ factũ in paralitico [timuerũt] Ly. imponere blaſphemiá [⁊ glorificauerũt deũ q̇ dedit ptátem talē] id eſt chriſtũ q̇ eſt virtus dei patris [hominibus]. i. ad ſalutē hominũ. Unde circa pn̄s euãgeliũ vbi dr̄: Dimittũtur tibi pctá tua. Notandum ꝙ hugo de prato dicit ꝙ deus miſericorditer recipit pctōres De hoc habemꝰ exemplũ in multis. Ná Petrus cũ iuramēto negauit chriſtũ ⁊ poſtea fleuit. ⁊ xp̄s miſericorditer ſibi indulſit: ⁊ in gradũ priſtinum eũ reſtituit. vt pꝫ Joh. xxi. Paſce oues meas. itē maria magdalena cũ multis fornicata ē: ⁊ poſtea acceſſit cũ verecũdia ⁊ magna cōtritiōe ⁊ fide ad chriſtũ ⁊ ſaluata eſt. vt pꝫ Luc. vij. Fides tua ſaluá te fecit. Itē Paulꝰ aplꝰs ꝑſecutus eſt eccl'iaꝫ dei: ⁊ Stephanũ iuuit lapidare. ⁊ poſtea dixit. Dn̄e q̇d me vis facere. Actuũ. ix. ⁊ poſtmodũ factus eſt doctor gētiũ ⁊ lumē eccl'ie. Item latro in cruce antea multa latrocinia ⁊ ſcelera cōmiſit. ⁊ poſtea dixit. Memēto mei domie dũ veneris in regnum tuũ. Luc. xxiij. Et chriſtus pluſ ei dedit q̄ petiuit. hodie inq̇t mecũ eris in paradiſo. Chariſſimi: imitemur iſtos: ⁊ nō ſimꝰ ſicut Judas qui de dei miſericordia deſperauit: ⁊ laqueo ſe ſuſpendit. Math. xxvij. In quo dũ grauius offendit q̄ ꝙ chriſtũ ꝑ triginta denarijs vē

bidit. Unde de hoc dicitur in decre. Judas ma-
gis peccauit deſperando ꝙ chꝛiſtum tradendo.
xxiij.q.iij.ſed nõ licet. Non etiã ſicut Cayn q̇ ait
Maioꝛ eſt iniq̇tas mea ꝙ vt veniã merear .geñ.
iiij. Unde Berñ. Mentiris Cayn. maioꝛ eſt dei
pietas ꝙ queuis iniq̇tas. Sequitur in euãgelio
Quidam de ſcribis dixerũt intra ſe: hic blaſphe-
mat. Ubi notandum ꝙ tribus modis blaſphe-
matur deus. Pꝛimo dũ quid attribuitur deo vel
imputatur ei qḋ ſibi nõ ꝯuenit: vt ꝙ ſit malus: i-
iuſtus: maledictus ⁊c̃. Secũdo cum quis remo
uet a deo qḋ ei conuenit: dicendo ꝙ nõ ſit omni-
potens: miſericoꝛs. ⁊ iuſtus. ⁊ cetera talia. Ter-
tio cum q̇s ſibiipſi attribuit qḋ eſt ꝓpꝛiũ dei. ſcȝ
peccata dimittere ⁊ curare. Et iſto tertio modo
dicebant iſti ꝙ chꝛiſtus blaſphemabat. quia qḋ
erat ꝓpꝛium dei ſcȝ peccata dimittere ſibi attri-
buebat: dicens. Dimittunt̃ tibi pctã tua. hec ille.

Dominica. xx. poſt octauas pẽthecoſtes. euã-
gelium ſm̃ Matheum. xxij. caplo.



In illo tempoꝛe. Loque
batur ieſus cum diſcipul̃
ſuis ĩ parabol̃ dicẽs. Si-
mile eſt regnum celoꝛum homini
regi qui fecit nuptias filio ſuo. et
miſit ſeruos ſuos vocare ĩuitatos
ad nuptias: ⁊ nolebãt venire. Ite
rum miſit alios ſeruos dicẽs. Di-
cite inuitatis: ecce pꝛandium meũ
paraui: thauri mei ⁊ altilia occiſa
ſunt ⁊ om̃ia parata: venite ad nu
ptias. Illi aũt neglexerũt ⁊ abierũt
alius in villam ſuam: ali⁹ vero ad
negociationem ſuã. Reliqui vero
tenuerunt ſeruos ei⁹: ⁊ cõtumelia
affectos occiderũt. Rex autẽ cum
audiſſet irat⁹ eſt: ⁊ miſſis exerciti-
b⁹ ſuis perdidit homicidas illos:
⁊ ciuitatem illoꝛum ſuccẽdit. Tũc
ait ſeruis ſuis. Nuptie q̇dẽ para
te ſunt: ſed qui inuitati erãt nõ fu
erunt digni. Ite ergo ad exit⁹ via
rum: ⁊ quoſcunq̄ inueneritꝭ voca
te ad nuptias. Et egreſſi ſerui ei⁹
in vias cõgregauerũt oẽs quos ĩ-
uenerũt ⁊ bonos ⁊ malos. ⁊ ĩplete
ſunt nuptie diſcũbẽtiũ. Intrauit
aũt rex vt videret diſcũbẽtes: ⁊ vi
dit ibi hoĩeȝ nõ veſtitũ veſte nup-
tiali: ⁊ ait illi. Amice quõ huc ĩtra
ſti nõ habẽs veſtẽ nuptialẽ. At il-
le obmutuit. Tũc dixit rex miſtris
Ligatꝭ mãib⁹ ⁊ pedib⁹ ei⁹: mittite
eũ in tenebꝛas exterioꝛes: ibi erit
flet⁹ ⁊ ſtridoꝛ dẽtiũ. Multi eñ ſũt
vocati: pauci vero electi.

Poſtilla.

Simile factũ eſt regnũ celoꝛuȝ
⁊c̃. Math. xxij. Luce. xiiij. Hanc hiſtoꝛiam dixit
dominus anno eius. xxxiij. xi. kalen̄. apꝛilis. feria
iij. luna. xij. indictione. vi. Ante initium illi⁹ euã
gelij ſcribit ſanctus Matheus in p̄cedẽti cap̄.
ꝙ chꝛiſtus dixit p̄ncipibus ſacerdotum ⁊ ſenio-

rib⁹ iudeoꝝ. Quid voƀ videť. homo q̇daꝫ habe
bat duos filios. ⁊ accedēs ad p̄mū dixit. Fili va-
de hodie in vineā meā. Jlle aūt r̄ndēs ait. Nolo.
Poſtea pn̄ia mot⁹ abijt. Accedēs aūt ad alterū
dixit ſimiliť. ⁊ ille r̄ndēs ait. Eo dn̄e ⁊ nō iuit. q̇s
ex duob⁹ fecit volūtatē patris. Dicūt ei. p̄m⁹. Di
cit ill' ieſus. Amē dico vobis: q̇a publicani ⁊ me
retrices p̄cedēt vos in regno dei. Uenit em̄ ad
vos Johānes i via iuſticie ⁊ nō credidiſtis ei. ⁊
publicani ⁊ meretrices crediderūt ei. vos aūt vi-
dētes nec penitētiam habuiſtis poſtea vt crede
retis ei ⁊c. Tunc poſtmodū ſeq̇tur euāgeliū ho-
diernū [Simile factū ē regnuꝫ celoꝝ] Ly. i. ſtat⁹
eccleſie militantis [homi regi q̇ fecit nuptias fi-
lio ſuo] Tūc em̄ de⁹ pater fecit nuptias filio ſuo
quādo naturā hūanam copulauit diuine in vno
ſuppoſito. Que q̇dē nuptie celebrate ſunt i vte-
ro virginali. de quo chriſtus exijt tanq̄ ſponſus
procedēs de thalamo ſuo [⁊ miſit ſeruos ſuos]
Hoꝝ. i. pphetas p̄cedētes [vocare inuitatos]. i.
iudeos [ad nuptias]. i. ad fidē icarnatiōis xp̄i ꝓ
miſſam i patriarchis figuratiue in lege p̄dictam
i ppheť pn̄ūciatā [⁊ nolebāt venire] Ly. creden
do ſcripturis: q̇a nolebāt v̄bis pphetarū credere
⁊ obedire [Jterū miſit alios ſuos] id eſt apoſto
los: quos miſit i oēm ciuitatē ⁊ locū quo ip̄e ven
tur⁹ erat. vt habeť Luc. x. [dicēs. Dicite inuitaťꝭ
ecce prādium meū paraui] Ly. vicꝫ ſacramenta
eccl'ie: ⁊ doctrinā fidei ⁊ ſacre ſcripture ex q̇bus
reficiť aīa. ⁊ potiſſime i ſacramēto euchariſtie: i
quo dať noƀ caro xp̄i in cibū ⁊ ſanguis ei⁹ i po-
tū [thauri mei]. i. patres veteriꝭ teſtamēti [⁊ alti-
lia]. i. patres noui teſtamēti pinguedine charita
tis ſaginati [occiſa ſunt ⁊ om̄ia parata] ſcꝫ quic
q̇d req̇ritur ad ſalutē hominū. loc⁹. cib⁹. ⁊ veſtes
[venite ad nuptias] credēdo. diligēdo. operādo.
[Jlli aūt neglexerūt] q̇a nō timuerūt dn̄m. Qui
em̄ timet deū nihil negligit. Unde ƀ q̄riť vtꝝ
negligētia ſit pctm̄ mortale. Reſpōdeo ſm̄ tho.
q̄ negligētia ſi ꝓuenit ex quadā remiſſiōe volū-
tatis vt nō ꝑcipiāt ea q̄ debēt: ſi omittāt que ſūt
de neceſſitate ſaluť: ſiue ſit act⁹ ſiue ſit circūſtan
tia erit pctm̄ mortale. Uel ſi volūtas ſit intantū
remiſſa vt totaliter a dei charitate deficiat. tal' em̄
negligētia eſt pctm̄ mortale. ⁊ hoc p̄cipue quan-
do ſeq̇tur ex ɔtemptu. Omiſſio vō circa ea q̄ nō
ſunt de neceſſitate ſalutis ob defectū feruoriꝭ: nō
eſt mortale ƀ veniale pctm̄ [⁊ abierūt ali⁹ in vil-
lam ſuā]. i. ad laborē ⁊ occupatiōem corꝑalē cir-
ca terrenarū rerū acq̇ſitiōem [ali⁹ ad negociatio
nē ſuā] Per negociatiōem intelligiť nimia oc-
cupatio mētalis circa tp̄alia ip̄ediēs diuina [Re
liq̇ v̄o tenuerūt ſeruos ei⁹ ɔtumelia affectos oc-
ciderūt] ſcꝫ poſt aſcēſionē chriſti iudei flagella-
uerūt apoſtolos om̄es ſimil' ⁊ poſtmodū ſtepha
nū lapidauerūt. Acť. vij. ⁊ Jacobū fratrē Johā-
nis occiderūt. Acť. xij. [Rex aūt cū audiſſet ira-
tus eſt: ⁊ miſſis exercitib⁹ ſuis] Ly. ſcꝫ exercituꝫ
romanoꝝ ſub p̄ncipib⁹ Tyto ⁊ veſpaſiano: q̇ ex
diuina ordinatiōe venerūt cōtra hieruſalē q̄dra-
geſimoſecūdo āno poſt chriſti paſſionē [perdi-
dit homicidos illos] q̇a in vltionē ſanguis chri
ſti ⁊ ſuoꝝ diſcipuloꝝ ab exercitu romanorū ſunt
trucidati ⁊ captiuati de iudeis vſq̄ ad decies cē
tum milia. vt dicit Joſephus in libro de iudaico
bello [⁊ ciuitatē illoꝝ ſuccēdit] q̇a tūc hieruſaleꝫ
ſuccēſa eſt ⁊ tēplum in ea [Tūc ait rex ſeruis ſu-
is] ⁊ ſeq̇cib⁹ eoꝝ. ꝑ diuinā reuelatiōem [Nuptie
q̇dem parate ſunt] ſacramētū incarnatiōis para
tū eſt. vt natiuitatis p̄dicatio: paſſio chriſti: ⁊ in-
troitus regni aptus eſt ꝑ paſſionē chriſti qui an-
te clauſus fuit [ſed q̇ inuitati fuerant] ſcꝫ iudei
nō fuerūt digni] Ly. ꝓpter ſuaꝫ incredulitatem.
[Jte ergo ad exitus viarū]. i. ad gētes que non
erāt in via mādatorū dei: ⁊ ſine lege viuentes. ⁊
legē ignorātes. Ad illas em̄ gētes iuerūt apoſto
li iudeis nolētib⁹ fidem xp̄ianam recipe. ſicut ha
beť Acť. xiij. dicētib⁹ Paulo ⁊ Barnaba ad iu-
deos. Uoƀ oportebat p̄mo loq̇ verbū dei. ſed q̄-
niā repelliťꝭ illud: ⁊ indignos vos iudicaťꝭ eterne
vite: ecce ɔuertimur ad gētes. ſic em̄ p̄cepit noƀ
deus [⁊ quoſcūq̄ inueneritis vocate ad nuptias
q̇a null⁹ volēs fidē catholicaꝫ recipe repellēdus
eſt [Et egreſſi ſerui eius] ſcꝫ de iudea [in vias]
id eſt in terras gētiliū [congregauerūt om̄es q̄-
cūq̄ inuenerūt: bonos ⁊ malos] Ly. q̇a in eccle-
ſia militāte admixti ſunt boni cū malis [⁊ imple
te ſunt nuptie diſcūbentiū] Ly. q̇a fides catholi
ca diffuſa eſt ꝑ orbē vniūſum [Jntrauit autē rex
vt videret diſcūbētes] lyra. Jntrat autē chriſtus
dupliciter. Primo ſpecialiter in morte cuiuſlibet
homis. Secūdo generalr̄ intrabit in iudicio fu-
turo: diſcernēdo merita ⁊ demerita cuiſlibet ho-
minis [⁊ vidit ibi hoīem nō veſtitū veſte nuptia
li]. i. habentē fidē ſine charitate. Nam veſtis nu
ptialis eſt charitas que diuidit inter filios regni
⁊ ꝑditiōis. vt dicit Aug⁹ [⁊ ait illi. Amice] Lira
Uocať aūt peccator amic⁹ ꝓpter naturā quam
deus creauit: que bona eſt: ⁊ q̄ ad imaginem dei
facta eſt [quō huc intraſti]. i. ſacramēta eccleſie
ſuſcipiēdo: fidē eccleſie cōfitēdo [nō habens ve-
ſtē nuptialē] ſcꝫ in charitate ⁊ bona oꝑa. Unde

Hiero. Ueſtis nuptialis ſunt decē ꝑcepta q̄ in-
cludūtur i charitate dei ⁊ ꝓximi [At ille obmu-
tuit.] Ly. quia in extremo iudicio ꝓpa arguente
ꝯſcia hō pctōꝛ cōuincit̄ ⁊ mut⁹ efficit̄ [Tunc di
xit rex miſtris] Ly. i. angel̄ executorib⁹ diuine iu
ſticie [ligat̄ manib⁹ ⁊ pedib⁹] Ly. qꝛ poſt mortē
nō pōt pctōꝛ bonū oꝑari nec ad ſalutem reuerti
[mittite eū in tenebras extiores] Pctōꝛ i hac vi
ta eſt i tenebrꝭ interiorib⁹. qꝛ adhuc ē i ſpe venie.
In inferno aūt erit i tenebris exteriorib⁹. q̇a erit
extra ambitū diuine miſcdie: ⁊ ſine oi ſpe eterne
gl̄ie. Un̄ Beda. In iferno nulla ē redēptio: nec
dolorū mitigatio [ibi erit flet⁹] Hoc. ex vehemen
tia ardoris [⁊ ſtridor dētiū] ex vehemētia frigorꝭ
vt pʒ Iob. xxiiij. Trāſibūt ab aq̇s niuiū i calorez
nimiū [Multi em̄ ſunt vocati] Ly. ad fidē catho
licā [pauci vero electi] ad gl̄iam. Circa preſens
euāgeliū vbi dr̄. Sil̄e ē regnū celoꝝ. Hugo d̄ pra
to dicit. i. eccl̄ia p̄ſens. qꝛ ſicut de⁹ habitat in cel̄
ꝑ gl̄iam. ita habitat in p̄ſenti eccl̄ia in ſacr̄o eu-
chariſtie. vt pʒ Mat. xxviij. Ecce ego vobiſcum
ſum oib⁹ dieb⁹ vſq̧ ad ꝯſummatōem ſeculi. Itē
ſicut in celo ſunt q̇dā corpa magis ⁊ min⁹ clara.
⁊ vnū illuminat aliud. ⁊ q̇dam ſunt illūinantes:
⁊ q̇dā illuminati. ⁊ q̇dam magꝭ lucēt. ⁊ q̇dā min⁹
vt pʒ Daniel̄. xij. Qui aūt docti fuerit: fulgebūt
q̄ſi ſplēdor firmamenti. ecce min⁹ lucentes. Et q̇
ad iuſticiā erudiūt multos quaſi ſtelle in ꝑpetu-
as eternitates. ecce magis lucētes. Seq̇t̄. homi
regi. xp̄s em̄ eſt verus rex ⁊ potēs rex in om̄ibus
⁊ om̄es reges excedit. qꝛ regnat in celo. in mun-
do. ⁊ in inferno. ad Philip. ij. Donauit illi nomē
qd̄ eſt ſuꝑ om̄e nomē. vt in noie iheſu om̄e genu
flectat̄ celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ. In celo em̄
regnat ꝑ totalem ⁊ vniuerſalē beatoꝝ ſubiectio-
nem. qꝛ ei om̄es ſancti ⁊ angeli ad nutū obediūt
⁊ ei in oibus ſubijciūtur. quod etiā quotidie peti
mus nobis fieri dicētes. Fiat volūtas tua ſicut i
celo ⁊ in terra. vt patʒ Math. vi. Regnat em̄ in
celo ꝑ ſue glorie oſtenſionē ⁊ btām viſionem. q̇a
ibi eius maieſtas ⁊ gloria demōſtrat̄. Unde in
p̄s. Oſtende nob̄ dn̄e faciē tuā ⁊ salui erim⁹. vn̄
Fulgē. Dei faciē ſi oēs icluſi i carcere iferni vide
rent: nullā penā: nullū dolorē: nullā triſticiā q̧ ſē-
tirent. Itē rex noſter ieſus xp̄s regnat in mundo
per patiam ⁊ miam. Nā in magna patia ⁊ mia re
gnat ſuꝑ pctōres. Patient em̄ expectat eos vt cō
uertant̄: ⁊ miſericorditer recipit eos ſi ꝯuertant̄
vt pʒ Eſa. xxx. Propterea expectat dn̄s vt miſere
atur noſtri. Unde etiā Iere. iij. Tu aūt fornicata
es cū amatorib⁹ multis: tamē reuertere ad me et
ego ſuſcipiā te. Sed multi miſeri pctōres pniam
⁊ miam eius contēnūt ⁊ eo ipſo magꝭ peccāt. Un̄
Eccl̄s. viij. Quia non cito ꝓfert̄ ꝯ malos ſnia fi
lij hoim abſq̧ vllo timore ꝑpetrāt mala. Itē ſuꝑ
iuſtos regnat in magnificis gratijs ſpūalit̄ habi
tans in eis: ⁊ ipos dirigēs ⁊ ꝓtegēs ⁊ gubernās
Ipi em̄ ſunt tēplum dei ſpūale ⁊ ſpūſſanctus ha
bitat in eis: vt dr̄. i. Corint. iij. Templū dei ſāctū
eſt qd̄ eſtis vos. Ipi etiā ſunt regnū dei q̇ pro ho
nore dei ⁊ ꝓpa ſalute q̇tidie certāt ꝯ diabolū: mū
dum ⁊ ꝓpam carnē. Et de ill̄ hoſtib⁹ triūphāt.
Un̄ Math. xi. Regnū celoꝝ vim patit̄. ⁊ violēti
id eſt cū violentia p̄liantes rapiūt illud. Itē i in-
ferno regnat ꝑ iuſticie executōem. qꝛ effectū iuſti
cie. ſ. punitōem ⁊ vindictā in dānatos ibi exercet
vt pʒ Deut. xxiij. Reddam vltionē hoſtib⁹. Un̄ ex
hoc ſeq̇tur ꝙ in inferno cognoſcēt impij xp̄m eē
regem oīpotētem q̇ hic noluerūt eū cognoſcere re
gem miſcdem. Seq̇tur hic. Ligatis manibus et
pedibus. Ubi notādum: ꝙ pctōꝛ ſtrictius ligat̄
q̄ꝫ animalia ligantur. Nam ligatur memoria ne re
colet beneficia dei. ligatur voluntas ne deſideret
verba bona. ligatur cor ne penas inferni ⁊ mortē
cogitet: ⁊ mala que incurrit in ſtatu peccati ma-
nens. Et ſimile eſt de om̄ibus potētijs anime in
terius ⁊ exterius. que om̄es fortiter alligant̄. Et
ſicut peccator fuit ligatus in culpa: ſic digne erit
ligatus in pena ⁊c̄.

Dn̄ica. xxij. poſt octauas penth. euangeliū ſm̄
Iohannem. iiij.



In illo tempe. Erat qui
dam regul⁹ cuius fili⁹ in
firmabatur capharnau₃
Hic cu₃ audiſſet quia Je
ſus adueniret a iudea in galilea₃
abijt ad eū: ⁊ rogabat eum vt de-
ſcenderet ⁊ ſanaret filiū ei⁹. Inci-
piebat em̄ mori. Dixit ergo ieſus
ad eum. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia vide
ritis: non creditis. Dixit ad eū re-
gulus. Dn̄e deſcende priuſq̄ꝫ mo-
riatur filius me⁹. Dixit ei iheſus.
Uade filius tuus viuit. Credidit
homo ſermoni quem dixit ei ieſus
⁊ ibat Jam autē eo deſcendēte ſ-
ui occurrerūt ei: ⁊ nunciauerunt di
centes: quia filius ei⁹ viueret. In
terrogabat autē hora₃ ab eis in q̄
meli⁹ habuerat. et dixerūt ei. q̄a he
ri hora ſeptia reliq̄t eū febris. Co
gnouit ergo pater: quia illa hora
erat in qua dixit ei ieſus: filius tu⁹
viuit. Et credidit ipſe: ⁊ dom⁹ ei⁹
tota.

Poſtilla.

Erat quidam regulus. Johis
iiij. Math. viij. Luce. vij. Miraculum hoc fecit
xp̄s anno ei⁹. xxxi. vi. kalen̄. nouēbris. feria. ij. lūa
xix. indictōne. v. Ante initiū illius euāgelij ſcri-
bit ſanct⁹ Joh. in eodē caplo quō xp̄s ſedēs lo-
q̄batur mulieri. poſtmodū exierūt ſamaritani de
ciuitate ⁊ rogauerūt eū vt ibi maneret. ⁊ manſit
ibi ꝑ duos dies: ⁊ multi ex ſamaritanoꝝ ciuitate
crediderūt i eū dicētes. q: hic ē vere ſaluatoꝛ mū
di. ⁊ poſt duos dies exijt inde ⁊ abijt in galilea₃.
Ip̄e em̄ ieſus teſtimoniū ꝑhibuit. q: ꝓpheta in
ſua patria honoꝛē nō hr̄et. Cū ḡ veniſſet i galile
am acceperūt eū galilei cū oīa vidiſſent q̄ fecerat
hieroſolymis in die feſto. Uenit ḡ ieſus iteru₃ in
chana galilee vbi fecit ex aq̄ vinū [Erat q̇dā re-
gulus] Ly. non accipit̄ hic regul⁹ ꝑ puo rege vt
videt̄ nomē ſonare. q: romani volētes frangere
iudeoꝝ ſupbiam abſtulerūt ab eis regiā digni
tatē: regnū iudee in q̄ttuoꝛ tetrarchias diuidētes
p̄cauere volētes eoꝝ rebellione₃. vnde ꝑ illo tp̄e
null⁹ rex erat in iudea. Dr̄ ḡ iſte regul⁹ q: erat offi
cialis impatoꝛis deputat⁹ ad cuſtodiā galilee. ꝓ
pter qd̄ manebat i capharnaū: q̄ erat metropol'
illius terre. ⁊ diſtat trib⁹ dietis a irl'm. Notādū ꝙ
ſicut dicit tho. iſte regul⁹ interfuit miraclo facto
in nuptijs qn̄ xp̄s aquā in vinū mutauit: q: tunc
credidit: ſ; tn̄ xp̄i diuinitate₃ nō ꝑfecte agnouit. ⁊
ad hoc innuēdū euāgeliſta illud miraculū reme
moꝛat. d. Uenit iterū ieſus i chana galilee vbi vi
nū ex aq̄ fecit [Et erat q̇dam regul⁹ cui⁹ filius in
firmabat̄ capharnaū.] Ly. ⁊ l; eſſet gentil' viſis
⁊ auditis miraculis xp̄i. ſꝑauit ab eo ſanitatem
impetrare filio ſuo. iō ſeq̇tur [Hic cū audiſſet.] ꝑ
famā q̄ pꝛecurrebat aduētum eius in oēm regio-
nem galilee [q: ieſus veniret a iudea in galileā:
abijt ad eum ⁊ rogabat eū] inſtanter ⁊ humilit̄
flexis genib⁹: cōploſis manibus: ꝓfuſis lachry-
mis [vt deſcenderet] q: capharnaū erat in valle
ſita reſpectu chana galilee in q̄ erat xp̄s [⁊ ſana
ret filiu₃ ei⁹. incipiebat em̄ mori]. i. ſigna vicine
moꝛtis in eo apparebāt euidenter [Dixit ergo ie
ſus ad eū. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō credi
tis] non em̄ repꝛhendit eū de petitiōe ſalutis filij
ſui: ſ; de defectu fidei. q: nō credidit plene: ſed ſe-
miplene. Credidit eni₃ in xp̄o eſſe virtutem. ſ. ad
ſanandū filiū: ſed non credidit in eo eſſe diuini-
tatem ꝑ qua₃ eſt vbiq₃: ⁊ vbiq₃ poteſt ſanare. vn̄
fides fuit quādo petijt ſalutem: ſed defect⁹ fidei
quādo requirebat p̄ſentiam xp̄i coꝛpalem. Ex q°
patet ꝙ non credidit xp̄m eſſe verum deū. quia ſi
crediddiſſet ꝙ deus vbiq₃ pꝛeſens eſſet ꝑ p̄ſentia₃
maieſtatis ſue: non dixiſſet deſcēde: ſed dixiſſ; cū
Centurione. Dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus.
[Dixit ad eum regulus. domine deſcēde priuſ-
q̄ꝫ moꝛiatur filius meus] Tho. Manifeſtat igit̄
regul⁹ hic incredulitatem ſuā. rogat em̄ vt deſcē
dat priuſq̄ꝫ filius eius moꝛiat̄. q̄ſi xp̄s poſſ; ſana
re infirmū: ſ; non ſuſcitare defunctū. Ly. verūta-
mē q: ex deuotōne repetit petitōem ſuam dicēs
dn̄e deſcende. ideo exaudit̄ a xp̄o. vnde ſequitur.
[Dixit ei iheſus. vade] letus in domum tuam.
[filius tu⁹ viuit] id eſt ꝑfecte ſanitati reſtitutus ē
de ianuis moꝛtis. quia incipiebat mori. vn̄ Chri
ſoſto. Chriſtus ad domū reguli ire noluit: ſed ab
ſens ſanauit filium ei⁹: vt per hoc magis declara
ret diuinitatem ſuā: ⁊ ſic regulu₃ illuminaret ad
veram fidem [Credidit homo ſermoni quem di
xit ei ieſus ⁊ ibat] Lyra. quia fides requiritur ad

obtīnendū dei beneficia [Jam autem eo deſcen
dēte fui occurrerēt ei ⁊ nunciauerūt: dicētes q̇a fi
lius eius viueret] ſcꝫ congaudēdo ipſi [Interro
gauit autē horam ab eis in qua melius habue-
rat] hoc fecit ad certificatōnem miraculi reſpe-
ctu ſui: ⁊ etiam vt ſerui ⁊ aſtantes agnoſcerēt v̓-
tutem xp̄i [⁊ dixerūt ei. quia heri hora ſeptima re
liquit eum febris] vnde Criſoſt. Repente dimi-
ſit eum febris totaliter vt appareret nō eſſe natu
ralis cōualeſcētia. Ex hoc etiam famulos ipi⁹ re
guli ſuſcitauit ad fidem. quia ſubito viderūt eū
cōualuiſſe quod natura facere non poterat [Co
gnouit ergo pater quia illa hora erat in qua di-
xit ei ieſus filius tuus viuit.] referens v̓bum ſuū
ad verbum chriſti. ⁊ horam impetrantis ad ho-
ram recepte ſanitatis [Et credidit ip̄e ⁊ domus
eius tota] Lyra. ad hoc em̄ factum eſt illō mira-
culum: vt iſte regulus gentilis cum familia ſua
crederet in chriſtum. Thomas. Chriſt⁹ non ſo-
lum ſanauit filiū reguli ab infirmitate: ſ; ip̄m re-
gulum ⁊ totā eius familiaꝫ ab infidelitate. quia
credidit ip̄e ⁊ domus eius tota.

Dn̄ica. xxij. poſt octauas penthe. euāgeliū ſm̄
Matheum. xviij.



In illo tempore. Dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Si
mile eſt regnū celorū ho
mini regi: q̇ voluit rōnem ponere
cum ſeruis ſuis. Et cū cepiſſꝫ rō-
nem ponere oblat⁹ eſt ei vn⁹ q̇ de
bebat decē milia talēta. Cū autēꝫ
nō haberet vnde redderet iuſſit eū
dn̄s ei⁹ venūdari ⁊ vxorē ei⁹ ⁊ fili-
os. ⁊ oīa q̄ habebat ⁊ reddi. Pro
cidens autē ſeru⁹ ille rogabat euꝫ
dicēs. Patientiaꝫ habe in me: et
om̄ia reddam tibi. Miſert⁹ autēꝫ
dn̄s ſerui illi⁹ dimiſit eū: ⁊ debitū
dimiſit ei. Egreſſus autēꝫ ſu⁹ ille
inuenit vnū de cōſeruis ſuis q̇ de-
bebat ei centū denarios. ⁊ tenens
ſuffocabat eum dicēs. Redde qđ
debes. Et p̄cidens cōſeru⁹ ei⁹: ro
gabat eū dicēs. Patientiā habe i
me; ⁊ om̄ia reddā tibi. Jlle autem
noluit ſed abijt ⁊ miſit eū in carce
rē donec redderet debitū. Viden
tes autem conſerui ei⁹ que fiebāt:
contriſtati ſunt valde. ⁊ venerūt ⁊
narrauerūt dn̄o ſuo om̄ia q̄ facta
fuerant. Tunc vocauit illū domi-
nus ſu⁹ et ait illi. Serue nequam:
om̄e debitum dimiſi tibi: quoniaꝫ
rogaſti me. Nonne ergo oportuit
⁊ te miſereri cōſerui tui: ſicut ⁊ ego
tui miſertus ſum. Et irat⁹ domi-
nus ei⁹ tradidit eum tortoribus:
quouſqꝫ redderet vniuerſū debitū
Sic ⁊ pr̄ me⁹ celeſtis faciet vobiſ ſi
non remiſeritis vnuſquiſqꝫ fratri
ſuo de cordibus vr̄is.

Poſtilla.

Simile ē regnum celorū homi-

ni regi ⁊c̄. Math. xviij. Hiſtoria hui⁹ euāge. fa-
cta eſt anno xpi. xxxij. vi. kaleñ. Septembr. luna
xiij. feria. v. indictōne. v. Añ initiū illi⁹ euāgelij di
xit Petrus ad ieſum. Dñe quotiens peccabit in
me frater meus ⁊ dimittam ei: vſq; ſepties. Dixit
ei ieſus. nō dico tibi vſq; ſepties: ſ; vſq; ſeptuagieſ
ſepties. [ideo aſſimilatū eſt regnū celoꝝ.] Lyra.
ideſt ſtatus eccl'ie militāt. [homi regi] .i. xpo q̇
eſt verus hō ⁊ verus de⁹. rex regū ⁊ dñs dñantiū
[q̇ voluit ratōnem ponere cū ſeruis ſuis] id ē ra
tionem exigere de factis humanis [Et cū cepiſ-
ſet ratōnem ponere: oblatus ē ei vnus. qui debe
bat ei decē milia talenta] Lyra. i. obligatus ad
magnam penā ꝓpter multa pctā. [Cum autem
nō haberet vnde redderet] Gor. id eſt cū viribus
ſuis ſatiſfacere non valeret. homo em̄ ꝑ ſe pt ru
ere: ſ; nō ꝑ ſe reſurgere [iuſſit eū dñs venūdari.]
q̄tum ad aiam [⁊ vxorem] q̄tum ad corpus. [et
filios] q̄tum ad opa [⁊ om̄ia que habebat] q̄tū
ad tempalia [⁊ reddi] nam iſta om̄ia venūdant
id eſt ꝑ peccatum mortale offerūtur. [Procidēs
autem ſeru⁹ ille rogabat eū dicens. Patientiam
habe in me] dando locum ⁊ tp̄s penitētie [⁊ oia
reddam tibi] ꝑ opera pnie ſatiſfaciendo iux̄ poſ
ſe [Miſertus autē dñs ſerui illi⁹.] q: miſericors
⁊ miſerator dñs [dimiſit eum.] Gor. ſcʒ liberum
a captiuitate culpe [⁊ debitū dimiſit ei.] vñ Cri-
ſoſto. Uide miam dei. petierat dilatōnem ⁊ acce
pit oim peccatoꝝ remiſſionem [Egreſſus autem
ſeru⁹ ille] ſcʒ a facie dñi ſui ꝑ recidiuū peccati [i-
uenit vnū de cōſeruis ſuis] Ly. id eſt de homib⁹
q̇ ſunt ſerui dei cum ipo [q̇ debebat ei centum de
narios] id eſt modicū eum offendebat. q: offen-
ſa in hoiem modica eſt reſpectu offenſe cōmiſſe
in deū [⁊ tenens ſuffocabat eū] Ly. id eſt ſtrāgu
labat [dicens. Redde qd̄ debes] Ly. oſtēdit au-
ſteritas in repetendo vindictam a ꝓximo [⁊ ꝓci
dens cōſeruus ei⁹] Gor. ideo debuit miſereri. q̇a
ꝓcidit ⁊ q: ſeru⁹ eiuſdē dei fuit [rogauit eū diceſ
Patiam habe in me ⁊ oia reddā tibi] ly. q. d. pa
ratus ſum ſcd̄m poſſibilitatem meā ſatiſfacere ti
bi. [Ille aūt noluit ſ; abijt ⁊ miſit eū in carcerē
donec redderet debitum] Ly. in quo notatur cru
delitas in modo repetendi vindictam [Uidētes
autē cōſerui ei⁹] Glo. intli. id eſt angeli q̇ referūt
ad deū geſta hoim. vt pʒ Apoc. xxij. Cōſeru⁹ em̄
ſū tu⁹ ⁊ fratrū tuoꝝ [q̄ fiebant] om̄ia em̄ opera q̄
agimus ⁊ ſupplicia que patimur vident [contri
ſtati ſunt valde.] Glo. ꝓpter afflictōnem xpiani
Notandum ꝙ angeli cōtriſtantur ad culpam: et
letātur ad penitētiam. vt patet Luc. xv. Gaudiū

eſt angelis dei ſuꝑ vno peccatore penitentiā agē
te ⁊c̄. Et venerūt ⁊ narrauerūt dño om̄ia que fa
cta fuerant] ſcʒ querimoniā de perſecutorib⁹ ꝓ-
ponendam [Tunc vocauit eum dñs ſuus] Lyra
iſta vocatio fit in morte vbi de om̄ibus reddem⁹
ratōnem [Serue nequā. om̄e debitum dimiſi ti-
bi] Ly. id eſt magnam offenſam in me cōmiſſā.
[quoniā rogaſti me. Nonne ergo oportuit et te
miſereri conſerui tui] parua remittendo [ſicut et
ego tui miſertus ſum. ⁊ iratus domin⁹ eius tra-
didit eum tortoribus] Ly. id eſt demonibus qui
in hoc executores ſunt diuine iuſticie [donec red
deret vniuerſum debitum] Gor. i. inꝑpetuū. q̇a
ibi non eſt locus redemptōnis vel ſatiſfactōnis
ſed ꝯdemnatōnis [Sic ⁊ pater meus celeſtis fa
ciet vobis ſi ñ dimiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo]
vñ hiero. Formidoloſa ſnia ſi ꝑua fratri nō dimit
tim⁹: magna nob a deo nō dimittūtur. vñ grego.
Cōſtat ex iam dictis ꝙ ſi hoc qd̄ in nos delinqt̄
ex corde nō dimittim⁹: illud a nobis ꝑ penitētiā
dimiſſum fuiſſe non gaudeam⁹ [ex cordibus ve-
ſtris] q: non ſufficit ore dimittere ſolū ſ; ⁊ corde
Unde Hay. ſuꝑ Math. Nihil ꝓdeſt ore dimit-
tere qui ſeruat iracundiā in mente. Uñ circa pn̄s
euangeliū vbi dicit̄. Miſert⁹ autem dñs ſerui illi
us dimiſit eum ⁊ debitū dimiſit ei. querit̄ vtrum
de⁹ ſit magis miſericors q̄ iuſtus. vel econuerſo
Et r̄ndetur ꝙ deus ſicut eſt miſericors ſic ⁊ iuſt⁹
et ecōuerſo: tamē miſcōie effectus plus in nobiſ
relucet q̄ iuſticie. Et ideo q̇a deus ꝑcit in ſe pec-
cantib⁹. ⁊ mia eius a ꝓgenie in ꝓgenies. ⁊ quia
effectus mie magis relucet q̄ iuſticie: iō deus d̄r
nobis magis miſericors q̄ iuſtus ⁊c̄. Nec mirū
ſi deus modo ſit miſericors. Habet em̄ triplex fo
rū. Unū eſt in p̄ſenti vita totius miſcōie. q: mo-
do mia audit cauſas: ⁊ iuſticia facit ferias. vnde
Eſa. xvi. Preꝑabit̄ i mia ſoliū eius. ideo oēs cau
ſas iuſticia mittit ad thronū gr̄e. vnde ad Hebre
os. iiij. Adeam⁹ cum fiducia ad thronū gr̄e eius
vt miam cōſequamur. Aliud forū erit in iudicio
extremo qd̄ erit pure iuſticie: vbi iuſticia audit
cauſas ⁊ mia facit ferias. ⁊ iō mia oēs cāū deīn
ceps remittit ad ſoliū iuſticie. vñ Eſa. ix. Suꝑ ſo
liū dauid ⁊ ſuꝑ regnū ei⁹ ſedebit vt ꝯfirmet illud
⁊ corroboret in iudicio ⁊ iuſticia amodo ⁊ vſ-
q; in ſempiternū. Tertiū forū erit in purgatorio
qd̄ eſt forū mixtū. q: ibi erit iuſticia q̄ penā infli-
get: ⁊ mia q̄ gliam dabit. vñ p̄s. lxxxviij. Mia et
veritas p̄cedēt faciē tuā. Et ibi exiſtēs dicere pt
illud p̄s. c. Miam ⁊ iudiciuʒ cātabo tibi dñe. Et
duo hec audiui. q: ptās dei eſt ⁊ tibi dñe mia. q̇a

tu reddes vnicuiq; iuxta opa ſua ⁊c. Seqtur. do
nec redderet vniuerſum debitū. Ubi notandum
q duplr̄ dicūtur peccata redire. Pmo q nō re-
deāt q̄tū ad maculā vel reatū: ſ q̄tum ad ingra-
titudinem. Qui em̄ poſt acceptā remiſſionez ad
pctm̄ vadit: grauiꝰ delinqt. q: ingratꝰ tāto benefi
cio exiſtit. ⁊ ita ingratitudo peccatū recidiuātis
aggūat q penā peccatoꝝ p̄teritoꝝ videt̄ ſecum re
ducere. Unde dr̄ in decret. Iteratio culpe indu-
cit aggrauatōem pene. ij. q. viij. hij qui. Secūdo
dicitur redire q̄tū ad penā ſubſtātialē. Sicut em̄
in celo eſt vnꝰ denariꝰ. i. vna btitudo ſubalis: licet
vnꝰ magis altero pticipet. Uñ de hoc dicit aplus.
Sicut ſtella differt a ſtella i claritate ⁊c. vñ etiā
magiſter ſniaꝝ libro. iiij. diſt. xlix. dicit. Electꝰ ab
electo differt in claritate mētis ⁊ corpis. vñ etiaz
Joh. xiiij. In domo patris mei manſiones mul-
te ſunt. Sicut in inferno eſt vna pena ſubſtātial'
p modum damni: ſcz carentia viſionis diuie. alia
p modum ſenſus. ſcz vermis ⁊ ignis. ⁊ vtraq; pe
na debetur p quolibet pctō mortali: ſcz ſm plus
vel minus. Dicūtur ergo peccata redire. quia re
cidiuāti eadem pena debet̄ genere q pus: licz ſit
maior ſicut dicit beatus Jaco. ij. caplō, Qui in
vno offendit: factus eſt oīm reus.

Dñica. xxiij. poſt octauas penthec. euāgel. ſm
Matheum. xxij.



In illo tempe. Abeūtes
phariſei conſiliū inierūt:
vt caperēt ieſum in ſmōe
⁊ mittūt ei diſcipulos ſu-
os cū herodianis: dicētes. Magi
ſter ſcimus quia verax es: ⁊ viam
dei in veritate doces: ⁊ non ē tibi
cura de aliquo. Non em̄ reſpicis p
ſonaz hominū. Dic ergo nob: qd
tibi videt̄: licet cēſuz dari ceſari an
non. Cognita autē ieſus nequitia
eoꝝ: dixit. Quid me tēptatis hypo
crite. Oſtēdite mihi numiſma cē-
ſus. At illi obtulerūt ei denarium
Et ait ill' Jeſus. Cuiꝰ eſt imago
hec ⁊ ſupſcriptio. Dicūt ei. ceſaris
Tūc ait ill'. Reddite ergo que ſūt
ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo.

## Poſtilla.

Abeuntes phariſei inierunt cō
ſiliū. Math. xxij. mar. xij. Luc. xx. Hanc hiſtoriaz
dixit dñs anno eiꝰ. xx. iij. xij. kal. apul. feria. iij. lu
na [illegible] indictōe. vi. An initiū illiꝰ euā. ſcribit ſctūs
math. in pñti caplo. q xp̄s loqbat̄ pncipibꝰ iude
oꝝ ⁊ phariſeis pabolā iſtā dicēs. Hō pr̄familias
plātauit vineā ⁊ locauit eā agricol'. Cū autē tēpꝰ
fructuū appropinqſſet. miſit ſuos ſuos ad agri-
colas vt accipent fructꝰ eius. et agricole apphēſ
ſuiſ eiꝰ aliū ceciderūt: aliū occiderūt: aliū vo lapida
uerūt Nouiſſime miſit a d eos filiū ſuū dicēs. vere
būt forſitan filiū meū. Agricole vo apphēſuz eū
eiecerūt eū extra vineā ⁊ occiderūt. Et cū audiſ-
ſent pncipes ſacerdotū pabolā iſtam: cogūerūt
q: de ipis diceret. Et qrentes eū tenere timuerūt
turbas. q: ſicut pphetam eū habebant. ⁊ relicto
eo [Abeūtes phariſei] vñ Chriſoſt. Ab ipo xp̄o.
[conſiliū inierūt vt capent ieſuz in ſmone] Ly.
q: nō poterāt eū cape in malo ope. ⁊ q: faciliꝰ ca
pit̄ hō in vbis q̄ in factis [⁊ mittūt ei diſcipulos
ſuos] Ly. quaſi hoies ſibi icognitos ſm eſtima-
tionē coꝝ: vt corā ipis audaciꝰ loqueret̄ laxaret li
guam ad aliqd dicēdū vñ poſſz capi in vbis [cuz

herodianis ]Ly. Iſti herodiani erant milites he
rodis q̇ interfecit iohannē baptiſtā ⁊ venerat ad
diē feſtū in hieruſalē. q: iſta queſtio fuit facta fe-
ria.iij.ante paſſionē xp̄i. Et de herode legit᷑ : ꝙ ip
ſe erat ꝑtunc in ir̄lm in die paſſionis xp̄i.quia ve-
nerat in ir̄lm ꝓpter ſolēnitatē paſchalē. Sic er-
go milites herodis miſſi ſunt cum diſcipul' pha-
riſeorū:vt diſcipuli phariſeoꝝ poſſent eū cape in
ſermone, ⁊ milites herodis ſtatim capent eū ꝫ vt
punirētur in corpe. Sic ergo patet qualit᷑ mali-
cioſe agebāt cōtra eum ſibi adulādo:vt facili' in
ducerēt eū ad dicēdum aliq̇d cōtra ptātem ceſar
[dicētes. Magiſter ſcim' q: verax es ⁊ viā dei i
veritate doces ]Ly.ſcꝫ in ſana doctrina. [⁊ non
ē tibi cura de aliquo .nō em̄ reſpicis ꝑſonaꝫ ho-
minū ].q.d.nō dimittis timore cuiuſcūꝗ̄ homis
etiā impatoris dicere veritatē.[Dic ergo nob.q̇d
tibi videt᷑.licet cēſum dare ceſari an nō. ]Beda i
omelia. Preſentꝭ euāgelij diſcuſſio erat i pplo iu-
deorū. Aliq̇ dicebant illicitū eſſe iudeis ꝙ ſibi re
cognoſcerēt habere aliquē dn̄m in terrꝭ: ſ ſolum
deū q̇ eſt in celis.idcirco nō eſſe licitū dare cēſuꝫ
ceſariq̇ dāt decias victias ⁊ oblatōeſ deo celi. ecō
trario āt alij aſſerebāt ꝙ erat dare licitū tributū
romanis.q: ꝑ defenſiōe patrie ⁊ terre militabāt
⁊ ab hoſtib' ⁊ a latronib' defendebāt:⁊ pacē int᷑
hoies cōſeruabant . Hāc autē q̄ſtionē malicioſe
ꝓponebant xp̄o. Cogitauerūt em̄ intra ſe.aut re
ſpondebit ꝓ nob:aut ꝓ ceſare : aut oino tacebit.
Si rn̄debit ꝓ nobis ꝙ non debem' ſoluere tribu
tū:tūc incurrit idignatiōem ceſaris. ⁊ ſtatim mi-
lites herodis capient eū vt puniat᷑. Si rn̄debit ꝓ
ceſare ꝙ debem' ſoluere tributū:tūc incurrit i di-
gnationē populi. Si oino tacebit tūc dicem':q̇a
veritatē timet dicere ꝓpter timorē hoim vl' hūa-
nū[Cognita aūt Jeſus neq̇tia eoꝝ : dixit. Quid
me tēptatis hypocrite] Lyra.qua ſi.d.non queri
tis veritatē addiſcere:ſ vbis me cape[oſtendite
mihi nūmiſma cēſus ].i.nūmū q̇ dat᷑ ꝓ cēſu an-
nuo impatori[At illi obtulerūt ei denariū ]Lyra
q: iſte nūm' q̇ debebat᷑ ꝓ annuo cēſu:a quolibꝫ
capitaneo dom' valebat decē nūmos vſuales. et
ideo vocabat᷑ denari' ⁊ erat argēteus[Et ait illi
ieſus. Cui' eſt imago hec ⁊ ſupſcriptio ]Lyra.q:
imago ceſaris erat impſſa in illo. ⁊ nomē eius in
circuitu[Dicūt ei.ceſaris ]Vn̄ hiero. Tiberij ſb
q̇ paſſus ē dn̄s[Tūc ait ill'. Reddite q̄ ſūt ceſar
ceſari ]Hor.ſic tributū ⁊ pecunias ꝑ q̄s ꝯfitemi
ni vos vere ſubiectos eſſe illi [⁊ q̄ ſūt dei deo. ].i.
decias :ꝑmitias:oblatōes atꝗ̄ victias. Sic fecit
ipē xp̄s q̇ reddidit tributa ceſari ꝓ ſe ⁊ ꝓ petro,
⁊ deo reddidit que dei patris ſunt:faciens volū-
tatem eius ſemper.

Dn̄ica.xxiiij.poſt octauas penthe.euāge. ſm
Matheum.ix.



In illo tempore. Loquē
te Jheſu ad turbas:ecce
princeps vn' acceſſit et
adorabat euꝫ dicēs. Do
mine filia mea modo defuncta eſt
ſed veni impone manū tuā ſuper
eam ⁊ viuet. ⁊ ſurgēs iheſus ſeque
batur eū :⁊ diſcipuli eius. Et ecce
mulier que fluxum ſanguis patie-
bat᷑ duodeciꝫ annis:acceſſit retro
⁊ tetigit fimbriā veſtimēti ei'. Di
cebat autē itra ſe. Si tetigero tm̄
veſtimētum ei':ſalua ero. At Je
ſus cōuerſus vidēs eam dixit. Cō
fide filia : fides tua ſaluā te fecit.
Et ſalua facta ē mulier ex illa ho
ra. Et cū veniſſet ieſus in domuꝫ
ꝑncipis ⁊ vidiſſet tibicines ⁊ tur-
bā tumultuantē:dicebat. Recedi-

te:non ē eñ mortua puella:ſʒ dormit. Et deridebant eū. ⁊ cū eiecta eſſʒ turba:intrauit ⁊ tenuit manū eiꝰ ⁊ dixit. Puella ſurge Et ſurrexit puella. Et exiuit fama hec iuniuerſam terram. Poſtilla.

Loquente Jheſu ad turbas.

Math.ix. Mar.v. Luce.viij. Hiſtoria huiꝰ euā. facta ē anno xp̄i.xxxi.iiij.idꝰ nouēbris.feria.iij.luna.vij.indictōne.iiij. An initiū illiꝰ euāge.ſcribit ſctūs Mat. in eodē caplo ꝙ diſcipuli iohis baptiſte acceſſerūt ad ieſum dicētes.qre nos ⁊ pharisei ieiunamꝰ frequēter:diſcipuli autē tui nō ieiunāt. Ait illꝭ iheſus. Nūqd pn̄t filij ſpōſi ꝙdiu cū illꝭ eſt ſpōſus lugere. Venièt aūt dies cuʒ ab eis auferet̄ ſpōſus ⁊ tūc ieiunabūt. Tūc ſeqt̄ euāgeliū hodi.[Loqnte ieſu ad turbas ecce pnceps viꝰ acceſſit]Ly.qlis autē fuerit pnceps iſte non exprimit̄ hic:ſ; habet̄ Mar.v. Luc.viij.vbi dicit̄ ꝙ erat pnceps ſynagoge noie Tayrꝰ. Judei enim tm̄ habebāt vnū templū vbi poterāt offerre ⁊ immolare.ſ.in irlm.ſ; in alijs ciuitatibꝰ ⁊ villꝭ habebāt loca determinata in qbꝰ cōueniebat populꝰ ad orandū ⁊ ad audiendū v̄bum dei ⁊ ad tractādū de hijs q̄ ptinebant ad cōem vtilitateʒ populi. Et ille q̄ p̄erat ciꝰ auctoritate ꝯgregatio fiebat dicebat̄ pnceps ſynagoge. Et talꝭ erat iſte q̄ acceſſit ad ieſum[⁊ adorabat eū]humiliter. qui cecidit ad pedes eiꝰ.ſ.faciendo ſibi reuerētiā debitam[dicēs.dn̄e filia mea modo defuncta eſt:ſ; veni impone manū tuā ſup eā ⁊ viuet] Mar.v. dr ꝙ dixit eam eſſe in extremis. Luce.viij.dicitur ꝙ moriebat̄. Et hoc eſt verū qn̄ pr̄ ab ea receſſit ſ; anteꝙ venit ad ieſum mortua ē.ppt̄ qd nuncij venerūt de domo q̄ dixerūt.noli vexare mgr̄m q: defuncta eſt filia tua:credentes ꝙ xp̄s nō poſſet ſuſcitare eam a mortuis:lʒ poſſʒ eā ſanare[⁊ ſurgens ieſus ſeqbat̄ eū ⁊ diſcipuli eiꝰ.]Ly.pgens ad domū eiꝰ ppter fidei ſue meritū.[Et ecce mulier q̄ ſanguis fluxū patiebat̄ duodecim annis] Luc.viij.dr ꝙ in medicos erogauerat oēm ſubſtantiā ſuam nec ab vllo potuit curari[acceſſit retro]xp̄s em̄ erat in turba magna q̄ eū cōprimebat.vt habet̄ Mar.v. Et ideo de facili nō potuit habere acceſſum ad eū.[⁊ tetigit fimbriam veſtimēti eiꝰ]Gor.indignā ſe reputabat tāgere pedes dn̄i vel etiam plenitudinē veſtimenti.habebat em̄ xp̄s fimbrias iuxta ꝯſuetudines iudeoꝝ ſm p̄ceptum legis.vt pʒ Nume.xv[Dicebat em̄ intra ſe]ſcilicʒ firmiter credēdo[Si tetigero tm̄ veſtimētum eius:ſalua ero.]ſcilicʒ ab hac infirmitate. Magna fides mulieri q̄ credidit tantaʒ v̄tutē eſſe in veſtimētis xp̄i ꝙ a tactu ſanaretur: q̄ p medicos ſanari nō poterat p qbꝰ tātū expēdit ꝙ depaupata fuit:vt dr Luc.viij.[Et iheſus ꝯuerſus ⁊ vidēs eā dixit. Cōfide filia fides tua te ſaluā fecit.]Gor.non dixit ego ſanaui te:ſ; fides tua te ſaluā fecit.vt vitandam oſ̄tentationē doceat et meritū fidei extollat[Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora[Et ambro.videt̄ velle ꝙ hec mlier erat Martha v̄go ſoror btē marie magdalene ⁊ ſcti lazari. Notādum ꝙ in via eūdo ad filiaʒ pncipis archiſynagogi ſanauit iſtā mulierē p tactū veſtiſ ſue:vt ſic pnceps ille in fide ſolidaret̄[Et cū veniſſet ieſus in domū pncipis ⁊ vidiſſʒ tibicines] ſcʒ carmē lugubre canētes. Antiqtꝰ em̄ tales ad exeq̄as vocabant̄ vt ſuo carmine alios puocarēt ad luctū[⁊ turbā tumultuātem].i.lachrimanteʒ ⁊ eiulantē[dicebat. Recedite.nolite flere]vt habetur Luc.viij.per hoc ꝙ dicit.nolite flere.docet nos ꝙ mortuos nr̄os nō debemꝰ exceſſiue deflere p̄ſertim cū fuerint boni hoies.q: lʒ moriantur mūdo:viuūt tm̄ deo. Jpos em̄ nō amittimꝰ ſed p̄mittimꝰ vt dicit augꝰ.i veti teſtamēto. Triſte fuit mori ⁊ terribile.q: tūc oēs in infernū deſcēderūt Vn̄ Job.xvij. Infernꝰ domꝰ mea ē ⁊ in tenebris ſtraui lectulū meū ⁊c̄.vn̄ Jſido.li.xx.de ſūmo bono. Jlli plorādi ſunt in morte q̄s miſeros infernꝰ recipit ex hac vita nō q̄s celeſtis aula letificās includit ⁊c̄.[Nō eſt em̄ mortua puella ſed dormit] Ly.hoc dixerat q: poterat eā ita facilit̄ ſuſcitare a morte ſicut hō pōt aliū hoiem a ſomno excitare.[Et deridebāt eū.]ecce deridet̄ dn̄s ihs xp̄us: nec iraſcit̄ nec arguit eos[et cū eiecta eēt turba] lamētātiū:tumultuātiū ⁊ deridētiū.q: ex q̄ erāt increduli ⁊ deriſores xp̄i n̄ erāt digni videre miraclʒ [ītuit]ſ.ad locū vbi puella iacebat cū p̄re ⁊ m̄re eiꝰ petro ⁊ iacobo ⁊ iohe vt hr̄ mar.v.ad h̄ vt teſtes eēnt miracli[⁊ te.ma.e.⁊ d.]clamāꝰ vt hr̄ mar.v tabita cūi qd īt̄ptat̄ puella tibi dico ſurge.ſ.ō lecto mortiſ ⁊ ꝯfeſti ſurrexit puella ⁊ ābulabat ⁊ iuſſit illi dare māducare ⁊ h̄ i ſignū v̄e reſurrectōnis.⁊ ſtupuer̄t pentes eiꝰ.qbꝰ p̄cepit ne alicui dicerēt qd factū erat vt hr̄ luc.viij.ſ.ad īſinuādū hūilitatē[⁊ exijt fama h̄]ſcʒ tāte potētie[in vniūſā terram]Nota circa pn̄s euāgeliū vbi dicit̄. Confide filia fides tua ⁊c̄. Notandū:ꝙ fides xp̄iana ē firma ⁊ vera.hoc pʒ pmo ex miraculoꝝ factione. Jn nulla enim alia fide ſeu ſecta fiunt mi-

racula niſi in noſtra fide que ab initio mūdi fuit miraculis cōfirmata: videlicet tp̄e pphetaruȝ q̄ eam pphetabāt ⁊ cōſcribebāt. Itē in nouo teſtamēto tp̄e xp̄i ⁊ tp̄e apl'orum q̄ eam p̄dicabant et in cordibus hoim plātabāt. Sil'r ⁊ ſancti q̄ poſt apl'os p̄dicauerunt fidem: ſicut patet in legēdis ſanctoꝝ. Itē etiā ſaraceni cōfitent̄ ꝙ machomet nullū miraculū fecit. Secūdo pȝ ex tyrānoꝝ pſecutōne. Om̄e eīm regnū videt̄ eſſe ꝯſumptū q̄n ꝙ ab inimicis ꝑpter eorū potētiam. Exemplum de regno aſſyriorū ⁊ grecorum ⁊ romanoꝝ: et ſic de alijs. Fideles autem ꝑpter fideȝ xp̄i quā tenebant ⁊ defendebāt: maximas ⁊ gn̄ales pſecutiones multo tp̄e ab impatoribus: a regib⁹: a p̄ncipib⁹: a iudicib⁹ ⁊ potētib⁹ mūdi paſſi ſunt: vt dic btūs aug⁹. ⁊ non potuerūt ipam fidē xp̄ianā extirpare: ſ̄ q̄tidie creſcebat ⁊ augmētabatur. Iteȝ notādum hic ꝙ q̄n homi infundit̄ fides tūc etiā infundunt̄ oēs alie v̄tutes. ⁊ ideo oportet vt homo agat ſcd̄m fidem ⁊ alias v̄tutes quas recipit. al's in eo fides ⁊ v̄tutes eſſent fruſtra. ⁊ meli⁹ eſſet fidem nō habere q̄ eā malis opib⁹ impugnare et negare. Vn̄ apl's. Cōfitent̄ ſe noſſe deū: factis aūt negāt. Ubi diligent̄ eſt notādum: ꝙ mali xp̄iani peiores ſunt ſaracenis q̄tū ad quattuor. Primo q2 ſaraceni xp̄m negāt v̄bo: ſ̄ iſti facto. Peius eniȝ eſt factū q̄ v̄bum. Tales eīm ſunt ſiles militibus pilati: q̄ genua flectebāt corā ieſu dicentes. Aue rex iudeoꝝ. ⁊ pcutiebant eū palmis. Tales etiaȝ ſunt ſignificati per illā ficū habentē ſoluȝ folia: cui xp̄s maledixit q̄ ſtati aruit. Secūdo q2 ſaraceni ex ignorātia xp̄m negant. non eīm credūt ip̄m eē verum deū ⁊ dn̄m ſuum. ſi eīm ſcirent: multi eorū ſaluarētur p eorū bona opa que faciūt. Chriſtiani autē ſciūt ⁊ firmiter credūt ieſum xp̄m eē dn̄m ſuum: ⁊ tamen ei negāt debitū obſequim: qđ maius malū videt̄ eſſe. Exemplū ſi duo hoies negarent debitū obſequm regi: ita ꝙ vn⁹ diceret. dn̄e neſcio ꝙ debeam vob̄ obſequm hoc exhibere. ſi eīm ſcirem libēter exhibere. Alter vo diceret: ſcio ꝙ hoc obſequm vob̄ debeo: ſ̄ nolo vob̄ exhibere. manifeſtū eſt ꝙ magis offenderet regeȝ. Tertio q2 ſaraceni legē ſuā obſeruāt. tales eīm nulli⁹ legis eſſe vident̄. q2 nec ſaraceni nec xp̄iani ſunt: ⁊ ideo tales ſine lege peribūt. Quarto q2 tales vident̄ eē apoſtate a fide q̄tū ad rē fidei. videt̄ etiā piuri eoꝝ q̄ i baptiſmate pmiſert. ſ. renūciare diabolo ⁊ pōpis ei⁹. ⁊ iō malo xp̄iāo fides erit ei ad cumulū dānatōis ei⁹. q2 g̃ui⁹ peccat xp̄ian⁹ fornicādo ⁊ alia q̄ ꝓhibet̄ in lege ⁊ euāgelio trāſgrediendo q̄ pagan⁹. etiā pl⁹ puniet̄ ⁊ pfundi⁹ dānat̄.

Vn̄ de hoc đ: in decret. Fidel' mal⁹ peior ē ifideli ⁊ g̃ui⁹ peccat ⁊ pena g̃uior ſibi debet̄. i. q. i. noui

Dn̄ica. xxv. poſt octauas penthecoſtes.

In illo tempe. Cū ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum ⁊c.

De hoc euāgelio req̄re in medio q̄dragesime ſcȝ dn̄ica Letare. Nā bis legit̄ hoc euāgeliū in anno

In feſto dedicatōnis templi euangeliu m ſm Lucam. xix.

In illo tempe. Ingreſſ⁹ ieſus pambulabat hiericho. Et ecce vir noīe zache⁹: hic erat p̄nceps publicanoꝝ: ⁊ ipſe diues. Et q̄rebat videre ieſum q̄s eſſet: ⁊ nō poterat p̄ turba: q2 ſtatura puſill⁹ erat. ⁊ p̄currēs aſcēdit i arborē ſicomorū vt videret illū: q2 īde erat trāſiturus Et cū veniſſet ad locū: ſuſpiciēs ieſus vidit illū: ⁊ dixit ad eū. zachee feſtinās deſcēde: q2 hodie i domo tua opoztet me manere. Et feſtinās deſcēdit ⁊ excepit illū gaudēs Et cū viderēt oēs: murmurabāt dicentes: ꝙ ad hominē peccatoreȝ diuertiſſet. Stans autem zache⁹: dixit ad dominū. Ecce dimidium bonorum meorū domine do pauperib⁹: ⁊ ſi quid aliqueȝ defraudaui reddo quadruplū. Ait Iheſus ad eum. Quia hodie ſal⁹ huic domui facta ē: eo ꝙ ip̄e ſit fili⁹ abrahe. Venit eīm fili⁹ hominis querere ⁊ ſaluum facere quod perierat

Poſtilla.

Ingreſſus ieſus perambulabat ꝛc. Luc. xix. Hiſtoria huiꝰ euãgelij facta eſt anno xpi. xxxiij. xvi. kal. aplis. luna. vij. indictiõe. vi. Ante initiũ illius euãgelij ſcribit ſanctus Lucas in precedẽti capl'o. ꝙ qdam adoleſcẽs interrogauit ieſum dicẽs. Magiſter qd faciẽdo vitã eternam poſſidebo. Dixit aũt ei ieſus. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mãdata. Qui ait. Hec omĩa cuſtodiui a iuuẽtute mea. qd adhuc mihi deeſt. Ait illi ieſus. Si vis perfectus eſſe vade ꝛ vende om̃ia q̃ habes ꝛ da paupibus. ꝛ habebis theſaurũ in celo. ꝛ veni ſeq̃re me. His iſt' auditis contriſtatus eſt. quia diues erat valde. Videns illuꝫ ieſus triſtem factum: dixit ꝙ difficile q̃ pecunias habent in regnũ dei intrabũt. Ly. difficile dicit ꝛ nõ impoſſibile. qa difficile eſt diuitias poſſidere ꝛ non teneri nimis amore earũ. Facilius eſt camelũ per foramẽ acus trãſire ꝙ diuitẽ intrare in regnum dei. lyra. hoc nõ intelligitur de quolibet diuite: ſꝫ de diuite conſtituẽte finem in diuitijs ꝛ totã con fidentiã ſuam. ergo Mar. x. dicit ꝙ difficile confidentes in pecunijs intrabũt in regnũ. ly. Poſſeſſio diuitiarũ reddit hominẽ difficilẽ ad pfectionem acq̃rendã: nõ tamẽ facit impoſſibilẽ. quia abrahã fuit diues valde ꝛ tñ fuit perfectus vt habet Gen̄. xvij. ꝛ iõ dicit Eccl. xxxi. Beatꝰ vir diues q̃ inuẽtꝰ ẽ ſine macula. Et ſeq̃t. Et qs ẽ hic ꝛ laudabimꝰ eum. q. d. vix ꝛ cũ difficultate inuenitur. Et audiẽ͂s his diſcipuli mirabãtur valde dicẽtes. Quis ergo poterit saluꝰ fieri. Ait iſt'. quecunq꜍ impoſſibilia ſunt apud homĩes: poſſibilia ſunt apud deũ. Quia ſicut dicit Bern̄. deꝰ põt a cupiditate terrenoꝝ ꝯuertere ad cupiditatẽ eternorũ. vt pꝫ Sap. xij. Potẽs es dñe ex omnibus ſaluare. Unde q̃ illud qd ſupereſt paupibus tribuũt: ꝛ eos ſibi amicos conſtituũt: regnũ celorũ intrare poſſunt. vt patet Lu. xvi. Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Similiter q̃ diuitijs ſuis opa miſcõie exercẽt. ſ. cibãdo eſurẽtem. potãdo ſitientẽ. hoſpitãdo peregrinũ. veſtiẽdo nudũ. ꝛ ſic de alijs. Unde Math. xxv. Eſuriui ꝛ dediſtis mihi mãducare ꝛc. Venite benedicti patris mei poſſidete vobis regnũ paratum a cõſtitutiõe mũdi. Tũc poſtmodũ ſeq̃tur euãgelium hodiernũ. [Ingreſſus ieſus perambulabat iericho] que ciuitas diſtat ad vnã dietam a hieruſalem [ꝛ ecce vir nomĩe zacheus] Hor. noĩat expreſſe taꝗ dignꝰ nomine. quia in libro vite erat ſcriptũ nomẽ eius [ꝛ hic erat pnceps publicanoꝝ] lyra. nõ tñ publicanꝰ ꝫ pnceps publicanoꝝ. In quo apparet maior miſcõia dei in eiꝰ vocatiõe. vt vbi abũdauit delictũ: ſupabundaret et gratia [ꝛ ipe diues] lyra. quia auarus fuit in acq̃rendo [ꝛ querebat] .i. deſiderabat. [videre Ieſum quis eſſet] in pſonã. ꝛ hoc ex deuotiõe [ꝛ nõ poterat p̃ turba] lyra. Ex quo patet deuotio ppl'i ad xpm [quia ſtatura puſillus erat] ſcꝫ in perſona corporis [ꝛ pcurrens] .i. p̃ alijs currẽs [a ſcẽdit in arborẽ ſiccomoꝝ] Hor. vt qd natura minꝰ haberet: aſcenſu arboris ſuppleret. Sicomorus eſt arbor moro ſilis in folijs. ꝫ altitudine pſtans ꝛ interptatur ficus fatua ꝛ ſignificat crucẽ chriſti. que gentibus ſtulticia eſt. iudeis vo ſcandalum. xpianis aũt dulcedo ꝛ honor [vt videret illum qa inde erat tranſiturus] ſcꝫ ex illa pte qua erat ſicomorus. Queritur quid mouit eum ad h' vt ſic deſiderabat videre ieſum. Reſpondet ſm Augꝰ. ꝙ ipe auditꝰ. Audiuit enĩ famã vndiq꜍ circuuolantem de ieſu ꝙ ſolo vbo infirmos curaret ergo deſiderabat ipm videre [ꝛ cũ veniſſet] ſcilicet ieſus [ad locũ: vidit illũ] nõ tm̃ viſu corporis. ſed etiã reſpectu pietatis ꝛ miſericordie [ꝛ dixit ad illum] tanꝗ iam dignũ diuino eloq̃o [zachee feſtinãs deſcẽde] vocat eũ ex nomĩe ad oſtenſionẽ ſue infinite ſapie qua ꝛ nos om̃es nouit ꝛ nominat. Unde in ps. cxlvi. Qui numerat multitudinẽ ſtellarũ: ꝛ om̃ibꝰ eis noĩa vocat [qa hodie i domo tua optet me manere] lyra. in domo materiali, pter refectiõem chriſti ꝛ diſcipuloꝝ ſuorũ. Et in domo ſpirituali conſciẽtie per gratie infuſionem [At ille] ſcꝫ zacheus [feſtinãs] Hor. nõ pcraſtinãs: nõ ſe excuſans [deſcendit] nõ tantũ deſcenſu locali ꝫ ꝛ mentali per humilitatem: [ꝛ excepit illum] ſcꝫ chriſtum [gaudens] ſcꝫ de tanti hoſpitis aduẽtu [Et cum viderent om̃es] id ẽ phariſei ꝛ alij malignãtes. ſcꝫ ꝙ intrauit domũꝫ publicani [murmurabãt dicentes ꝙ ad hominẽ pctõrem diuertiſſet] lyra. ꝛ hoc irrationabil'r fecerũt. q: nullꝰ rõnabiliter põt murmurare ſi medicꝰ viſitet egrotũ ad ipm ſanandũ. Inſup falſe iudicauerũt de zacheo q̃ iam pctõr nõ erat ꝫ vere penitẽs [Stãs aũt zacheꝰ dixit ad dñm] quaſi paratus ei obedire [ecce dimidium bonoꝝ meorum domine do pauperibus] non dicit dabo in futuro. ſcꝫ poſt mortem meam. ſed do in preſenti quia vnus denarius in vita plꝰ valet ꝙ mille pꝰ mortem [ꝛ ſi quid aliquem defraudaui reddo q̃druplum] ergo in quãtumcũq꜍ modico. In hec autẽ ꝙ ponit ſub dubitatiõe dicẽs [Si qd aliquẽ

defraudaui] oſtendit ſe nō multum defraudaſſe. [reddo] nō dicit reddam: quia tenetur homo ſtatim reſtituere res iniuſtas iuxta om̄e poſſe ſuum Unde augꝰ. Non dimittitur peccatum niſi ablatum reſtituatur [quadruplum] vtinaȝ vſurarij ⁊ raptores ⁊c̄. redderent ſimplū [Ait autem ieſus quia hodie huic domui ſalus a deo facta ē] glo. id eſt toti familie. ⁊ ſpecialr̄ conſcientie zachei q̄ facta eſt domꝰ dei per gratiā inhabitationis [eo ꝙ ⁊ ipē ſit filius abrahe] Unde Beda. zacheus filius abrahe dicitur nō quia de ſtirpe eius genitus. ſed quia eſt fidem eius imitatus. ⁊ ſicut ille terram domū ꝗ paternā deſeruit. ita iſte zacheꝰ dimidiam partē bonorum ſuorum paupibus diſtribuit. Ex his videtur ꝙ nō fuit iudeus ſ; paganus quia om̄es iudei de ſtirpe abrahe deſcēderunt. Et idem videtur dicere Amb. [venit em̄ filius hominis] Glo. de celo in mūdum ꝑ humanitatꝭ aſſumptiōem [querere] per doctrinam ſuam [et ſaluū facere] per gratiam [qđ perierat] per culpam.

Euangeliorum dominicalium poſtilla per circulum anni finit feliciter.

Incipit poſtilla ſuper euangelia de ſanctis. In feſto ſancti andree apoſtoli. Euangeliuȝ ſm̄ Matheum. iiij.

In illo tempore. Ambulās ieſus iuxta mare galilee vidit duos fratres: ſymonē qui vocatur petrꝰ: ⁊ Andream fratrem eiꝰ: mittētes rethe in mare. Erant em̄ piſcatores: et ait illis. Venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hominū. At illi cōtinuo relictꝭ rethibꝰ: ſecuti ſunt eū Et procedēs inde vidit alios duos fratres. iacobū zebedei ⁊ iohānem fratrē eiꝰ in naui cū zebedeo patre eorum reficiētes rethia ſua: ⁊ vocauit eos. Illi autē ſtatim relictis rhetibus ⁊ patre ſecuti ſunt eum.

Poſtilla.

Ambulans ieſus iuxta mare ⁊c. Math. iiij. Mar. i. Luc. v. Hiſtoria huiꝰ euangelij facta eſt anno xp̄i. xxxi. vi. ydꝰ Junij. dn̄ica lūa iij. indictiōe. iiij. Ante initiū illiꝰ euangelij ſcribit ſanctꝰ Math. in eodē cap. ꝙ poſtq̄ xp̄s ieiunauit. xl. diebus. ⁊. xl. noctibꝰ in deſerto. tūc poſtmodū venit ⁊ habitauit in capharnaū ⁊ in finibus zabulon ⁊ neptaliȝ: ⁊ cepit p̄dicare ⁊ dicere. Penitentiam agite: appropinq̄bit em̄ regnū celorū [Ambulās ieſus iuxta mare galilee] Ly. mare illud eſt quidam lacus habens centū ſtadia longitudinis ⁊. xl. latitudinis. ꝑ queȝ tranſit iordanis fluuiꝰ vt dicit Hieron̄. Dicit̄ aūt mare ſm̄ modū hebraicū loquēdi in quo magna congregatio aquarū vocat̄ mare ſm̄ illud Gen̄. i. Congregationes aquarū appellauit maria. Vocat̄ em̄ ſtagnū genezareth. vt patȝ Luce. v. Dicit̄ etiaȝ mare galilee q̄a eſt in regione illa. Et etiā đr aliquādo mare tyberiadis a ciuitate tyberia ſita ſuꝑ ipſuȝ mare [vidit duos fratres] Glo. nō tantū corpalr̄ ſed etiā ſpūalr̄. Unde Criſ. ad corda plꝰ q̄ ad facies reſpiciēs [ſymonē q̄ vocat̄ petrꝰ ⁊ andream fratrē eiꝰ mittētes rhete in mare] Glo. ad piſcādū ⁊ acq̄rēdū victū [Erāt em̄ piſcatores] Unde Criſ. piſcatores illiterati mittūtur ad predicādū ne fides credētiū nō in v̓tute dei: ſ; in eloquentia ſiue in doctrina hominū putaret̄ [At illi cōtinuo relictis rhetibꝰ ſecuti ſunt eū] Unde Criſ. In h̄ docuerūt nos apl̄i ꝙ nemo pōt terrena poſſidere ⁊ ꝑfecte ad celeſtia ꝓperare. Aer inter celū ⁊ terram ꝯſtituturꝰ oſtēdit ꝙ int̄ celeſtia ⁊ terrena nulla poteſt eſſe coniunctio. celeſtia q: ſpūalia ⁊ leuia ſurſum ducūt. terrena quia ponderoſa ⁊ g̃uiora deorſum deponūt. Ly. Sciēdum ꝙ iſti apoſtoli legūtur ter vocati a xp̄o. Prima vocatio fuit immediate poſt baptiſmū chriſti. vt habet̄ Johānis. i. quādo duo diſcipuli iohānis baptiſte audierūt ipm̄ dicētē de xp̄o. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit pctā mūdi. ⁊ ibidē đr ꝙ andreas frater ſymonis petri erat vnꝰ ex duobꝰ q̄ ſecuti fuerāt ieſum. ⁊ ibi đr quō andreas adduxit fratrē ſuū ſymonē ad ieſuȝ. Secūda vocatio fuit i captura piſciū quā deſcribit Lu. v. c. d. ꝙ xp̄s ꝓpt̄ turbas irruētes aſcēdit in naui petri ad p̄dicādū populo. Et finita p̄dicatiōe iuſſit relaxare rhete i capturam piſcium. Et viſa multitudine piſcium captoꝝ. ſciēs petrꝰ ꝙ nō poterat eſſe v̓tute humana ꝓcidit ad genua iheſu dicēs. Exi a me dn̄e q: hō peccator ſum. Sed ille due vocatiōes nō fuerūt ꝓprie ad aplātū. ſed ad quādā familiaritatē. tertia vocatio fuit iſta de qua fit mētio in euāgelio hodierno qn̄ relictꝭ rhetibꝰ ⁊ naui ſecuti ſunt ie-

ſum.ampli⁹ ad p̄dicta negocia nō reuerſuri.ſ; in
tēdētes doctrine xp̄i.g̃.dixit eis[faciā vos fieri pi
ſcatores hoim.⁊ ꝓcedēs inde ⁊c̃.]Gor.i.a loco
illo ad aliū[vidit alios duos fratres iacobum ze
bedei ⁊ iohem fratrē ei⁹ in naui cū zebedeo p̄re
eoꝝ reficiētes rhetia ſua]Unde Criſ.i.reparā-
tes qđ maxie eſt pauptatꝭ indiciū.vetera repara-
bāt.qa noua vnde emerēt nō habebant[⁊ voca-
uit eos]Gor.duos vocat ⁊ deſtinat.vt pȝ Luc.x.
Primo ꝓpter duos pplos ꝯuertēdos.ſcȝ iudeo-
rū ⁊ gētiliū.Secūdo ꝓpt duplicē ſalutē.ſcȝ cor-
poris ⁊ aie.Tertio ꝓpter teſtimonij veritatē.vt
patet Deut.xix.In ore duoꝝ ſtat omē teſtimoniū
[Illi aūt ſtatim relictis rhetib⁹ ⁊ patre ſecuti ſūt
eum]Sed q̃rit hic quō iſti apl̄i relictꝭ oīb⁹ ſe-
cuti ſunt eū.Dicēdū ſm Ly.ꝙ in xp̄o erat virtus
diuinitatꝭ.⁊ iō ſicut poterat exteri⁹ vocare ꝑ vocē
ita potuit interi⁹ attrahere ꝑ volūtate ſua ꝑ īſpi-
ratiōem.Itē notādū ꝙ xp̄s ſimplices piſcatores
poti⁹ ꝯſtituit apl̄os ⁊ p̄dicatores euāgelij ꝙ lit-
teratos vt fides euāgelij magis attribueretꝭ ſapi
entie diuine ꝙ hūane.

In die ſancti Nicolai.

In illo tempore. Dixit ie-
ſus diſcipulꝭ ſuis. Sit lū-
bi veſtri p̄cīcti. ⁊ lucerne
ardētes ī māib⁹ vr̄is. ⁊ vos ſi. ⁊c.

Hoc euāgeliū quere infra in cōmuni ſctōꝝum.

In feſto ſancti Thome apoſtoli.

In illo tempore. Thomas
vn⁹ ex duodecim q̄ đr di
dim⁹ n̄ erat cū eis qn̄ ⁊c.

Hoc euangeliū cum ſua poſtilla q̃re ante in do-
minica octaua paſce.

In die ſancti Stephani prothomartyris.
Euangeliū ſm Math.xxiij.

In illo tp̄e. Dixit ieſus
turbis iudeoꝝ ⁊ p̄cipi-
b⁹ ſacerdotū. Ecce ego
mitto ad vos ꝓphās ⁊ ſapientes
⁊ ſcribas:⁊ ex illis occidetꝭ ⁊ cruci
figetꝭ ⁊ ex eis flagellabitꝭ in ſyna-
gogis veſtris:⁊ perſequimini đ ci-
uitate in ciuitatem: vt veniat ſup
vos omīs ſanguis iuſtus qui effu
ſus eſt ſup terraȝ a ſanguine abel
iuſti vſq; ad ſanguinē zacharie fi-
lij barachie quem occidiſtis inter
templum ⁊ altare. Amen dico vo
bis. venient hec omīa ſuper gene-
rationē iſtam. Hieruſalem hieru-
ſalem que occidis prophetas ⁊ la
pidas eos qui ad te miſſi ſunt. quo
tiens volui cōgregare filios tuos
queādmodum congregat gallina
pullos ſuos ſub alas ⁊ noluiſti. ec
ce relinquetur vobis dom⁹ veſtra
deſerta. Dico eñ vobis nō me vi-
debitꝭ ammodo donec dicatꝭ. Be-
nedictus qui venit in nomine do-
mini.

Poſtilla.

Dicebat ieſus turbis iudeorū.
Math.xxiij.Luc.xi.Hiſtoria hui⁹ euāgelij facta
eſt āno chriſti.xxxiij.xi.kaleñ.aprilis.feria.iij.lu-
na.xij.indictione.vi.Ante initium illius euāgelij
ſcribit ſanct⁹ Math.in eodē capl̄o ꝙ xp̄s male
dixit ſcrib̄ ⁊ phariſeis dicēs.ve vob̄ ſcribe ⁊ pha
riſei ⁊ hypocrite qui clauditis regnum celorum
ante homies.vos eñ nō intratis nec introeūtes
ſinitis intrare.Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei ⁊ hy-
pocrite qui decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ ciminuȝ
⁊ reliquiſtis que grauiora ſunt legis.iudicium
miſcďiam ⁊ fidem.Hec oportuit facere ⁊ illa nō
omittere.Duces ceci excolentes culicem came-
lum autē glutientes.Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei
⁊ hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris dealba
tis que a foris apparent hominibus ſpecioſa:in
terius vero ſunt plena oſſib⁹ mortuoꝝ ⁊ oī ſpur-
cicia.Sic ⁊ vos a foris q̇dem apparetꝭ hominib⁹
iuſti:intus aūt eſtis pleni hypocriſi ⁊ iniquitate
Tūc poſtmodū ſeq̇tur euāgeliū hodiernū.[dice
bat aūt ieſus turbis iudeoꝝ ⁊ p̄ncipibus ſacer-
dotum.Ecce ego mitto ad vos]Gorra.inſtruen
dos ⁊ reuocandos ad me.[prophetas ⁊ ſapien-
tes ⁊ ſcribas]Ly.quia in diſcipulis chriſti mul-
ti habuerunt ſpiritum propheticum.ſicut iohes
euāgeliſta.vt patet in Apoc.Aliq̄ etiā fuerūt ſcri-

be. ſicut quattuoꝛ euágeliſte q̇ ſcripſerūt v̾ba ꝛ fa
cta chꝛiſti. ꝛ etiá apl̃i q̇ ſcripſerūt ep̃las ad iſtru-
ctióẽm populi chꝛiſtiani. Fuerūt etiaꝫ ſapientes
q̇a de diuinis ꝛ celeſtib⁹ a deo illūmati [ꝛ ex eis
occidetis] q̇a iacob⁹ frater iohánis ab eis ẽ occi
ſus. vt patet Act. x. Et ſanct⁹ ſtephan⁹ lapidat⁹
vt pꝫ Act. viij. ꝛ multi alij [ꝛ crucifigetis] vt petrū
ꝛ andreá fratrẽ eius. ꝛ philippū apl̃m ꝛ multos
alios [ꝛ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris] ꝫ
patet in actib⁹ apl̃oꝝ vbi dr̃ ꝙ oēs apl̃i ſimul
fuerūt flagellati a iudeis ꝛ ꝓhibiti ne p̄dica-
rent in noīe ieſu. Act. iiij. Et petr⁹ r̃ndit. d. opꝫ
deo plus obedire ꝙ̄ hoib⁹ [ꝛ ꝑſeq̇mini de ciuita
te in ciuitatẽ] In ſignū hui⁹ xp̃s diſcipulis ſuis
dixit. Joh. xv. Si me ꝑſecuti ſunt ꝛ vos ꝑſequẽt
nō eſt ſeru⁹ maioꝛ dn̄o ſuo. Item xp̃s dixit diſci-
pulis ſuis. Math. x. Cum vos ꝑſecuti fuerint in
vna ciuitate fugite in aliá [vt veniat ſup vos] id
eſt gñatióẽm iſtá [oĩs ſanguis iuſt⁹]. i. debita
vltio ꝓ effuſione ſanguis iuſtoꝝ [q̇ effuſus eſt ſu
per terrá a ſanguie abel iuſti] quẽ frater ſu⁹ cayn
occidit: nō q̇a de⁹ reſpexit ad abel ꝛ ad mūera ei⁹
ꝫ ad cayn ꝛ munera ei⁹ nō reſpexit [vſq̄ ad ſan-
guinẽ zacharie filij barachie quẽ occidiſtis] ꝓ-
pterea q꞉ arguebat ex iuſſu ꝛ inſpiratōe dei regẽ
iſrahel cū ppl̃o ſuo. vt habetur. ij. Paralip. xxiiij
Spũs dn̄i induit zachariá filiū ioiade ſacerdotẽ.
ꝛ ſtetit in ↄſpectu ppl̃i dicẽs. Quare tranſgredi
mini p̄ceptū dn̄i. ꝛ congregati aduerſus eū mi
ſerūt lapides iuxta p̄ceptū legis ꝛ ipm̄ occiderūt.
[inter tẽplum ꝛ altare] ſcꝫ holocauſtoꝝ qḋ erat
extra templū. i. in atrio templi. Notandū ſm̄ Ly.
ꝙ abel fuit ſimplex homo paſtoꝛ ouiū ꝛ illittera-
tus. zacharias fuit l̃ratus ꝛ legiſperitus. ꝑ hos
eñi duos intelligūtur oēs iuſti ab eis occiſi. ꝛ
eſt ſenſus vt veniat ſup vos oĩs ſanguis iuſt⁹
q̇ effuſus eſt a ſanguie abel iuſti vſq̄ ad ſangui-
nẽ zacharie filij barachie. i. ſanguie iuſti minimi
vſq̄ ad ſanguinẽ maximi iuſti [Amẽ] Ly. i. fide-
liter [dico vobis veniẽt hec oĩa ſup gñationem
iſtá] id eſt ſup populū iudaicū. q̇a ꝓ criminibus
iſtis punit⁹ eſt multipl̃r diuerſis tp̃ib⁹ [Jeruſa-
lem hieruſalẽ] hic ponit̃ cōtinẽs ꝓ cōtento: quia
frequẽter dr̃ ciuitas hoc facere qḋ populus in ea
habitás facit [que occidis ꝓphetas] Ly. i. con-
ſueuiſti occidere [ꝛ lapidas eos qui ad te miſſi
ſunt] id eſt ad inſtructióẽm tuá. ſicut pꝫ in anti-
q̇s ꝓphetis [Quotiẽs volui congregare] Lyra.
ſub cultu vnius dei ꝑ fidẽ ꝛ charitatẽ [filios tu-
os] id eſt iudeos [quẽadmodū congregat galli-
na pullos ſuos ſub ala] Ponit hic exemplum de
gallina: ad oſtendẽdū affectū ſuū ad populū ſuū
Inter alias aues gallina videtur magis affici
ad conſeruatióẽm ꝛ nutritióẽm pulloꝝ. Vñ am-
broſius. Hec auis tá magnū affectum habet ad
pullos vt eoꝝ infirmitate affecta infirmetur. ꝛ
eos alis ſuis p̄tegẽs contra miluū pugnet. [ꝛ
noluiſti] Ly. quia prophetas ad eos miſſos con
tempſerunt. ꝛ poſtea ſanctum Johannẽ bapti-
ſtam ꝛ vltimo dominū noſtrum Jeſum chꝛiſtū
cum diſcipulis ſuis contempſerunt. Propter qḋ
ſubditur hic pena [Ecce relinquetur vobis do-
mus veſtra] Lyra. id eſt templum ꝛ ciuitas [de
ſerta] ſcꝫ propter deſtructionem ciuitatis ꝛ tem-
pli que facta eſt per Tytum ꝛ Veſpaſianum in
vindictam moꝛtis chꝛiſti ꝛ ſuoꝛum prophetaꝝ
ꝛ etiam apoſtoloꝛum. [dico enim vobis non me
videbitis amodo] Lyra. id eſt tempoꝛe paſſio-
nis chꝛiſti que de proximo imminebat futura qñ
chꝛiſtus dixit illa verba [donec dicatis. benedic-
tus qui venit in nomine domini] Lyra. hoc erit
quando chꝛiſtus veniet ad iudicium. Tunc eniꝫ
iudei qui in fine mundi credituri ſunt in chꝛiſtū
quando cognoſcent ſe ab antichꝛiſto eſſe decep-
tos: tunc tp̃is laudabunt ꝛ ↄfitebūtur chꝛiſtum.

In die ſancti Johánis euangeliſte euágeli
um ſm̄ Johannem. xxi.

In illo tẽpoꝛe. Dixit Je
ſus petro. Sequere me.
Conuerſus Petrus: vi-
dit illum diſcipulum quem dilige-
bat ieſus ſequentem: qui ꝛ recubu
it in cena ſuper pectus ei⁹ ꝛ dixit:
Domine quis eſt qui tradet te. Hūc
ergo cum vidiſſet petrus: dixit Je
ſu Domine hic autẽ quid. Dixit
ei ieſus. Sic eum volo manere do
nec veniam. Quid ad te: tu me ſe
quere. Exiuit ergo ſermo iſte int̃
fratres quia diſcipul⁹ ille nō mo-
rit̃. Et nō dixit ieſus non moꝛitur
ſed ſic eum volo manere donec ve
niam. Quid ad te. Hic eſt diſcipu
lus ille qui teſtimonium perhibet

de his ⁊ ſcripſit hec. ⁊ ſcim⁹ q̇a ve-
rum eſt teſtimoniū ei⁹. Poſtilla.

Dixit ieſus petro. Sequere me.
⁊c̄. Joh. xxi. Hiſtoria hui⁹ euāgelij facta ē anno
xp̄i. xxxiij. nonas apꝛil. feria. iij. luna. xxvi. indicti-
one. vi. Ante initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſanctus
Joh. in eodē caplo. ꝙ xp̄s poſt reſurrectiōez ſu-
am dixit Petro. Amē amē dico tibi: cū eſſes iu-
nioꝛ cingebas te ⁊ ābulabas q̇ volebas. cū autē
ſenueris extēdes man⁹ tuas ⁊ alius te cinget ⁊
ducet quo tu nō vis. hoc aūt dixit ſignificās qua
moꝛte clarificatur⁹ eſſet deū. ⁊ hoc cū dixiſſet: di-
xit ei [Seq̄re me] tho. ſcz ad paſſionez volūtarie
q.d. Non timeas moꝛi ꝓ me. q̇a ego pꝰs pꝛo te
moꝛtu⁹ ſum [Cōuerſus petr⁹ vidit illū diſcipulū
quē diligebat ieſus ſequētē] Ly. q̇a ceperat ire
poſt xp̄m ſicut ⁊ petr⁹ [q̇ ⁊ recubuit in cena ſuꝑ
pect⁹ ei⁹ ⁊ dixit]. i. ſuadēte petro ſilueſter interro-
gauit [Dn̄e q̇s eſt q̇ te tradet. Hūc cū vidiſſet pe-
trus dixit. Dn̄e hic aūt q̇d] Diligebat aūt petrus
iohēm ſpeciali dilectiōe. Et cū intellexiſſet ex v̄-
bis chꝛiſti quādo dixit ei. Sequere me. ſcz in eo-
dē genere moꝛt ꝙ eſſet ꝓ chꝛiſto crucifigēd⁹: ſol-
licitatꝰ ⁊ querit de fine iohis. hic aūt q̇d. ſcz ſuſti-
nebit. nūq̇d occidetꝰ. nūquid crucifigetꝰ ſic ⁊ ego
Ly. q.d. bonū eſſet vt iſte adiūgeretꝰ mihi ſocius
[Dixit ei ieſus. Sic eū volo manere] tho. i. ad ſe-
nīū venire [donec veniā] Ly. ad vocandū eū ad
gloꝛiā celeſtē de ſtatu hui⁹ mūdi. Habetꝰ em̄ in le-
gēda ſancti Johis ꝙ xp̄s apparuit ei circa finē
vite ſue: vocās eū ad gloꝛiā [Quid ad te] Ly. q:
ad petrū nō ꝑtinebat ſcire q̇d de⁹ oꝛdinabat de
iohāne in futurū. ſicut dictū eſt aplis. Act. i. Nō
eſt veſtrū noſſe tp̄a vel momēta q̄ pater poſuit i
ſua ptāte: ſ; tantū ꝑtinebat ad ipm v̄bo xp̄i ꝓm-
pte ⁊ hūilitꝰ obedire. ideo ſubdit [tu me ſeq̄re] q̄
ſi diceret ſm Aug. Nolo eū ſeq̄ me per crucem ⁊
paſſionē ſicut tu me ſeq̄ris: ſ; manere in carne do-
nec veniam recepturus eum in eternam beatitu-
dinē [Exijt ergo ſmo iſte inter fratres] Lyra. id
eſt aplos q̇ erant vniti in charitate fraterna [ꝙ
diſcipul⁹ ille nō moꝛitur] tho. putauerūt ꝙ domi-
nus dixerit eum ſic debere manere. i. ſemꝑ viuere
⁊ nō eſſe moꝛiturū donec veniet xp̄s ad iudiciuz
Unde ꝙ nō eſſet ſic intelligēdū ipe iohes conſe-
quēter declarat cum dicit [Et nō dixit ieſus quia
nō moꝛitur] Ly. q̇a ſm veritatē moꝛtu⁹ eſt ꝑ ſe-
parationem anime a coꝛpe: q̇a q̇libet hō debitoꝛ ē
moꝛtis ex ꝑmoꝝ parentū tranſgreſſiōe: ſm ꝙ di-
ad Heb. ix. Statutū eſt omibus hoibus ſemꝰ moꝛi
[ſ; ſic eum volo manere] lyra. hoc eſt nō ꝑ marty-
rium me ſeq̄: tamen q̇a in eo fuit ꝓmptitudo ad
tollerandū martyriū quādo fuit ꝓiect⁹ in feruen-
tis olei doliū. ideo illud ꝓ martyrio ab eccl'ia co-
litur. q̇a ſm ꝙ dicit btūs Aug⁹. nō eſt impar me-
ritū patiētie in iohāne q̇ paſſus nō eſt martyrio.
⁊ in petro q̇ paſſionē ſuſtinuit [donec veniā] ly.
aſſumēs aiaz eius a coꝛpe: abſq; tamē anguſtia
⁊ doloꝛe. q̇a iohānes doloꝛem moꝛt nō ſenſit ex
ſpeciali ꝑuilegio in ſignū integritatis v̄ginalis.
[Hic eſt diſcipulus ille] lyra. ſcz iohānes [q̇ teſti-
moniuz ꝑhibet de his] ſcz q̄ vidit ⁊ audiuit [Et
ſcripſit hec] lyra. Modus em̄ antiq̄ꝝ fuit ꝙ illi
ſcribebāt hiſtoriā q̇ vidiſſent. ⁊ ideo dꝛ hiſtoria
ab hiſtoꝛin qđ eſt videre. ⁊ ideo iohānes que vi-
dit ⁊ audiuit. ſcz v̄ba ⁊ facta xp̄i cōuenientiſſime
potuit ſcribere [Et ſcim⁹ q̇a verū eſt teſtimoniū
eius] tho. cui vtriq; credendū eſt

In die Innocētū. Euāgeliuz ſm Math. ij.

In illo tempoꝛe. Angel⁹
domini apparuit in ſom-
nis ioſeph: dicens. Sur-
ge ⁊ accipe puerū ⁊ matrem ei⁹ et
fuge in egyptuz: ⁊ eſto ibi vſq; dū
dicā tibi. Futurū eſt em̄ vt hero-
des querat puerū ad ꝑdendū euꝫ
Qui conſurgēs accepit puerum ⁊
matrē ei⁹ nocte: ⁊ ſeceſſit in egyp-
tum ⁊ erat ibi vſq; ad obitū hero-
dis: vt adimpleretꝰ qđ dictū eſt a
dn̄o ꝑ ꝓphetā dicētē. Ex egypto
vocaui filiū meum. Tūc herodes
vidēs quoniā illuſus eēt a magis
irat⁹ eſt valde. Et mittēs occidit
oēs pueros q̄ erāt in bethleem
⁊ in omib⁹ finib⁹ ei⁹ a bimatu ⁊ in-
fra: ſm tēp⁹ qđ exq̄ſierat a magis
Tūc adimpletū eſt qđ dictū ē per
Jeremiā ꝓphetā dicentē. Vox in
rama audita eſt ploꝛat⁹ ⁊ vlulat⁹

multus. Rachel plorãs filios ſu-
os: ⁊ noluit conſolari: quia nõ ſũt.

Poſtilla.

Ecce angelꝰ domini apparuit
Math. ij. Hiſtoria huiꝰ euangelij facta ē anno
xp̄i p̄mo vſuali. p̄die nonas. Februarij. ſabbato.
luna. xiij. indictiõe. iiij. Ante initiũ illiꝰ euãgelij
ſcribit ſanctꝰ Math. in eodẽ capl'o. ꝙ tres ma-
gi accepto r̃nſo in ſomnis ne redirẽt ad herodẽ
ꝑ aliã viam reuerſi ſunt in regionẽ ſuã. Qui cũ
receſſiſſent [Ecce angelꝰ dñi apparuit ioſeph in
ſomnis dicẽs. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrem
eiꝰ ⁊ fuge in egyptũ: ⁊ eſto ibi vſ꜋ dũ dicã tibi.
Futurũ em̃ eſt vt herodes querat puerũ ad per-
dendũ eũ] Ly. Deus p̄uidens ꝑſecutiõem hero-
dis ꝑ angelũ ãmonuit ioſeph vt puerũ in egyp-
tũ portaret. Ad cuiꝰ intellectũ notandũ ꝙ hero-
des credidit p̄mo magos fuiſſe deluſos ex appa-
ritiõe ſtelle fantaſtice. ⁊ ideo tũc nõ curauit ď pu
eri inq̃ſitiõe. ſ; poſtea oblato puero in templo in
die purificatõis: ⁊ a ſymeone iuſto p̄dicato ⁊ ma
nifeſtato: ⁊ etiã ab anna ꝓphetiſſa corã toto po-
pulo. vt pꝫ Luc. ij. Tunc fama pueri nati creſcẽ-
te voluit herodes ip̄m perdere. Sed iterũ ieſus
portatꝰ eſt ꝑ ioſeph in egyptũ. vnde ſeq̃t. [Qui
ↄſurgẽs accepit puerũ ⁊ matrẽ eius nocte] Ly.
ꝓpter timorẽ herodis: vt negociũ fieret magis oc-
cultũ [⁊ ſeceſſit in egyptũ: ⁊ erat ibi vſ꜋ ad obi-
tũ herodis] ſcꝫ ꝑ ſeptẽ annos [vt adimpleretur
qđ dictũ eſt a domino ꝑ ꝓphetã] Oſee. xi. [dicẽ-
tẽ. Ex egypto vocaui filiũ meũ. Tũc herodes vi-
dens ſe illuſum a magis] Hor. q̃a nõ redierũt ad
ip̄m [iratus eſt valde] timẽs regnũ ſuũ perdere.
[Et mittẽs occidit] id eſt occidere iuſſit [omnes
pueros q̃ erãt i bethleẽ iude: ⁊ oĩb' finibꝰ eiꝰ]
Hor. vt xp̄s nõ effugeret [abimatu ⁊ infra] Hor.
id eſt a biennio ⁊ minꝰ: ſcꝫ oĩes pueros maſcu
lini ſexus q̃ habebãt duos annos vel minꝰ. No-
tandũ ꝙ occiſio puerorũ facta eſt poſt annũ ⁊ q̃t
tuor dies a natiuitate xp̄i. q̃a herodes fuit impe-
ditꝰ ab executione huiꝰ facti. q̃a fuit citatꝰ ad cu
riam romanã ad petitiõẽ filiorũ ſuorũ ip̄m accu
ſantiũ. poſt꜓ fuit reuerſus ⁊ in regno ↄfirmatꝰ:
tũc impleuit de nece puerorũ quod p̄us cõcepit.
[Tunc adimpletũ eſt qđ dictũ eſt per Jeremiã
ꝓphetã dicẽtẽ. Vox in rama] i. in excelſis [audi
ta eſt: ploratꝰ] Hor. q̃tũ ad fletũ puerorũ [⁊ vlula
tus] q̃tũ ad fletũ matrũ. Paruuli em̃ vnũ patie-
bant dolorẽ. ſ. ꝓpriũ. ſed matres duplicẽ, ſcꝫ pro
priũ ⁊ alienũ [Rachel plorãs filios ſuos] Hor.
ꝑ Rachel intelligitur bethleem: q̃a rachel ſepul
ta fuit iuxta bethleem. vt patet Gen. xxv. ⁊ iõ rati
one ſepulture dicta eſt mater ip̄ius bethleẽ ⁊ ha
bitãtiũ in ea [⁊ noluit conſolari: q̃a nõ ſunt] lyra
ſubintelligitur viuẽtes.

In feſto conuerſionis Pauli. Euangelium
ſm Matheum. xix.

In illo tẽpore. Dixit ſy-
mon petrꝰ ad ieſum. Ec-
ce nos reliquimꝰ oĩa:
⁊ ſecuti ſumꝰ te: quid ergo erit no-
bis. Jeſus autẽ dixit ill'. Amen di-
co vob. ꝙ vos qui reliquiſtꝭ oĩa:
⁊ ſecuti eſtis me: in regeneratiõe
cum ſederit filiꝰ hoĩs i ſede ma-
ieſtatꝭ ſue: ſedebitꝭ ⁊ vos ſuꝑ ſedes
duodeci iudicãtes duodecim tribꝰ
iſrahel. Et oĩs qui reliquerit do-
mũ vel fratres aut ſorores: aut pa-
trem aut matrẽ: aut vxorẽ: aut fili-
os: aut agros ꝓpter nomẽ meum:
centuplum accipiet ⁊ vitã eternã
poſſidebit. Poſtilla

Ecce nos reliquimus omnia.
⁊c. Math. xix. Hiſtoria huiꝰ euãgelij facta eſt an
no xp̄i. xxxij. v. kal'. octobris. dñica. luna. xiij. indicti
one. v. An initiũ illiꝰ euãgelij ſcribit ſctũs Ma-
theus in eodẽ cap. ꝙ xp̄s dixit diſcipul' ſuis. amẽ
dico vob: q̃a diues difficile intrabit in regnũ ce-
lorũ. Et iterũ dico vobis. Facilius eſt camelũ ꝑ
foramẽ acus trãſire q̃ diuitẽ intrare in regnum
celorũ. Auditꝭ aũt his diſcipuli mirabantur valde
dicẽtes. Quis ergo poterit saluꝰ eſſe. Aſpiciens
aũt ieſus ait ill'. Apud hoĩes hoc impoſſibile
eſt: apud deũ aũt oĩa poſſibilia ſunt. Tunc re-
ſpõdens petrꝰ dixit ei [Ecce nos reliq̃mus om-
nia] Hor. Quõ aũt reliq̃t oĩa q̃ nõ oĩa: imo
valde pauca habuit. Reſpõdet oĩa reliq̃t qui
nihil ſibi retinuit. oĩa reliq̃t q̃ volũtatẽ haben-
di dimiſit que eſt capax omniũ volitorũ. Nẽo enĩ
oĩa habere põt. velle aũt poteſt [⁊ ſecuti ſumꝰ
te. q̃d ergo erit nob] Ly. in p̄emij retributiõe ꝑ
tali volũtaria paupertate. Chriſtus r̃ndet. [Amen

dico vobis: ꝙ vos q̄ reliq̄ſtis om̄ia ⁊ ſecuti eſtis
me: in regeneratiōe] id eſt in iudicio tempe reſur
rectionis mortuoꝝ [cum ſederit filius hominis]
Ly. qa ſicut in forma hominis iudicatus eſt co-
ram pylato. ita in forma humana iudicabit. ſicut
dicitur Act. i. Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vob
in celum ſic veniet. ſcʒ ad iudicium: qa ſicut i hu
manitate aſcendit: ita in humanitate deſcēdʒ ad
iudiciū [in ſede maieſtatis ſue] Ly. In pmo em̄
aduentu ſedit in ſede humilitatis. ſed in ſecūdo
aduētu ſedebit in ſede maieſtatis ꝑ manifeſtaʒ
potentiam [ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes. xij. iudi
cantes. xij. tribus iſrahel]. Aduertendūʒ hic ſʒ
lyra. ꝙ iudicare accipitur tripliciter. Uno modo
pncipaliter: ſicut iudex qui profert ſniam. ⁊ hoc
modo ſolus xp̄us iudicabit. Alio modo pro ſede
re in loco eminēti iuxta iudicem ſicut aſſeſſores
iudicis. ⁊ hoc modo apoſtoli ⁊ alij perfecti cum
chriſto iudicabūt. Tertio modo accipitur large
ſcʒ ſniam iudicis approbare. ⁊ hoc modo om̄es
electi iudicabūt: qa ſentētiā iudicis approbabūt.
[Et om̄is qui reliquerit domū] Hor. ſcʒ ꝓpriam
[vel fratres vel ſorores] q̄tum ad ꝓpinquos no
bis pares [Aut patrem aut matrem] q̄tuʒ ad ſu
periores [aut vxorem] q̄tū ad collaterales [aut
filios] q̄tum ad inferiores [aut agros] id eſt ſub
ſtantiam [propter nomē meum] inuocandū: pre
dicandum defendendū. vnde Act. xx. dicit apl'us
Paulus. Ego non ſolum alligari ſed mori para
tus ſum in hieruſalem ꝓpter nomen domini no-
ſtri ieſu chriſti ⁊c̄ [centuplū accipiet] lyra. Qui
bona temporalia pro chriſto dimiſerit bona gra
tie recipiet hic: que ita excedunt bona tempora-
lia ſicut centenarius numerus excedit vnitateʒ.
[⁊ vitam eternaʒ poſſidebit] ſcilicet i futuro.

In feſto purificationis Marie v̄ginis. euā
gelium ſm Lucam. ij.

In illo tempore. Poſt-
ꝙ impleti ſunt dies pur
gationis Marie ſm le-
gem moyſi tulerunt Jeſum i hie-
ruſalem vt ſiſterent eum domino
ſicut ſcriptum eſt in lege domini:
Quia om̄e maſculinum adaperi-
ens vuluā ſanctū dn̄o vocabitur.
Et vt darent hoſtiā ſm qd̄ dictuʒ
eſt in lege dn̄i: par turturū aut du-
os pullos colūbarum. Et ecce hō
erat in hieruſalē cui nomē ſymeō
⁊ hō iſte iuſt⁹ ⁊ timorat⁹ expectās
ꝯſolationeʒ iſrahel ⁊ ſpūſſanctus
erat in eo. Et rn̄ſum accepat a ſpi
rituſctō nō viſurū ſe mortē. niſi p̄-
us videret xp̄m dn̄i. Et venit i ſpi
ritu in tēplū. Et cū induceret pu
erū ieſum parētes ei⁹: vt facerent
ſm ꝯſuetudinē legis ꝓ eo: ⁊ ipe ac
cepit eū i vlnas ſuas: ⁊ bn̄dixit eū
⁊ dixit. Nūc dimittis ſeruū tuū dn̄e
ſm verbū tuū in pace. Quia vide
runt oculi mei ſalutare tuuʒ. Qd̄
paraſti ante faciē omniū populo-
rū. Lumē ad reuelatiōem gētiū et
gloriā plebis tue iſrahel.

Poſtilla.

Poſtq̄ impleti ſunt dies pur-
gationis ⁊c̄. Luc. ij. Hiſtoria hui⁹ euangelij fctā
eſt anno chriſti pmo. iiij. nonas februarij. feria
v. luna. xi. indictione. iiij. Ante initium illius euā
gelij ſcribit ſanctus Lucas illud euāgeliū qd̄ fa
ctū eſt in die circūciſiōis. Poſtq̄ cōſūmati ſūt
dies octo vt circūcideretur puer: vocatum eſt no
men eius ieſus. qd̄ vocatū eſt ab angelo pu᷒q̄ in
vtero conciperetur. Et ſtatim ſeq̄tur euāgelium
hodiernū. [Poſtq̄ impleti ſunt dies purgatiōis
Marie ſm legem Moyſi] Notandūʒ ſm Hor.
ꝙ lex purificationis Leuit. xij. caplo. ꝙ mulier q̄
ſuſcepto ſemine peperiſſet maſculum immunda
eſſet ſeptem diebus ſeparata a conſortio homi-
nū. ⁊ die octaua circūcideret infantulus. ⁊ poſt
dictos dies ſeptem maneret mulier triginta trib⁹
diebus ſequētibus in purificatiōe ſanguinis ſui
abſtinens non a cōſortio hominū. ſed ab ingreſ-
ſu templi. ⁊ ſic die quadrageſimo offerebatur in
fans in templo ⁊ munera pro eo. Si aūt femina
peperiſſet mūda eſſet. xiiij. diebus. ⁊ in octuageſi
mo die purificabatur ſine oblatione ⁊c̄. [Tul'e-
rūt ihm] q̄drageſima die a natiuitate [i hieruſa-

lem]ſcʒ in templū parētes eiꝰ.ſcʒ Maria mat
eius.⁊ ioſeph pater eiꝰ putatiuꝰ[vt ſiſterēt euʒ]
id eſt offerrēt vel cōſecrarēt.vt dicit glo. interli.
[dño ſicut ſcriptū eſt in lege dñi.Quia oīe ma
ſculinū adaperiēs vuluā ſanctū dño vocabitur]
id eſt ꝑmo naſcēs.cuiuſmodi erāt ꝑmogeniti[⁊
vt darēt hoſtiā.ſicut ſcriptum eſt in lege dñi]ſcʒ
Leuit.xij.caplo[Par turturum aut duos pullos
colūbarū]Bor.iſta erat oblatio pauperū qui nō
poterāt habere agnū q̇ erat oblatio diuitū.Ve-
rūtamē ipa btā vgo ꝑcioſiorē agnū ſcʒ illū q̇ tol
lit pctā mūdi obtulit.Sciendū circa hoc ſm ly.
ꝙ btā vgo nō tenebat ad iſta que dicta ſunt de
purgatiōe:q̇a Leuit.xij.ſcribit.Mulier ſi ſuſce-
pto ſemine pepit maſculū imūda erit ſeptē diebꝰ
⁊c.Et ideo lex illa ligat tm̄ mulieres de virili ſe-
mine cōcipiētes qḋ nō habuit locū in btā virgi-
ne Maria.verum ſicut eius filꝰ circūcidi volu-
it ⁊ alia legalia ſeruare ex ſua hūilitate.q̄uis nō
teneret.ſic beata vgo que fuit humilima voluit
obſeruare[Et ecce homo erat in hieruſalē] que
eſt ciuitas ſancta[cui nomē ſymeon]lyra.Et q̄
patet eius fama.q̇a inter ſacerdotes erat famo-
ſus ⁊ noīatus[iuſtus]quo ad deū[expectās re-
demptiōem iſrahel]Bor.i.in deſiderio boni pro
miſſi[⁊ ſpūſſanctꝰ erat in eo]lyra.q̄tum ad grē
plenitudinē.quia habuit ſpeciales illūinationes
⁊ conſolationes diuinas[Et reſponſum accepit
a ſpūſancto]lyra.in orationibus ſuis deuotis ad
deum[nō viſurū ſe mortē]Bor.i.nō ſe experitu-
rū mortē carnis[niſi ꝑus videret xp̄m dñi].i.ve-
rū meſſiam in lege ꝓmiſſum[⁊ venit in ſpū in tē
plū]lyra.i.per reuelatiōem ſpūſſancti vt videret
chriſtum ſicut fuit ei ꝓmiſſum[Et cū inducerēt
puerū ieſum parētes eius]lyra.ad faciendū ea
que predicta ſunt ſm legē[⁊ ipe accepit eum in
vlnas ſuas]lyra.cuʒ maximo cordis gaudio[⁊
benedixit deum]gratias agendo de tāto benefi-
cio[⁊ dixit.Nūc dimittis ſeruū tuū dñe ſm vbuʒ
tuum in pace]lyra.i.de cetero dimittis me ď hac
vita tranſire in cordis quietē[Quia viderūt ocu-
li mei ſalutare tuū]Bor.id eſt chriſtū ſaluatorē.
Ly.Letanter eñ deſcēdere voluit ad lymbū pa-
trum ex quo ſciebat ſaluatoreʒ eſſe natum[Qḋ
paraſti ante faciē oīm populoꝝ]lyra.i.corā oīm-
bus populis q̇bus miſteriū incarnatiōis ⁊ redē
ptiōis ꝑdicatū eſt ꝑ aploſ.ſm qḋ ḋr in ps.xviij.
In oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ ⁊c.[Lume ad reue
latiōem gentiū]lyra.qui ꝑus errore tenebantur
[⁊ gloriā plebis tue iſrahel]Magna eſt eñ glo
ria iudeis ad chriſtū fidē cōuerſio.quia xp̄us ſm
carnē natus eſt de ipis.

## In feſto cathedre ſancti Petri.

IN illo tpe.Venit ieſus in ptes ceſaree philippi ⁊c.Hoc euāgeliū cū poſtilla ſua q̄re infra in feſto aploꝝ petri ⁊ pauli.

## In feſto ſancti Mathie apoſtoli.Euangelium ſm Matheum.ix.

IN illo tempore.Reſpōdens ieſus dixit.Confitebor tibi pater dñe celi ⁊ terre:quia abſcondiſti hec a ſapientibꝰ ⁊ prudentibꝰ:⁊ reuelaſti ea paruulis.Ita pater,quoniā ſic fuit placitum ante te.Omnia mihi tradita ſunt a patre meo ⁊ nemo nouit filium niſi pater.neq3 prēm quis nouit niſi filius:⁊ cui voluit filꝰ reuelare.Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis,⁊ ego reficiā vos.tollite iugū meū ſuper vos:⁊ diſcite a me:quia mitis ſum ⁊ humilis corde:⁊ inuenietis requiem animabꝰ veſtris.Iugum enim meum ſuaue eſt:⁊ onus meum leue.

Poſtilla.

Confitebor tibi pater dñe celi ⁊c.Math.xi.hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt anno xp̄i.xxxi.ydꝰ decēbris.luna.x.indictōe.iiij.Ante initiū illius euāgelij ſcribit ſanctꝰ Matheꝰ in eodē caplo.ꝙ chriſtꝰ dixit phariſeis ⁊ iudeis.venit eñ iohānes neq3 māducās neq3 bibēs.⁊ dicūt demoniū habet.Venit filꝰ hominis māducās ⁊ bibēs:⁊ dicūt:ecce homo vorax ⁊ potator vini:publicanoꝝ ⁊ peccatorum amicꝰ.Tūc poſt hec verba ſeq̄tur euāgeliū hodiernū[Cōfitebor tibi pater]Ly.i.ad gliam tuā declaro[q̇a abſcōdiſti hec]lyra.i.miſteria fidei[a ſapientibꝰ ⁊ prudentibꝰ]ſcʒ ſcribis ⁊ phariſeis in ſua ſapientia confidentibꝰ.Et iſti ſunt ſapiētes in oculis ſuis,ſ nō ſimplr̄[⁊ reuelaſti ea paruulis]lyra.i.hūilibus.Et ex hoc ptʒ ꝙ cauſa ex parte credentium

fuit eoꝝ humilitas q̄ ad veram ſapiam diſpōit. vt ḋ: Prouerb.xi. Ubi hūilitas ibi ſapia. Ex pte autē non credentiū fuit eoꝝ ſupbia que eſt exce catiua itellect⁹ [ita pater quoniā ſic fuit placituȝ ante te] Gloꝛ. ꝙ abſcōdiſti ab illꝯ ⁊ reuelaſti iſtis [Oia mihi tradita ſunt] Gloꝛ. i. dominiū ſup oia [Et nemo nouit filiū niſi pater] Gloꝛ. eſſentialiť: plene ⁊ pfecte. hoc dico ꝓpter homies q̄ cogno ſcunt p fidem [neqȝ prēm q̄s nouit niſi fili⁹] Li. q: xp̄s eſt mediatoꝛ dei ⁊ hoim. ideo noticia diui noꝝ ad nos deriuať p ip̄m. ⁊ ideo ſubdiť [⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare] Ly. Et q: dei fili⁹ eſt medi atoꝛ dei ⁊ hoim. ideo ſecure poſſum⁹ accedere ad ip̄m. vnde dicit [venite ad me oīs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos] Ly. in p̄nti p gra tiam ⁊ in futuro p gl̄iam. [Tollite iugū meū ſu per vos] Ly. i. legem euāgelicam [⁊ diſcite a me q: mitis ſum] Ly. nullū ledendo [⁊ humilis coꝛ de] neminem contēnendo [⁊ inuenietis requieȝ animab⁹ veſtris.] ſcȝ in p̄ſenti ⁊ in futuro. vnde aug⁹. in libꝛo cōfeſſionū. Inq̇etum eſt coꝛ meuȝ donec req̇eſcat in te. Que q̇dem q̇es hic inchoa tur: ſed in patria pficietur. vt patet Apocal̄. xiiij. Ammodo iam dicit ſp̄us vt requieſcant a labori bus ſuis [Iugū em̄ meū ſuaue eſt ⁊ on⁹ meū le ue] q: ſm ꝙ dicit̄. i. Iob. v. Mandata ei⁹ grauia nō ſunt. Quod exponēs aug⁹. dicit. ſcȝ amanti. Unde Raba. Quid xp̄i iugo ſuaui⁹. q̇d onere le uius. ſcȝ abſtinere a malo. bonū velle. oīs ama re. eterna ſeq̇. p̄ſentib⁹ non capi. nolle aliȷs facere quod non vis pati.

In feſto annūciatōnis marie virginis euan gelium ſm: Lucam. i.

In illo tēpoꝛe. Miſſus ē angel⁹ gabꝛiel a deo i ci uitateȝ galilee cui nomē nazareth ad virginē de ſponſatam viro cui nomē erat io ſeph de domo dauid: ⁊ nomē vir ginis Maria. Et ingreſſus ange lus ad eam dixit. Aue gratia plēa domin⁹ tecū: bn̄dicta tu in mulie rib⁹. Que cū audiſſet: turbata eſt in ſermone ei⁹: ⁊ cogitauit qualis eſſȝ iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti e nim graȝ apud deum. Ecce con cipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vo cabiſ nomē ei⁹ Jeſuȝ. Hic erit ma gnus: ⁊ fili⁹ altiſſimi vocabiť. Et dabit illi dn̄s de⁹ ſedem dauid pa tris eius: ⁊ regnabit in domo ia cob in eternū. ⁊ regni ei⁹ nō erit fi nis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud: quoniā viꝝ non cognoſco. Et rn̄dens angel⁹ dixit ei. Sp̄ūſſanct⁹ ſupueniet i te ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbꝛabit tibi. Ideoqȝ ⁊ qđ naſcetur ex te ſanctū vocabitur fili⁹ dei. Et ecce elyza beth cognata tua: ⁊ ip̄a cōcepit fi lium in ſenectute ſua. ⁊ hic menſis eſt ſext⁹ illi que vocať ſteril̄: quia non erit impoſſibile apud deū oē verbum. Dixit autem maria. Ec ce ancil la domini: fiat mihi ſcđm verbum tuum.

Poſtilla

Miſſus eſt angel⁹ gabꝛiel a do ⁊c̄. luc̄. i. Hiſtoꝛia hui⁹ euā. facta ė anno xp̄i pꝛio vſuali. viij. kalen̄. apꝛil̄. feria. vi. luna. xv. indictōe iij. Ante initiuȝ illi⁹ euāgeliȷ ſcribit ſctūs Luc̄. in eodem capl̄o: ꝙ angelus gabꝛiel appuit zacha rie in tēplo dicēs. Ne timeas zacharia qm̄ exau dita eſt depcatio tua: ⁊ vxoꝛ tua elizabeth pariet tibi filiū ⁊ vocabis nomen ei⁹ Johannes. ⁊ erit magn⁹ coꝛam dn̄o. vinū ⁊ ſiceram nō bibet ⁊ ſpi ritusſancto replebiť adhuc ex vtero matris ſue ⁊c̄. Et poſtmodū cōcepit elizabeth vxoꝛ ip̄i⁹: ⁊ occl̄ tabat ſe menſib⁹ quinqȝ dicens. Quia ſi fec̄ mi hi domin⁹ in diebus quibus reſpexit auferre ob pꝛobꝛiū meū inter homines. In menſe autem ſe xto. ſ. a conceptu pꝛecurſoꝛis [Miſſus eſt ange lus] Gloꝛ. i. nūcius vel legat⁹ [gabꝛiel] vnde Be da. Gabꝛiel foꝛtitudo dicitur. quia illū nūciabat q̄ debellare diabolū veniebat. [i ciuitatē galilee] Gloꝛ. in ciuitate cōcipi voluit. quia oīs hoies



CA UNIV

ad vnitatē ſupne ciuitatis vocare venit: ⁊ inha-
bitare fecit[cui nomē nazaret]vt adimpleret il-
lud ꝓpheticū Math.ij. Qm̄ nazareus vocabit
[ad virginē deſponſatā viro]Ly.hoc diuina or-
dinatōne factū eſt vt deſpōſaret anteꝗ impreg-
naret.Primo ex pte pueri:ne ab infidelibꝰ tanꝗ
illegittime natus abijceret. Unde dicit ambro.
ſup luc. Quid herodi:qd iudeis poſſet aſcribi ſi
natū ex adulterio videret pſequi.Itē vt puer na-
tus a ioſeph nutriret.vnde dicit pater eius.quia
nutritiꝰ eiꝰ fuit.Secūdo ex pte matris vt ſm am
broſiū p hoc ab infamia liberaret.Itē ſcd̄m hie
ronymū vt vgini a ioſeph exhiberet miniſteriū.
[cui nomē ioſeph de domo dauid ]ad oſtendendū
ꝙ xp̄s deſcēdiſſe de ſemine dauid. ſicut fuerat per
ꝓphetas pdictum.Nam maria ⁊ ioſeph cui de-
ſponſata fuit erāt de eadē tribu ſcʒ ipius Dauid.
Iungebant em̄ vt frequentiꝰ mulieres viris de
tribu ſua.[⁊ nomen vginis maria.]Ly.ꝙ āt hic
ponūtur tot noīa ꝓpria.ſ.angeli miſſi: vginis
ad quā miſſus fuit:ſponſi ſui ⁊ loci :hoc fuit ad
oſtendendū certitudinē hiſtorie[Et ingreſſus an
gelus ad eā] Bor.ex hoc patet ꝙ nō erat foris i
publico. Unde Bernardꝰ.ſup Miſſus eſt. dic:
ꝙ ingreſſus in ſecreto cubiculo vbi clauſo ſuper
ſe oſtio orabat patrē in abſcondito.Si em̄ cōce-
ptio pcurſoris fuit denūciata patri occupato i ſa
cro officio:vt habet Luc.i.multo ꝓbabilius eſt:
ꝙ oceptio ſaluatoris denūciata fuit vgini in de-
uotione ⁊ orōne actualiter exiſtēte:imo aliqui do
ctores volunt ꝙ beata vgo illud dictū ꝓpheticū
actu legit qd̄ habet Iſa.vij.Ecce vgo cōcipiet ⁊
pariet filiū.qn̄ angelꝰ ad eam intrauit dicēs[aue
gratia plena.] Qd̄ exponit hieron̄.in ſmone de
aſſumptōe.Et bn̄ plena.q: ceteris p partes pſta
tur grā Marie vo tota ſe ſimul infudit plenitu-
do gratie.Item iſta grā non ſolū impleuit eius
mentem ſ etiam ventrē inꝗtum ſingulari gra-
tia dei factū eſt vt conciperet ſaluatorem.[dn̄s te-
cum]Ly.non tm̄ per eſſentiā:potētiam ⁊ preſen
tiam qualiter ē in oībus rebꝰ.nec ſolum p gra
tiam eo modo quo eſt in ſanctis hoībus:ſ etiam
p carnis aſſumptiōem.q: corpꝰ deitati vnitū fuit
formatum de beate vginis puriſſimis guttis ſā
guineis:⁊ intra vginis viſcera latuit nouē men
ſibus[benedicta tu in mulieribꝰ]Ly.i.pre omni
bus mulieribꝰ.Nam ⁊ mulieres bn̄dicent in te
ſicut vir in filio.Bor.ſunt em̄ alique mulieres be
nedicte q: vgines:ſed nō fecunde.aliq fecunde.
ſed non virgines.ſed hec ſimul vgo ⁊ fecūda.[q
cū audiſſet turbata eſt ] Ly.btā virgo ſolita erat
videre angelos.ideo de appitione angeli nō fuit
admirata vel turbata:ſ de ſalutatōne inſolita. q:
nihil mirabiliꝰ eſt vere humili ꝙ ſua exaltatio.⁊
ideo cum beata vgo eſſʒ hūilima audiens ſalu-
tatiōnē tante excellētie turbata fuit.non turbati
one incredulitatis ſicut zacharias pater iohan-
nis baptiſte.vt dr̄ luce.i.ſed turbata fuit turbati
one admiratōnis:vnde ſeqtur.[turbata eſt i ſer-
mone eiꝰ]ſcʒ angeli:non autē in viſione.[⁊ cogi
tabat qualʼ eſſʒ iſta ſalutatio ]Ly.quādo em̄ tur-
bata fuit vginalem verecūdiam oſdit. Qr autē
cogitauit de ſalutatōne declarat prudētia Ma-
rie.⁊ ideo angelꝰ cōſolabat eam dicēs [Ne time
as maria]lyra.de ſalutatōne inſolita.[ inueniſti
em̄ grām apud dn̄m ]non ſolū ꝓ te ſ ꝓ toto gn̄e
humano[Ecce cōcipies i vtero]lyra.hec oceptio facta
eſt pvtutem ſpūſſancti intra vterū vginis corpꝰ
filij formant[⁊ paries filiū]ly.virgo pmanens i
partu ſicut ⁊ in oceptu[⁊ vocabis nomen eiꝰ ie-
ſum]lyra.non dicit impones.q: hoc nomen fuit
impoſitū a deo patre ſm qd̄ fuerat pdictū a deo
patre:vt habet Iſa.lxij. Uocabit tibi nomē no
uum quod os dn̄i nominauit.Sed illud nomen
fuit diuulgatū p angelum ipi marie ⁊ ioſeph.Je
ſus autē interptatur ſaluator.Unde de hoc ha-
bet Math.i.Uocabis nomē eius ieſum.ipſe
em̄ ſaluū faciet populum ſuū a peccatis eorum.
[hic erit magnꝰ]q: magnus dn̄s.vnde ps.xlvij.
Magnꝰ dominꝰ ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitu
dinis eius non ē finis[ ⁊ filius altiſſimi vocabi-
tur]lyra.id eſt ipiꝰ dei q ſolus eſt altiſſimꝰ.homo
em̄ altus eſt inter creaturas corporales.ſed āge-
lus altior: deus autem ſolus altiſſimus. Unde
in ps.lxij. Tu ſolus altiſſimꝰ in omi terra.[⁊ da-
bit illi dn̄s deus ſedē dauid pris eiꝰ. ⁊ regnabit
monia abiecta ſunt ꝑ ſuperbiā. Et ideo optet ho
mines illuc venire ꝑ viā contrariā. ſcȝ per hūili-
tatē. Ergo ſubdit chriſtus. [Quicunq̄ ergo hu-
miliauerit ſe ſicut paruulꝰ iſte. hic maior eſt i re-
gno celoꝝ] lyra. q. d. ille q̇ erit hic hūilior erit ma-
ior in regno celoꝝ. vt pȝ luce. xiiij. Qui ſe hūiliat
exaltabit̄ [Et q̇ ſuſcepit paruulū vnū talē in no-
mine meo] gor. i. ꝓpt̄ meū amorē [me ſuſcepit].
lyra. Nam q̇ recipit ꝓximū ꝓpt̄ xp̄m ꝺr xp̄m re-
cipe. Exēplum huiꝰ habemꝰ in legēda ſcti mar-
tini. vbi ꝺr ꝙ xp̄s ſe veſtitū oſtēdit illa ꝑte clami
dis quā btūs martinꝰ dederat paupi ꝓpt̄ xp̄um
[Qui autē ſcandaliſauerit vnū de puſillis iſtis]
lyra. ſcandaliſare aliquem eſt facere eum ruere i
peccatum mortale ex dicto vel facto ſuo malo. et
hoc eſt proprie inferre ei nocumentum ex parte
anime. quod eſt contra charitatem proximi. Et

ideo talis faciens aliuin ſic ruere. ſi facit hoc ex
intentione ſiue aduertentia ſemꝑ peccat morta-
liter. etiam ſi dictum vel factum ex quo alius ru-
it nō eſſet de genere peccati mortalis. ſicut dicēs
mendacium iocoſum mulieri intentiōe protrahē
di eam ad adulterium eſt peccatum mortale ex i
tentiōe finis. ergo dicit [qui ſcādaliſauerit vnū]
Gor. multo magis qui plures [de puſillis iſtis]
id eſt infimis. vnde Hiero. qui ſcādaliſatur recte
puſillus dicitur. quia qui magnus eſt. i. robuſtus
in fide ⁊ charitate moueri non poteſt. vt pȝ Pro
uerb. xij. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei ac
ciderit [Qui in me credunt] gor. magis eſt vitā-
dum ſcandalum fidelium q̄ infidelium [expedit
ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius] ly-
ra. euangeliſta ibi loquitur ad modum terre pa-
leſtinorū in qua condemnati ad mortem ligato
ſaxo ad collum precipitabantur in mare. Sen-
ſus eſt ergo [expedit ei] lyra. id eſt meliꝰ eſſet ho
mini mori corporaliter q̄ ex malo ſuo exēplo fa-
cere aliū ruere in peccatū mortale. q̇a ex hoc me
ret̄ mortē eternā que grauior eſt morte corꝑali.
[Ve mūdo ab ſcandalis] .i. mundanis homibꝰ
q̇ nō curāt ſcandaliſare ꝓximos. vt pȝ. i. Corinth.
viij. Si eſca mea ſcandaliſat ꝓximū meū nō mā
ducabo carnes in eternū [Neceſſe eſt em̄ vt ve-
niant ſcandala] lyra. nō ē neceſſitas abſoluta: ſꝫ
ex ſuppoſitiōe. Si em̄ homies volūt viuere mun
dane .i. in om̄ibꝰ volūtatē ſuā adimplere. neceſſa
rio ſeq̇tur ad hoc ſcādalū alioꝝ. q̇a nō formidant
ꝓximos ſcādaliſare [Verūtamē ve hoi illi per
quē ſcādalū venit] ſcȝ actiue ꝓximū ſcādaliſan-
do. [Si aūt manus tua vl̄ pes tuꝰ ſcādaliſat te]
lyra. i. tibi eēt occaſio ruine in peccatū ꝑ tactū in
honeſtū vl̄ ꝑ greſſum diſſolutū [abſcinde eū. ⁊ ꝓ
ijce eū abs te. Bonū eſt tibi ad vitā ingredi de
bilem vel claudū q̄ duas manꝰ vel duos pedes
habētē mitti in ignē eternū. Et ſi oculꝰ tuꝰ ſcan-
daliſat te erue eū. ⁊ ꝓijce abs te. Bonum eſt tibi
vnū oculū habētē in vitam intrare q̄ duos ocu-
los habentem mitti in gehennā ignis] lyra. nō
ꝙ aliquod membrū ſit amputandū ad vitandū
peccatū. membra em̄ corporis ſunt a deo data.
⁊ ideo nō eſt in poteſtate alicuius perſone abſci
dere ſibi membrū. ſicut nec ſeipſum occidere. tū
q̇a per hoc nō excluditur concupiſcētia interior
in qua viget peccatū. tum q̇a ꝑ aliā viam poteſt
melius obuiare peccato per rationem. ſcȝ vt libe
rum arbitrium cohibendo mēbrum a peccati ex
ercitio. ⁊ ſic dicitur manus abſcindi inquantum
ꝓhibetur ab illicito tactu. ⁊ pes prohibetur ab

illicito greſſu.oculus ab illicito viſu.⁊ iſta abſci
ſio eſt meritoria ⁊ laudabilis.nō aūt illa que eēt
ꝑ mēbroꝝ priuatiōem[videte ne cōdemnetꝭ vnū
ex his puſillis]Ly.qꝛ ꝙtūcūqꝫ hō ſit paru' in h
mūdo.tñ habet angelū ſibi aſſignatū a deo ad
ſui cuſtodiā.⁊ ideo ſi homines minimi ſic a deo
honorantur multo fortius a nobis ſunt honorā-
di.Jdeo ſubdit chriſtus[Dico em̄ vobis:qꝛ an-
geli coꝝ]ſcꝫ aſſignati ipſis[ſemꝑ vident faciem
patris mei]Ly.qꝛ ꝙtūcūqꝫ mittātur ad tēpora
liū rerū adminiſtratiōem:tamē ſemꝑ deo adhe-
rēt ꝑ apertam viſionem[qui in celis eſt]Ly.licet
em̄ deus ſit vbiqꝫ ꝑ eſſentiā.pñtiam.⁊ potentiaꝫ
tamen ſpecialiter dicitur eſſe vbi adeſt cum bea
tis per apertam viſionem.

Jn feſto ſancti Luce euangeliſte.

**JN illo tempe.Dixit Je
ſus diſcipulis ſuis.Hec
mādo vob̄ vt diligatꝭ in
uicē.Si mūd' vos odit ſcitote.⁊c.**

Hoc euangelium cum ſua poſtilla quere in com
muni ſanctoꝝ de apoſtolis.

Jn feſto ſanctorum Symonis ⁊ Jude apl̄oꝝ

**JN illo tempe. Vidēs ie
ſus turbas aſcēdit i mō-
tem.⁊ cum ſediſſet ac-
ceſſerunt ad euꝫ diſcipuli eius ⁊c.**

Hoc euangeliū cum ſua poſtilla quere in cōmu-
ni ſanctorum de martyribus.

Jn feſto omnium ſanctorum.

**JN illo tpe Vidēs ieſus
turbas aſcēdit in mōteꝫ**
⁊c.Hoc euāgeliū cū ſua poſtilla q̄-
re infra de pluribus martyrib'.

Jn feſto ſancti Martini

**JN illo tēpe. Dixit Je-
ſus diſcipulis ſuis. Sint
lūbi vr̄i pcincti ⁊ lu. ⁊c.**

Hoc euangelium cuꝫ ſua poſtilla quere infra in
cōmuni ſanctoꝝ de virginibus.

Jn feſto ſancte Katherine.

**JN illo tpe.Dixit Jeſus
diſ.ſu.parabolā hāc .Si-
mile ē regnuꝫ celoꝝ the-
ſauro abſcon̄.in agro.quē qui ⁊c.**

Cetera de ſanctis euangelia cum ipſoꝝum poſtil
la vide in cōmuni ſanctorum.

Jncipit poſtilla de cōmuni ſanctoꝝ.Et pri-
mo de apoſtolis.

**JN illo tēpore.Dixit Je
ſus diſcipulis ſuis.Hoc
eſt pceptum meū vt dili
gatꝭ inuicē:ſicut dilexi vos.Maio
rem hac dilectiōe nēo habet:vt a-
nimā ſuā ponat qs ꝓ amicis ſuis
Vos amici mei eſtis ſi feceritꝭ q̄
ego precipio vob̄. Jam nō dicam
vos ſeruos:qꝛ ſu' neſcit q̄d faci-
at domin' ei'.vos auteꝫ dixi ami-
cos.quia oīa q̄cūqꝫ audiui a pa-
tre meo nota feci vob̄.Non vos
me elegiſtis:ſed ego elegi vos:et
poſui vos vt eatꝭ ⁊ fructū afferatꝭ
⁊ fruct' veſter maneat.Et quod-
cunqꝫ petieritis patrem in nomi-
ne meo det vobis. Poſtilla.**

**Hoc eſt preceptum meū vt dili-**
gatis ⁊c. Joh.xv.Hoc euāgeliū dixit dn̄s ieſus
anno eius.xxxiij.ix.kalen̄.Aprilis.feria.v.Cene
dn̄i.luna.xiiij.indictiōe.vi.Ante initiū illius euā
gelij ſcribit ſanct' Johēs in eodē capl̄o.ꝙ xp̄us
dixit diſcipulis ſuis:Ego ſum vitis v̄a ⁊ vos pal
mites.q̄ manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructuꝫ
multū.qꝛ ſine me nihil poteſtis facere.Tunc ſe-
q̄tur euāgeliū hodiernū[hoc eſt pceptū meū vt
diligatis inuicē]Hoꝛ.nō verba vel lingua tantū
ſ ope ⁊ veritate[ſicut ego dilexi vos]ꝙ ipſe ope
dilexit eos:mōſtrat cū dicit[Maiorē hac dilec-
tione nēo habet vt aīam ſuā ponat q̄s ꝓ amicis
ſuis]Hoꝛ.q.d.nihil pl' poteſt facere ꝙ vitā da-
re que oīmibus eſt charior.vt pꝫ Ephe.v.Chri-
ſtus dilexit nos ⁊ tradidit ſemetipm ꝓ nob̄.Jte
Jere.xij.Reliq̄ domū meā.dimiſi hereditatē me
am in man' inimicoꝝ ei'[Vos amici mei eſtis
ſi feceritis que ego precipio vobis]Hoꝛ.ex amo
re vt amici:non ex timore vt ſerui[Jam non di-
cam vos ſeruos]Ly,timore ſeruili ſubiectos eē.

[q: ſeruus neſcit quid faciat dñs eius] Ly. Hoc videmus in humanis. Secreta em̄ reuelant̄ filijs cuiuſmodi erant apl'i qui xp̄o erant ſubiecti amore filiali. ideo ſubdit̄ [vos autē dixi amicos. q: oīa q̄cū𝑞; audiui a patre nota feci vob̄] hoc non ē intelligēdum de oibus ſimpl'r ⁊ abſolute. q: apoſtoli nō habuerūt tātam plenitudinē ſcie ſicut xp̄s: ſed eſt intelligēdum de oibus ꝑtinentibus ad eoꝝ ſtatū ꝟ que pertinēt ad eoꝝ ſalutez ⁊ fidei ⁊ moꝝ ꝑdicatōnem ⁊ eccl'ie gubernationem. [nō vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos]. ſ. ad apoſtolatū [⁊ poſui vos vt eatis] Tho. circueundo ꝑ mundū [⁊ fructum afferatis] ꝑ gētium cōuerſionē [⁊ fructus veſter maneat] Ly. q̇a fides eccl'ie manebit vſ𝑞; in finē mūdi q̄tūcun𝑞; tribulatōnibus impellat̄ [Et quodcū𝑞; petieritꝭ prēm in nomie meo] Gor. quod ſit ad verā ſalutem [det vobis] Tho. Nomē enim ipſi⁹ ē ieſus. id eſt ſaluator. Unde in nomie eius petit q̇ petit aliq̇d vt dirigēs ⁊ ꝓmouēs ad ſalutem vel ipā ſalutē in ſe. vt pꝫ Math. vi. Primū q̄rite regnū dei ⁊c̄.

Aliud euāgelium de apoſtolis.

In illo tempe. Dixit Jeſus diſcipul' ſuiſ. Hec mādo vob̄ vt diligat̄ inuicē Si mund⁹ vos odit: ſcitote quia me priorem vob̄ odio habuit. Si de mūdo fuiſſetꝭ: mūdus quod ſuū erat diligeret. quia vero de mundo non eſtis: ſed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mund⁹ Memētote ſermoniſ mei quem ego dixi vob̄: non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me ꝑſecuti ſunt: ⁊ vos perſequētur. Si ſermonem meū ſeruauerint: ⁊ veſtrum ſeruabūt. Sed hec oīa facient vob̄ propter nomē meum: quia neſciunt eum qui me miſit. Si nō veniſſem ⁊ locut⁹ fuiſſem eis: peccatum non haberēt. Nunc autē excuſationē non habent de peccato ſuo. Qui me odit: ⁊ patrē meum odit. Si opera nō feciſſem in eis que nemo alius fecit: peccatū nō haberēt. Nunc autē ⁊ viderunt ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrē meū. Sed vt impleatur ꝟmo qui in lege eorum ſcriptus ē: quia odio habuerūt me gratis.

Poſtilla.

Hec mando vob̄ vt diligatis inuicem ⁊c̄. Joh̄. xv. Hec verba ſacri euāgelij locutus eſt dñs ieſus anno eius. xxxiij. ix. kal'. apꝛil' feria. v. ſ. cene dñi. luna. xiiij. indictione. vi. Añ inītiū illi⁹ euangelij ſcribit ſanctus Johēs in eodē capl'o q̄ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. Ego elegi vos ⁊ poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fruct⁹ veſter maneat. Tunc ſeq̇tur euāge. hodiernū [hec mādo vobis vt diligatis inuicez] Tho. i. mutua dilectōne. eſt em̄ illud qđ ego ꝑ ceteris commendo ⁊ precipio [Si mūdus vos odit] lyra. hic accipit̄ ſi pro q:. q. d. q: futurū eſt vt mūdus vos odiat [ſcitote] lyra. ad ꝯſolatōem veſtrā [q: me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis.] Tho. i. de numero hoim mūdanoꝝ ⁊ amatorum mūdi [mūdus qđ ſuū erat diligeret] Thomas. i. amatores mūdi vos tāq̄ ſibi cōformes diligerēt ſimilitudo em̄ ⁊ cōueniētia eſt cauſa amoris. Eccl'. xiij. Oē aial diligit ſibi ſimile. [Quia vero de mūdo nō eſtis]. i. reb⁹ mūdi ꝑ amorē adherentes [ꝟ ego elegi vos de mundo ꝓpterea odit vos mūdus] Tho. i. mali hoies vos odiūt ⁊ ꝑſequūtur velut ꝯtēptores eoꝝ q̄ ipi amāt. Ly. diſſimilitudo em̄ eſt cā odij. Apl'i autē diſſiles erāt hoib⁹ mūdanis. ⁊ ideo ñ debebāt admirari ſi eos odio habuerūt [Memētote ſermonis mei quez ego dixi vobis. nō eſt ſeru⁹ maior dño ſuo. Si me ꝑſecuti ſunt: ⁊ vos ꝑſequētur] Tho. Si caput ꝑſecuti ſunt: perſequētur ⁊ mēbra. xp̄s aūt eſt caput aploꝝ. ⁊ ideo exēplo xp̄i debebāt patienter tolerare tribulatōnes ꝑſequētiū [Si ꝟmonem meū ꝟuauerint ⁊ vr̄m ſeruabūt] Tho. q. d. ſicut cōtēpſerūt ⁊ nō impleuerūt ꝟmones meos: ſic etiam nō implebūt vr̄os [ꝟ hec oia faciēt vobis ꝓpter nomē meū] Tho. i. ꝓpter amorē nomis mei [q̇a neſciūt eū q̇ me miſit] Ly. ſ. deuz patrē. lꝫ cognoſcerēt deū inq̄tum eſt pr̄ oim ꝑ creatōem: non tñ cognouerūt eū inq̄tū miſit filiū ſuū ad ſalutē credentiū. Jſta tñ ignorantia nō excuſabat eos in ꝑſe

cutione xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ. quia ꝓcedebat ex odio ⁊ inuidia [Si nō veniſſem] carnē aſſumēdo. [⁊ locutus eis fuiſſem] docēdo verbis ⁊ exēplis [peccatū non haberēt] ſcꝫ peccatū infidelitatis [nunc aūt excuſationē nō habēt de peccato ſuo.] Tho. q: veni ⁊ locut⁹ ſum eis veritatē [Qui me odit: ⁊ prēm meum odit] Tho. quoꝝ vna ē maieſtas. vn⁹ honoꝝ. vn⁹ amoꝛ ⁊ vnū odiū [Si opa non feciſſem in eis q̄ nemo ali⁹ fecit] Tho. vt ambulare ſup aquas: paſcere q̇nq; milia hoīm de q̇nq; panibus ⁊ duob⁹ piſcib⁹. Joh. v. Similr pꝫ in illūmatiōe ceci nati. Joh. ix. ⁊ in ſuſcitatōe lazari quatriduani. Joh. xi. [peccatū nō haberēt.] Tho. tam grāde [Nūc autē viderūt] Tho. opa ⁊ mirabilia que opatus ſum in eis [⁊ oderūt me ⁊ patrem meū] Ly. q: ex odio ad xp̄m ipi opera xp̄i attribuerūt beelzebub ṗncipi demonioꝝ. vt habet Math. xij. Sed vt impleat ſermo q̇ in lege eoꝝ ſcriptus ē] vt pꝫ in p̄s. xxxiij. [Quia odio habuerūt me gratis]. i. ſine cauſa. imo ecōtrario habebant cauſam amādi eum ex beneficijs eis impenſis in docendo eos: ⁊ ſanando eorum infirmos.

Aliud euangelium de apoſtolis ſcd̄m Johannem. xv.

# In illo tempe. Dixit Jeſus diſcipul' ſuis. Ego ſū vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Omnē palmitem in me non ferētem fructū tollet eum: ⁊ omnē qui fert fructū purgabit eū vt fructum pl⁹ afferat. Jam vos mūdi eſtis ꝓpter ſmonem quem locut⁹ ſū vob. Manete in me: ⁊ ego in vob. Sicut palmes non poteſt ferre fructū a ſemetipſo niſi manſerit i vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſū vitis: ⁊ vos palmites. qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū: q: ſine me nihil poteſtis facere. Si qs in me nō māſerit: mittet foras ſicut palmes ⁊ areſcet, ⁊ colligēt eū ⁊ in ignem mittent: ⁊ ardet. Si manſeritis in me ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcūq; volueritis petetis: ⁊ fiet vobis.

## Poſtilla.

Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus ⁊c. Joh. xv. Hoc ſacrū euāgeliū locutus ē dominꝰ ieſus anno eius. xxxiij. ix. kalē. aprilis. feria. v. cene dn̄i. luna. xiiij. indictōne. vi. Ante initium illius euāgelij ſcribit ſanct⁹ Johānes in ṗcedēti caplo q̄ xp̄s dixit diſcipul' ſuis. qui hꝫ mandata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. qui autem diligit me diliget a patre meo. Tūc poſtmodū ſequit euāgeliū hodiernū [Ego ſum vitis vera] lyra. Sicut enī vitis materialis habꝫ lignū vile ⁊ deſpectū ⁊ quaſi inutile videt: cum tn̄ fructus optimos habeat: ita xp̄s in humana natura videbatur abiectus vilis ⁊ deſpect⁹: ⁊ tamē ꝑ eius humanitatē ſecutus eſt fructus glorioſus. Vni⁹ enī nature ſūt vitis ⁊ palmites. ⁊ ideo xp̄s dicit vitis ratōne humanitatis: in qua natura ē fidelibus hoib⁹ ſimilis [⁊ pater me⁹ agricola ē.] tho. Sicut enī agricola colit vineā vel agrum vt fructificet: ſic deus aīam [oēm palmitem i me nō ferētem fructū] lyra. i. eos q̄ ſola fide ſunt adherentes xp̄o: ſ; non ꝑ charitatem operātem [tollet eū] q: talis infructuoſus ⁊ ocioſus homo abſcidetur ꝑ ꝯdemnatiōis ſniam. ſ. in morte. ⁊ mittet i ignem eternū. vt pꝫ Math. vij. Ois arboꝛ q̄ nō facit fructū bonū excidet ⁊ in ignē mittet [⁊ omnē q̄ fert fructum purgabit eū] lyra. ꝑ mūdi tribulationes: que ſunt q̄dam medicine ⁊ purgatōes [vt fructū plus afferat] lyra. Sicut in vite materiali aliq̄ palmites etiā fructuoſi reſcindūt ne humoꝛ nimis diſꝑgatur. ⁊ ſicut vtus vnita fortificatur ⁊ magꝪ frutificat: ſic ꝑ tribulatōes iocūditatē vite p̄ſent a fidelib⁹ reſcindētes corda eoꝝ retrahunt ab amore mūdialiū. ⁊ ſic in toto recollecta feruēti⁹ ferunt in deū ⁊ faciūt maiorē fructū bonoꝝ opeꝝ [Jam vos mūdi eſtis ꝓpter ſermonē quem locut⁹ ſum vob] Hoꝛ. iſte fuit ſmo fidei q̄ purificat credentes. vt pꝫ Act. xv. Fide purgans corda eoꝝ [Manete in me ⁊ ego i vobis] lyra. ꝑ fidē ⁊ charitatē formatā ꝑ quaꝫ hō eſt i deo ⁊ deus i hoie [Sicut palmes nō p̄ōt ferre fructū a ſemetipſo niſi māſerit i vite.] lyra. hoc videm⁹ i vite materiali. q: ferre fructū non poteſt niſi particeps ſit humoris ⁊ pinguedis ipius ſtipitis [Sic

nec vos ]tho.fructū aliquē poteſtis facere.i.op⁹ aliqđ quod ſit meritoꝛiū vite eterne[niſi i me māſeritis ]p fidē ꝛ amoꝛem.[Ego ſum vitis et vos palmites]lyra.q.d.ſi vultis fructificare:manete in me[Qui manet i me]Glo.credēdo ꝛ obediēdo[ꝛ ego i eo]illumināđo:ſubueniēdo ꝛ pſeuerantiā dādo[hic fert fructū multū]ſcꝫ bonoꝛum operuꝫ[q: ſine me nihil po.fa.]tho.nec parū nec multum.imo nec cogitare aliqđ boni. Vñ apl's ij.Coꝛ.iij.Non ſum⁹ ſufficientes cogitare aliqđ a nobis quaſi ex nob.[Si qs in me nō māſerit: mittet' foꝛas]ſcꝫ per abſciſionē in moꝛte [ſic palmes]Boꝛ.Sicut palmes a vite ſepatus extra vineam pijcit' :ſic infidelis p ſepatōem ab vnitate eccliē.vt patꝫ Apocal'.vlti.Foꝛis canes ꝛ venefici ꝛ impudici[ꝛ areſcet]p amiſſionē humoꝛi gr̃e [ꝛ colligent eū] ſcꝫ angeli executoꝛes diuine iuſticie[ꝛ i ignē mittent ]ſcꝫ infernalē[ꝛ ardet].ſ. ſine fine in ppetuitate pene[Si manſerit i me] per dilectioneꝫ[ꝛ verba mea in vobis māſerint] quod fit vt dicitur i glo.qñ facim⁹ qđ xp̄s pcipit. ꝛ diligim⁹ que pmittit[quodcūqꝫ volueritis ]thomas.deſiderio ꝛ affectōne[petetis]in oꝛōne diſcrete ꝛ pſeuerāter[ꝛ fiet vobis ]lyra.de ptinentibus ad ſalutem veſtram.

Incipit cōmune de martyribus.Et pmo de vno martyre.Euange.ſm Matheum.xvi.

In illo tēpoꝛe. Dixit Jeſus diſcipul' ſuis . Si qs vult poſt me venire: abneget ſemetipm:ꝛ tollat crucem ſuam ꝛ ſequatur me. Qui eñ voluerit aīam ſuam ſaluam facere:pdet eaꝫ. qui autē perdiderit animā ſuā ppt' me:iueniet eaꝫ.qđ eñ pꝛodeſt homini ſi vniuerſum mūdum lucretur : anime vero ſue detrimētuꝫ patiatur.Aut quaꝫ dabit cōmutationeꝫ pꝛo anima ſua. Filius eñ hominis vēturus ē in gloꝛia patris ſui cum angelis ſuis Et tūc reddet vnicuiqꝫ ſcđm opera ſua

Poſtilla.

Si quis vult poſt me venire.

ꝛc.Math.xvi.Mar.viij.luc.ix.Hāc hiſtoꝛiā huius euāgelij locutus eſt dñs ieſus xp̄s āno eius xxxij.iij.kaleñ.auguſti.feria.v.luna.xiij.indictōe v.Ante initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſanct⁹ Mat.i eodē caplo q͂ cepit ieſus oñdere diſcipulis ſuis q: opoꝛtet eū ire in hieroſolymaꝫ:ꝛ multa pati a ſenioꝛibus ꝛ ſcribis ꝛ pncipibus ſacerdotum.et occidi ꝛ tertia die reſurgere. Et aſſumēs eum petrus cepit increpare illū dicens . Abſit a te dñe. nō erit tibi hoc.qui cōuerſus dixit Petro.Vade poſt me ſathanas:ſcandalū mihi es.ly.i.q̄tū eſt in te.vis me a ſalute mūdi impedire.q: nō ſapis que dei ſunt:ſed ea que ſunt hominuꝫ.lyra.petr⁹ dixit iſta verba ieſu xp̄o mot⁹ ex affectu hūano. tunc dixit ieſus diſcipul' ſuis [ Si qs vult p⁹ me venire]lyra.meā doctrinam ꝛ facta ſequēdo[abneget ſemetipm.]Boꝛ.i.ppriū ſenſum ꝛ ppam volūtatem[ꝛ tollat cruce ſuā].i.carnis caſtigationē[ꝛ ſequatur me]Boꝛ.per facta.ſ.virtutū imitatione. Vñ Beꝛñ. O q͂ pauci volūt poſt te ire dñe ꝛ ad te peruenire.nemo eſt q̄ nolit.cōgregare cupiūt ſed nō compati [qui eñ voluerit aīam ſuam ſaluā facere]lyra.q̄tum ad meritū vite eterne[perdet eam ]id ē deſtruet coꝛp⁹ laboꝛibus et paſſionib⁹ exponendo.ex q̄bus ſeq̄tur ſeparatio aīe a coꝛpe. ꝛ hoc eſt aīam perdere ſcđm eſtimationē falſam hominū carnalium:licet ſit ſaluare ſm veritatem[qui auteꝫ pdiderit aīam ſuam ppter me]lyra ſcꝫ ppter deum moꝛteꝫ ſuſtinendo. [inueniet eaꝫ]in futura gloꝛia[quid eñ pꝛodeſt homini ſi vniuerſum mūdum lucret'. ]Boꝛ.de q̄ nihil ſecum moꝛiēs poterit poꝛtare niſi peccatu imo q̄to plus acquiſiuit de mūdo tāto plus acq̄ſiuit de inferno.Vnde apoc.xviij.quātum gloꝛificauit ſe ꝛ in delitijs fuit tantū date illi toꝛmētū ꝛ luctum[anime autem ſue detrimentū patiat'] Boꝛ.ſ.amittendo gl'iam:incurrēdo penā eternā: ꝛ pdendo hūanā ſubaꝫ.q.d.totuꝫ inutile ſit.Vñ amb.Nihil pdeſt lucrifacere tpalia ſi pdant' eterna.Exponit etiā hoc de ill' q̄ lucrātur aīas alioꝝ ꝛ ſuas ppas negligūt.[aut quā dabit hō pmutatōeꝫ ]Boꝛ.i.redēptōꝫ[p aīa ſua]ſ.dānata.q.d. ſi daret' p ea mūd⁹:nō libaret'.q: ſm Bedā.i inferno nulla eſt redēptio nec doloꝛ mitiga⁹.[fili⁹ hois ].i.xp̄s q̄ ēuer hō[vētur⁹ ē ].ſ.ad iudiciū[i gl'ia pr̄is ]ly.q: i foꝛma gl'ioſa iudicabit. [ꝛ tunc reddet vnicuiqꝫ ſm opa ſua]lyra.iuſtis gloꝛiam coꝛpis ꝛ aīe.malis autem penā coꝛpis ꝛ aīe . vñ Apocal'.xiiij.Opa eñ illoꝝ ſequūtur illos.

Aliud euangelium de vno martyre ſcḋm Johannem.xij.

In illo tempe. Dixit Jeſus diſcipul' ſuis. Amen amē dico vob: niſi granum frumēti cadens in terram moꝛtuū fuerit: ipſum ſolū manet. Si autem moꝛtuū fuerit: fructum multū affert. Qui amat animā ſuam: perdet eam. ⁊ q̄ odit animā ſuam in hoc mūdo: in vitā eternam cuſtodit eam. Si quiſ mihi miniſtrat: me ſequatur. ⁊ vbi ego ſum: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater me⁹ qui in cel' eſt.

Poſtilla.

Niſi granum frumenti cadenſ ⁊c. Jobis.xij. Hoc euangeliū factū eſt anno xp̄i xxxiij.xij.kal'.apꝛil'.feria.iiij.luna.xi.indictōne.vi. Ante initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſanct⁹ Johānes in eodem capl'o ꝙ xp̄s dixit. Venit hoꝛa vt clarificetur filius hoīs Ly. Chꝛiſt⁹ in ſua paſſiōe clarificatus ē ꝑ ſigna oſtēſa in ſolis obſcuratiōe. in terremotu. ⁊ ſepulchꝛoꝝ apertōne. ⁊ in veli tēpli ſciſſione. fuit etiā clarificat⁹ in ſua reſurrectiōe ⁊ aſcēſione i celum. Sed q꞉ gliam pꝛecedit humilitas. ideo in p̄ſenti euāgelio agit de hūilitate ſue paſſionis dicēs. [Amē amē dico vobis. niſi granū frumenti cadēs in terram moꝛtuū fuerit: ipm ſolū manet. ſi autem moꝛtuū fuerit: fructū multū affert] Tho. granū frumēti eſt xp̄s. Sicut enim granū frumēti melius eſt ceteris granis. ſic xp̄s melioꝛ eſt oībus. Hoc granū ſeminatū eſt in incarnatōne. germinatū in natiuitate. ⁊ moꝛtificatum i ſua paſſione. Multū fructū attulit in gentium cōuerſione. q꞉ paſſio xp̄i maxie fuit cā ꝯuerſionis gētium. vt pꝫ Job.xij. Si exaltat⁹ fuero a terra oīa traham ad meipm [Qui amat aīam ſuā] lyra. i. volēdo ſibi delectabilia huius mundi ⁊ carnis [ꝑdet eam] ſcꝫ in futuro. q꞉ ad eternam perditionē eam deducit. Sic amabat aīam ſuaꝫ ille diues q̄ dicebat vt dicit' Luc.xij. O aīa mea habes multa bona poſita in annos plurimos requieſce: comede ⁊ bibe. vnde perdidit eaꝫ. q꞉ ſtatim dictum eſt ei. Stulte hac nocte repetēt ſcꝫ diboli aīam tuam a te. ⁊ que ꝯgregaſti cuius erūt. [⁊ q̄ odit aīam ſuam in hoc mūdo] Tho. ſ. dando eam ꝑ xp̄o [in vitam eternā cuſtodit eam.] vt patet Math.xvi. Qui voluerit aīam ſuaꝫ ſaluā facere ꝑdet eam [Si quis mihi miſtrat] Tho. i. vult eſſe verus miniſter ⁊ ſeruus [me ſequatur.] Lyra. q. d. Rōnabile eſt ꝙ miniſter ſequat' dn̄m. [Et vbi ego ſum illic ⁊ miniſter meus erit] Thomas. Nulla pōt eſſe maioꝛ ꝓmiſſio. q꞉ eē vbi xp̄s eſt icludit oīa bona. q꞉ xp̄s inq̄tum eſt deus eēntial'r ē ipſa beatitudo. de qua dicit' i ps.lxxxix. Quoniā mille āni ante oculos tuos tāq̄ dies heſterna que pꝛeterijt [Si q̄s mihi miniſtrauerit] Lyra. obediēdo mādatis meis [honoꝛificabit eū pater meus] Glo. vt ſit filius dei patris ꝑ adoptionē. Et ille eſt maximus honoꝛ de ſeruo adoptari in filium dei, vt patet Roman.viij. Si filij ⁊ heredes.

Sequūtur nūc euāgelia de pluribus martyribus. Euāgeliū ſcḋm Matheū.v.capitulo.

In illo tempoꝛe. Vidēs Jeſus turbas: aſcendit in montē. Et cū ſediſſꝫ: acceſſerūt ad eum diſcipuli ei⁹. Et aperiens os ſuū: docebat eos dicēs. Beati pauperes ſpū: quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Beati mites: quoniam ipi poſſidebunt terram. Beati qui lugent qm̄ ipſi conſolabūtur. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſticiam: qm̄ ipſi ſaturabūtur. Beati miſericoꝛdeſ: qm̄ ipi miam ꝯſequētur. Bti mūdo coꝛde: qm̄ ipi deū videbūt. Bti pacifici: qm̄ filij dei vocabūt'. Bti q̄ ꝑſecutōem patiunt' ꝑpt' iuſticiā qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Bti eſtiſ cū maledixerint vob hoīes ⁊ ꝑſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oē malū aduerſum vos mētiētes ꝑpt' me

Gaudete ⁊ exultate. quoniā mer-
ces vr̄a copioſa eſt in celis.

## Poſtilla.

Videns Jeſus turbas aſcēdit in mōtem. Et cū ⁊c. Math.v. Mar.ij. Luce.vi. Hiſtoriā huius euāgelij locut⁹ eſt dn̄s ieſus xp̄s anno ei⁹.xxxi.ij.yd⁹ Julij. feria.ij. luna.xvi. indictōne.iiij. Ante initiū illius euāgelij ſcribit ſctūs Math. in q̄rto capl'o. q̄ ieſus circuibat totā galileā docens in ſynagog̃ eoꝝ ⁊ p̄dicās euāgeliuȝ regni. ⁊ ſanās oēm lāguorem ⁊ oēm infirmitatē in populo. ⁊ abijt fama ei⁹ in totam ſyriā. Et obtulerūt ei oēs male habētes varijs lāguorib⁹ ⁊ q̄ demonia habebāt: ⁊ lunaticos ⁊ palyticos ⁊ curauit eos. ⁊ ſecute ſunt eū turbe multe de galilea. et de decapoli. ⁊ d̄ hieroſolymis. et de iudea. ⁊ de trāſiordane. [Videns iheſus turbas] Glo. interli. vitare volēs multitudinem populi: vt ſol' diſcipulis loqueret̃ [aſcēdit in mōtem] Hor. ſcȝ thabor q̄ eſt i galilea [Et cū ſediſſet] tāq̄ magiſter autēticus: tāq̄ humil' prelat⁹. Ex hoc loco tenet̃ q̄ quādo fit ſermo ſecularib⁹ ſtat p̄dicator: et inuitās ad pugnā ⁊ opatōnē. q̄ñ vo religioſis et ꝯtemplatiuis: ſedet ⁊ inuitās ad quietē [acceſſerunt ad eū diſcipuli eius] Hor. tāq̄ magis deuoti: tāq̄ familiari⁹ dilecti: tāq̄ ſp̄aliter vocati. [Et aperiens os ſuū docebat eos] Ly. ſcȝ. octo beatitudines dicēs [Bti pauperes ſpū] Ly. ſ. volūtarie paupes vt deo liberi⁹ vacēt [q̄m ipoꝝ eſt regnuȝ celoꝝ] lyra. in regno em̄ intelligit̃ oimoda ſufficientia ⁊ excellētia que bn̄ repromittit̃ eis in celis q̄ tp̄alia cōtempſerūt in terris [Bti mites] Hora. Mitis eſt q̄ aliū nō offendit: māſuetus aūt q̄ ſe offendētes tolerat [q̄m ipi poſſidebūt terraȝ] ſupple viuētium. de qua d̄r i pſ. cxli. Portio mea dn̄e ſit i terra viuētiū [Beati q̄ lugent] ſcȝ i p̄nti p̄mo p peccat̃ ꝓprijs. Secūdo p peccat̃ alienis ⁊ miſerijs p̄ximoꝝ. Tertio p dilatōe glie. vñ dauid dixit in pſ. cxix. Heu mihi q̄a incolat⁹ me⁹ plōgatus eſt ⁊c. Itē pſ. xli. Fuerūt mihi lacryme mee panes die ac nocte duȝ dicit̃ mihi quotidie vbi eſt deus tu⁹ [q̄m ipſi cōſolabūtur] lyra. cōueniēs aūt eſt vt illi q̄ in p̄nti vita pro xp̄o voluntario luctu occupātur: cum deo ⁊ āgelis eternalit̃ ꝯſolētur [Beati q̄ eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā] et hec iuſticia tribuit vnicuiq̄ quod ſuū eſt: deo ⁊ proximo ⁊ ſibijpſi. Deo tria. honorē creatori. amorē redemptori. timorem iudici. Proximo tria. obedietiā ſupiori. cōcordiā pari. bn̄ficētiam inferiori Sibi tria. mūdiciam cordis. cuſtodiā ori. diſciplinam corpi. vere ergo [bti q̄ eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiam.] nō pecuniā terrenam. ſicut cupidi. nō voluptatem carnalē ſicut voluptuoſi. nō potētiam ſecularē ſicut ſuperbi. Iſti em̄ nō ſunt beati ſ; miſeri. q: ſp eſuriūt ⁊ nūq̄ ſatiabūtur. vt ptȝ Iſa. lxv. ecce ſerui mei comedēt: ⁊ vos eſurietis. [ſ; beati q̄ eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiam q̄a ſaturabūtur] lyra. Et iſta eſt ſatietas glie celeſtis: de qua d̄r in pſ. xvi. Satiabor cum apparuerit gl'ia tua [Bti miſericordes] ſcȝ paupibus tribuēdo elemoſynas: vt patȝ Daniel. iiij. Peccata tua elemoſynis redime. Et prouerb. iiij. Qui miſeret̃ pauperi beat⁹ erit. ergo dicit̃ hic [Beati miſericordes q̄m ipi miſericordiam ꝯſequētur.] Ly. in celeſti em̄ patria quis miāȝ ꝯſeq̄t̃. q: vltra cōdignū ſibi retribuit̃ ſm̄ q̄ dicit̃ ad Roma. viij. Nō ſunt cōdigne paſſiones hui⁹ tempis ad futuram gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Quo ꝯtra dicit̃ Jacobi. ij. Iudicium fiet ei ſine miſcd'ia qui nō facit miſericordiā. [Beati mūdo corde] Vñ Hieroñ. Beati mūdo corde quos nō arguit cōſciētia peccatoꝝ. ⁊ hoc petiuit dauid in pſ. l. dicēs. Cor mūdū crea i me deus [q̄m ipſi deū videbūt] Unde d̄r in pſ. xxiij. Quis aſcēdet in mōtem dn̄i aut q̄s ſtabit i loco ſancto eius. Innocēs manib⁹ ⁊ mūdo corde. vñ etiā apl's. i. Cor. xiij. Videm⁹ nūc p ſpeculum in enigmate: tūc autem facie ad faciē [Beati pacifici] Hor. q̄ paci faciēde reformāde ⁊ cōſeruande ſiue in ſe ſiue alijs inuigilāt [q̄m filij dei vocabūtur] ⁊ ꝯſequēter heredes. vt patet Romanoꝝ viij. Si filij ⁊ heredes. [Beati q̄ perſecutionem patiūtur] nō tm̄ beati q̄ bn̄ operātur ſ; etiā btī q̄ perſecutioneȝ patiūtur nō propter ſcelera vt malefici: latrones ⁊ heretici. vt patȝ. i. Petri. iiij. Nemo vr̄m patiat̃ quaſi homicida. aut fur. aut maledicus: ſed [ꝓpter iuſticiā] Hor. defendēdam ⁊ ꝯſeruādam. Sic ſancti martires q̄ q̄to acerbioribus tormētis cruciabātur: tā. o magi in dn̄o letabātur [q̄m ipoꝝ eſt regnū celorū] ⁊ merito debetur patiētie regnū. q: ſcōm apl'm. ij. ad Thy. ij Si ſuſtinebim⁹: ⁊ cōregnabimus. [Beati eſtis] Hor. nūc in ſpe ſ; tandem in re [cū maledixerint vos hoies] ſ. carnales ⁊ infideles q̄ ex odio vos in faciē ꝯtumelias dixerit [⁊ pſecuti vos fuerit] ſcȝ vim vob inferendo [⁊ dixerint oē malū adūſū vos mentientes, ꝓpt̃ me]. i. ꝓpt̃ nomē meū [gaudete] Hor. interi⁹ in corde [⁊ exultate] exterius in corpe [q̄m merces vr̄a copioſa eſt in cel'] vt patȝ Geñ. xv. Ego ſum merces veſtra magna nimis. Vñ etiā apl's Paulus. i. Cor. ij. Nec ocul⁹ vidit

nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēdit q̄ p̄paraſti diligētibus te.

Aliud euāgeliū de martyribus ſm̄ Lucā vi. capitulo.

In illo tempore Deſcendēs Jeſus de monte: ſtetit in loco cāpeſtri: ⁊ turba diſcipuloꝝ ei⁹: ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni iudea ⁊ ieruſalem ⁊ maritima et tyri ⁊ ſydonis: qui venerant vt audirēt eum ⁊ ſanarētur a languoribuſ ſuiſ: ⁊ qui vexabātur a ſpiritib⁹ immūdiſ: curabanẗ. ⁊ oīs turba querebat eum tāgere: quia virt⁹ de illo exibat ⁊ ſanabat oēſ. Et ip̄e eleuatꝭ oculſ in diſcipuloſ ſuoſ dicebat Beati paupes: quia veſtrū eſt regnum dei. Beati q̄ nunc eſuritꝭ qꝛ ſaturabimi. Beati qui nūc fletꝭ. qꝛ ridebitꝭ. Beati eritꝭ cum voſ oderint homineſ: ⁊ cū ſepauerint voſ ⁊ exprobrauerint ⁊ eiecerit nomē vr̄m tāq̄ malum propẗ filiū hominiſ. Gaudete in illa die ⁊ exultate Ecce em̄ merceſ veſtra multa eſt in celo.

Poſtilla

Deſcēdens Jeſus de monte ſtetit ⁊c. Luc. vi. Hec v̀ba euāgelij locutus ē dn̄s ieſus anno ei⁹. xxxi. ij. ydus Julij. feria. ij. lūa. xvi. indictiōe. iiij. Ante initium illi⁹ euangelij habeẗ Luc. in eodē caplo. Factū eſt autem in illꝭ dieb⁹ ſcꝫ in quo xp̄us predicauit ⁊ miracula fecit. exijt ieſus in mōtem orare. ⁊ erat p̄noctās in oratōne Et cum dies factus eſſet vocauit diſcipulos ſuoſ ⁊ elegit. xij. ex ipſis quos ⁊ aplos noiauit. ſymonem quē cognomiauit petrū: ⁊ andreā fratrē ei⁹ iacobū ⁊ iohānem. philippū ⁊ bartholomeum. matheū ⁊ thomā. Jacobū alphei. i. filiū alphei. ⁊ ſimonē q̄ vocaẗ zelotes. iudā iacobi. i. fratrē iacobi. ⁊ iudā ſcarioth q̄ fuit p̄ditor [ deſcēdēs ieſus de mōte] cū illis. ſ. aplis [ ſtetit in loco cāpeſtri et turba diſcipuloꝝ ei⁹ ] Gor. ſteterūt circa eum. Ex hoc patet q̄ multos hēbat diſcipulos. qꝛ non ſolum. xij. diſcipulos: ſꝫ etiam. lxxij. ⁊ forte plēs. mltos em̄ cōuerterat [ ⁊ multitudo copioſa plebis ] ſedit circa eū ſicut ſoleẗ fieri in ſermonib⁹. [ ab oī iudea ⁊ irlm ⁊ maritima ] Gor. maritima dicitur hic ergo iuxta mare germanū ſita: nō iuxta galilee [ ⁊ tyri ⁊ ſydonis ] que fuerūt ciuitates gētilium [ q̄ venerāt vt audirēt eū ⁊ ſanarenẗ a lāguorib⁹ ſuis. ⁊ q̄ vexabātur a ſpiritib⁹ inmūdis. curabanẗ ] Gor. ⁊ eſt notabile q̄ ante xp̄i aduētum multi erāt demoniaci: modo aūt pauci. nec mirū. Tūc em̄ erat diabolus p̄nceps hui⁹ mūdi ſꝫ nūc p̄nceps hui⁹ mūdi eiect⁹ eſt foras. vt patet Joh. xij. [ ⁊ oīs turba querebat eū tāgere ] Gor. nec mirū. qꝛ tact⁹ ei⁹ ⁊ ſanat corpa ⁊ ſctificat aīas. [ q̄a virtus de illo exibat ]. i. v̀tuoſe actōnis effect⁹ [ ⁊ ſanabat oēs ] Gor. Ipſe em̄ optim⁹ eſt medic⁹ cui⁹ null⁹ eſt incurabilis morb⁹. Vn̄ in p̄s. Qui ſanat oēs infirmitates tuas [ ⁊ ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat. Beati pauperes ] Ly. ⁊ accipiẗ hic pauptas volūtaria per quā aliq̄s cōtemnit ⁊ abijcit a ſe bona tp̄alia inq̄tū poteſt fieri bono mōvt hō liberi⁹ vacet opib⁹ vite cōtēplatiue [ qꝛ veſtrū eſt regnū dei ] Ly. hic in ſpe. ⁊ poſtea erit veſtrū in re [ Beati q̄ nūc eſuritis ] Ly. abſtinētes a cibis delectabilib⁹ ⁊ ſupfluis vt ſic redigaẗ caro in ſeruitutem aīe [ qꝛ ſaturabimini ] Ly. inchoatiue in p̄nti vita: ſꝫ perfecte ī patria ſm̄ q̄ dꝛ in p̄s. xvi. Satiabor cū appuerit gloria tua [ Beati q̄ nunc fletis ] ſcꝫ in p̄nti mundo qui eſt vallis lachrymarū [ qꝛ ridebitis ] in futura vita Gor. felix mutatio ab oppoſito in oppoſitū. ſcꝫ a fletu in gaudiū. ſcꝫ a fletu trāſitorio in gaudium eternū [ beati eritis cum vos oderint homines. ] Gor. ſ. malū vobis optādo [ ⁊ cū ſepauerit vos. ] ſcꝫ a ſua cōgregatōne expellēdo: ſm̄ illud Joh. xi. Jam ꝯſpirauerāt iudei vt ſi quis euꝫ cōfiteret extra ſynagogā fieret [ ⁊ exprobrauerint ] Gor. ꝯuitia ⁊ improperia vobis dicendo [ ⁊ eiecerint nomē veſtrū tāq̄ malū ] ſcꝫ nomen xp̄ianū tanq̄ malū: cum ſit optimū [ p̄pter filiū hoīs ] Gor. Ecce cauſa optima debita patiendi. ſ. p̄pẗ filiū hoīs Gor. Nemo em̄ dꝫ pati tāq̄ homicida aut fur: ſꝫ tāq̄ xp̄ian⁹ [ gaudete i illa die ] Gor. ſ. gaudio interiori: qd̄ fecert apl'i vt habeẗ Act. v. Ibāt gaudētes apl'i a cōſpectu ꝯſilij. qm̄ digni habiti ſunt p̄ nomine ieſu ꝯtumeliam pati [ ⁊ exultate ] Gor. ſcꝫ gaudio exteriori. qd̄ fecit btūs andreas diceſ Secur⁹ em̄ ⁊ gaudēs venio ad te o bona crux. et

ſic beat⁹ Vincentius. Hoc eſt inq̇t quod ſemper
optaui ⁊ votis oībus exq̇ſiui. Sic ⁊ btūs lauren
tius dixit: Gaudeo plene q: hoſtia xp̄i effici me-
rui. Sic ⁊ btā agatha letiſſime ⁊ gaudenter ibat
ad carcerē [Ecce merces vr̄a multa eſt in celis]
Gor. tā multa φ nō pōt numerari: taz magna φ
nō pōt eſtimari: tam p̄cioſa φ nō pōt compari. tā
diuturna φ nō pōt terminari. [in celo]. q. d. in lo
co ſecuro. ergo de amiſſiōe nō timeatis. quia ibi
nec fur appropiquat nec erugo nec tinea demo-
lit̄. vt patet Math. vi.

Aliud euangelium de martyribus ſcđm Lu
cam. xxi. caplo.

**In illo tempore Dixit ie
ſus diſcipul' ſuis. Cuz au
dierit̄ prelia ⁊ ſeditōnes
nolite terreri. Oportz p̄
mum hec fieri: ſed nondū ſtatiz fi
nis. Tunc dicebat ill'. Surget gēs
contra gēte3: ⁊ regnū aduerſuſ re
gnum: ⁊ terremot⁹ magni erunt p̄
loca: ⁊ peſtilētie: ⁊ fames: terroreſ
q3 de celo: ⁊ ſigna magna erūt. S3
ante hec omnia iniiciēt vob̄ man⁹
ſuas ⁊ pſequētur: tradētes in ſyna
gogaſ ⁊ cuſtodiaſ: tradētes ad re-
ges ⁊ preſideſ, p̄pter nomē meum.
Continget aūt vob̄ in teſtimoniū
Ponite ergo in cordib⁹ vr̄is non
p̄meditari queadmoduz r̄ndeatis
Ego em̄ dabo vob̄ os ⁊ ſapiētiaз
cui non poterūt reſiſtere nec ↄtra-
dicere oēs aduerſarij vr̄i. Trade-
mini autē a parētib⁹ ⁊ fratrib⁹ ⁊ co
gnat̄ ⁊ amicis: ⁊ morte afficiēt ex
vob̄. Et erit̄ odio oīb⁹ homib⁹
propt̄ nomē meum. Et capill⁹ de
capite vr̄o non pibit. In patien-
tia vr̄a poſſidebit̄ animaſ vr̄as.**

**Poſtilla.**

**Cum audierit̄ prelia ⁊ ſeditio**
nes ⁊c. Luce. xxi. Hanc hiſtoriam huius euange
lij locutus eſt domin⁹ Jheſus chriſt⁹ anno eius
xxxiij. xiij. kalen̄. Aprilis. dominica ſcз palmarū.
luna. x. indictōne. vi. Ante initiū illi⁹ euange. ſcri
bit ſanct⁹ lucas in p̄ncipio huius capituli. Re-
ſpiciens autem ieſus vidit eos qui mittebāt mu-
nera ſua in gazophilaciū diuites. ⁊ vidit quandā
viduam pauperculam mittētem era minuta duo
⁊ dixit. Vere dico vobis. quia vidua iſta pauper
plus q̄ omnes miſit. nam oēs hij ex abundan
ti ſibi miſerunt. hec autem omnem victum que3
habuit miſit. Et quibuſdam dicentib⁹ de templo
φ lapidibus bonis ⁊ donis ornatum eſſet: dixit.
Hec que videtis venient dies in quibus non re-
linquetur lapis ſuper lapidem q̇ non deſtruatur.
Interrogauerūt illum dicentes. Preceptor quā
do hec erūt. ⁊ quod ſignum cum fieri incipient.
Qui dixit. [Cum audieritis prelia ⁊ ſeditōnes]
Gor. prelia q̄tum ad hoſtes extraneos. ⁊ ſediti-
ones q̄tum ad domeſticos. Unde Gregorius.
Bella ad hoſtes p̄tinent: ſed ſeditōnes ad ciues
Nam Joſeph⁹ in libro antiq̇tatū dicit φ p⁹ paſ-
ſionem chriſti ⁊ deſtructōnem ciuitatis hieruſa
lem multe ſeditōes ⁊ prelia erant apud iudeos.
quia ſamaritani qui partim tenebāt ritum genti
lium inſurgebāt cōtra iudeos ⁊ econuerſo. Ite3
in populo iudeorū erant plurimi qui incitabant
populum ad rebellādum contra romanos. Alij
autē ad contrariū ⁊c. [Nolite terreri. oportз p̄mū
hec fieri.] Lyra. quia ſunt a deo preordinata [ſ3
nondum ſtatim finis] lyra. quia poſt auditiōem
talium ſtetit adhuc ciuitas hieruſalē per lōgum
temp⁹. ſ. quadragintaduob⁹ annis poſt paſſionē
chriſti. Gor. Voluit autem dn̄s differre ne terri-
ti apoſtoli hieruſalem ⁊ iudeā deſererent. ⁊ vt in-
terim p̄dicantibus ap̄lis electi cōuerterent̄. ⁊ re
probi inexcuſabiles efficerent̄. Tūc poſtmodum
ſcз dixit φ non ſtatim eſſet finis. [Dicebat illis.
Surget gens contra gentem.] Gor. id eſt popu
lus cōtra populū. ſiue vna tribus cōtra aliam [⁊
regnū aduerſus regnum] lyra. quia regnum iu-
deorum cōtra regnū Romanorū rebellauit [Et
terremotus magni erunt per loca] Gorra ad in-
nuendū φ illi terremotus p̄ticulares erāt futuri.
Uniuerſal' em̄ terremot⁹ nō fuit niſi i paſſiōe xp̄i
de qua dicit̄ Math. xxvij. Et ecce terremot⁹ fa-
ctus eſt magn⁹. petre ſciſſe ſunt [⁊ peſtilētie.] q̇a
peſtilētia fuit in obſidiōe ciuitatis ir'lm ex corru
ptiōe aeris ex cadauerib⁹ mortuoꝝ [⁊ fameſ] Gor.

Ecce penuria victualiū. facta eſt eñ fames gña lis ſub Claudio impatore quaꝫ predixerat Agabus ꝓpheta [terroreſq; de celo: ⁊ ſigna magna erūt] Dicit eñ Joſephꝰ in libᵒ de iudaico bello: ꝙ añ deſtructionem ciuitatis irl'm ſidꝰ ſtetit ſup ciuitatē irl'm ꝑ annū ſil'e gladio. quā apparitiōeꝫ qdā dicebāt ſignificare auxiliū ſibi affuturū ꝯ inimicos. Aliꝭ ecōtrario dicebāt ſignificare vindictam dei ꝯtra mala inhabitātiū in ciuitate. ⁊ ꝓpter hoc erāt diuſe opiniones de pliꝭs inter eos. [Sed ante hec oia] Gloſ. ſupple iam dicta [iniꝭcient voƀ ma. ſu.] perſeqntes de loco ad locū. vt patet Joƀ. xv. Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos perſequent' [tradentes in ſynagogas] Gloſ. i. in publicos ꝯuentus ad mag' cōfundendū ⁊ flagellādū ſicut factū eſt qñ ceſis apl'is denūciauerūt ne ā plius loquerent' in noie iheſu. vt ptꝫ Act'. v [⁊ cuſtodias] ſcꝫ ad incarcerādum. vt factū eſt qñ poſuerūt eos in cuſtodia publica. vt patꝫ Actuū. v. [trahentes ad reges ⁊ ꝑſides.] Gloſ. ad rñdēdū eis [ꝓpter nomē meū]. i. ꝓpter ꝯfeſſionē nominis mei [ꝯtinget autēꝫ voƀ in teſtimoniū] lyra. ſ. euāgelice veritatis ibidem ꝯſtant' ꝓfitende [Ponite ergo in cordibꝰ veſtris nō ꝑmeditari quemadmodū rñdeatis. ego eñ dabo vobiſ os] Gloſ. ra. i. eloquentiā ad loqndū [⁊ ſapientiā] ad cognoſcēdū [cui nō poterūt reſiſtere nec ꝯtradicere omnes aduſariꝭ vr̄i] Gloſ. ſ. nec iudei nec hertici nec pagani [Trademi autē a ꝑentibꝰ ⁊ fratribus et cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficiēt ex voƀ] Gloſ. ra. q̇ debeāt vos iuuare ⁊ liberare [⁊ eritis odio oibus hominibus] Gloſ. humanū amātibꝰ ⁊ terrena ſapiētibꝰ [ꝓpter nomen meū]. i. ꝓpter ꝯfeſſionem nominis mei [⁊ capillus de capite veſtro nō peribit] Ly. hoc addit ſaluator ad declarandum veritatem future reſurrectiōis ꝑ quam reſurgēt i electis nō ſolum illa que ſunt de neceſſitate hūane nature: ſed etiā ea q̄ ſunt ad decoreꝫ: cuiuſmodi ſunt capilli. q: meditatio huiꝰ reſurrectōis mltum facit ad tolerātiaꝫ martyriꝭ de qua ſaluator loquebat' [In patientia veſtra] Gloſ. quaſi diceret. in predictis maxime neceſſaria ē patiētia. q̇a in ipſa [poſſidebitis animas veſtras] id eſt cuſtodietis.

Aliud euāgeliū de martyribus ſm Lucam xiꝭ. capitulo.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipul'ſuis. Attēdite a fermēto phariſeorum qđ eſt hypocriſis. Nihil autē opertum quod nō reueletur. neq; abſconditū quod non ſciat'. quoniamꝰ que in tenebris dixiſtis in lūine dicentur. ⁊ quod in aure locuti eſtis in cubiculis: ꝑdicabitur i tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab hiꝭs q̇ occidūt corpꝰ: ⁊ poſt hec non habēt amplius quid faciāt. Oſtendam auteꝫ vobis quem timeat'. Timete eum q̇ poſtq; occiderit habꝫ ꝑtātē mittere in gehennam. ita dico vobis: hūc timete. Nonne q̇nq; paſſeres veneūt dipondio: ⁊ vnꝰ ex ill' non eſt in obliuione coram deo. Sed ⁊ capilli capit' veſtri oēs numerati ſunt. Nolite ergo timere. Multiſ paſſeribꝰ pluris eſtis vos. Dico āt vobis. omnis quicūq; cōfeſſus fuerit me coram hominibꝰ: ⁊ fili' hominis confitebitur illum corā angelis dei.

Poſtilla.

Attendite a fermēto phariſeorum ⁊c. Luc. xiꝭ. Hiſtoria huiꝰ euāgeliꝭ dicta eſt a dño ieſu xp̄o anno eiꝰ. xxxi. iꝭ. ydus Juliꝭ. feria. v. luna. xvi. indictiōe. iiꝭ. Ante initium illius euangeliꝭ ſcribit ſctūs Lucas ꝙ multis turbis circūſtantibꝰ ita vt ſeinuicē ꝯculcarent: cepit ieſus dicere ad diſcipulos ſuos [Attēdite a fermēto phariſeoꝝ] lyra. ſ. ne ꝑ eoꝝ hypocriſiꝫ auertimi a fidei veritate [nihil āt optū qđ nō reuelet' neq; abſconditū qđ nō ſciat'] Gloſ. opertū ꝑtinet ad opa mala q̄ occultātur ex induſtria. abſconditū ad cogitationes q̄ occultātur ex ꝓpa natura. ſ; vtrūq; in futuro iudicio ſcietur [quoniā que in tenebris dixiſtis] Gloſ. i. in preſſuris ⁊ in carceribus locuti eſtis [in lumine dicent']. i. in apto qñ. ſ. ea q̄ paſſi eſtis i carceribꝰ legūt' ꝑ orbē ad gl'aꝫ vr̄aꝫ [⁊ qđ i ore locuti eſtis.]. i. i puato. ꝑuatū āt efficit' ybus

vel ex modo. q̈a ſub miſſe in aure. vel in loco q̈a in cubiculo [predicabitᷣ in tectis] Ly. domꝰ q̈ in illa terra habēt tecta plana vbi cōgregantur homines ad ſpaciandū ⁊ ꝯfabulādū. ⁊ iō illa q̄ dicūtur ibi: publice dicūtur. Et hoc modo exponit Theophilꝰ [dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his q̈ occidūt corpꝰ] Vñ Criſ. Omnia mala opatur timor mortis. oīa bona tēpus mortis [⁊ poſt hec] id eſt poſt occiſionē corpoꝝ. [nō habet amplꝰ q̈d faciāt. Oſtēdam aūt vob quē timeatis timere eū q̈ poſt ꝙ occiderit] .ſ. corpus [habet ptātem mittere in gehēnā] Hor. ra. ſ. ipam aiaꝫ ⁊ etiā ipm corpꝰ [ita dico vobis hūc timere] ⁊ nō aliū [Nōne q̈nq꞉ paſſeres veneunt]. id eſt vendūtur [dipōdio] Hor. dipōdus ē pōdꝰ monete ex duobꝰ aſſibꝰ cōpoſitū. Ad euidētiam illiꝰ ſm Ly. ſciendū ꝙ paſſeres abundāt in terra ꝓmiſſionis. ⁊ ideo de ipis fiebat oblatio pauperū q̈ nō poterāt habere alia. vnde erāt pauci valoris q꞉ duo habebātur ꝓ aſſe [⁊ vnꝰ ex illꝭ] ſcilicet q̄uis ſit parui valoris [nō eſt in obliuione coram deo]. i. nō morietᷣ ſine prouidētia dei patris ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſupple neq꞉ vos moriemini q̈n deꝰ ordinet de morte veſtra [Sed ⁊ capilli capitis veſtri oēs nūerati ſunt] Ly. i. in dei preſentia [nolite ergo timere mlt̄is paſſeribꝰ pluris eſtis vos] Ly. i. maioris reputatiōis apud deū q̈a ad imaginem dei creati [Dico autem vobis. omnis quicunq꞉ me confeſſus fuerit coram hominibus] Hor. id eſt nō tm̄ crediderit corde. ſed confeſſus fuerit ſimul ore [⁊ filius hoīs ꝯfitebitᷣ eum coram angelis dei]

Sequūtur nunc euangelia de confeſſoribus. Euangeliū ſm Lucam. xij.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri precincti et lucerne ardētes in manibꝰ veſtris Et vos ſimiles hominibus expectantibꝰ dominū ſuū quādo reuertatur a nuptijs: vt cum venerit ⁊ pulſauerit: confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi quos cum venerit dñs: inuenerit vigilātes. Amē dico vobis ꝙ precinget ſe ⁊ faciet illos diſcūbere: ⁊ tranſiēs miſtrabit illꝭ. Et ſi venerit in ſecunda vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc aūt ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq꞉ ⁊ non ſineret ꝑfodi domuꝫ ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora nō putatᷣ filiꝰ hominis veniet. Poſtilla.

Sint lūbi veſtri p̄cincti: et lucerne ⁊c. Luc. xij. Hiſtoriā huiꝰ euāgelij locutus eſt dñs ieſus āno eiꝰ. xxxi. ij. ydus iulij. feria. v. luna. xvi. indictōe. iiij. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Luc. in eodē. cap. ꝙ xp̄s dixit diſcipulꝭ ſuis. Nolite timere puſillꝰ grex. q̈a cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū. Nūc ſeq̈tur euāgelium hodiernū. [Sint lūbi veſtri p̄cincti] Ly. lūbi mētis ſunt volūtas ⁊ intellectꝰ ex q̈bꝰ ꝓcedunt cogitatiōes male. Lūbi vo carnis ſunt in q̈bus viget motꝰ luxurie. ⁊ vtriq꞉ lūbi ſunt precingēdi id eſt coartādi ab illicitis cogitatiōibꝰ ⁊ opibus [⁊ lucerne ardētes] Ly. i. doctrina clara procedens ex charitate [in manibꝰ veſtris] implendo ope [⁊ vos ſimiles hominibꝰ expectātibꝰ dñm ſuum] Ly. i. ſitis diſcreti ⁊ vigiles ⁊ ſolliciti de vr̄a cuſtodia expectādo dñm venturū ad iudiciū ſicut antiq̈ p̄res expectabāt eū vēturū in carnē [quādo reuertatᷣ a nuptijs] Glo. ordi. ad nuptias dñs iuit. cū poſt reſurrectiōem nouꝰ hō angeloꝝ mltitudinē ſibi copulauit. A q̈bus nuptijs reuertitᷣ cū nobis ꝑ iudiciū manifeſtatᷣ. vt pꝫ Act. i. Sic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntē in celū [et pulſauerit] ꝑ egritudinē morteꝫ ꝓpinquam deſignādo [confeſtim aperiāt ei] euꝫ ſuſcipiēdo [beati ſerui illi quos cū venerit dñs] Ly. in eoꝝ morte [inuenerit vigilātes]. i. in ſtatu gratie ⁊ non i peccatis dormiētes. q̈a talis p̄ntabitᷣ in iudicio qualis inuenitur in morte q̄tū ad gratiā vel ad culpā [Amē dico vobis ꝙ p̄cinget ſe] Glo. preparās ſe ad retributiōem [⁊ faciet illos diſcūbere] glo. or. in regno celeſti q̈eſcere [⁊ trāſiēs miniſtrabit illꝭ] glo. trāſiens miſtrabit cū ꝯ iudicio ad regnū rediēs ſua claritate fideles ſatiabit [Et ſi venerit in ſecūda vigilia. ⁊ ſi in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit: beati ſūt ſerui illi]. vñ Greg.

Prima vigilia eſt ſtat⁹ pueritie:maxime cū inci-
pit vſus rōnis in pueris. Secūda vigilia eſt ſta-
tus iuuētutis. Tertia vigilia ē ſtat⁹ viril. Quar-
ta vigilia eſt ſtat⁹ ſenectutis:q̄a in quolibet ſta-
tu fideles debēt eſſe parati per iuſticiā ad recipi-
endā mortē[ Hoc aūt ſcitote quoniā ſi ſciret pat-
familias qua hora fur veniret vigilaret vtiq;:ꝛ n̄
ſineret perfodi domū ſuā ]gor. Hic dn̄s ieſus mo
net nos vigilare contra mortis incertitudinem:
q̄uis nihil ſit certius morte:nihil tamē incertius
hora mortis.[ Et vos eſtote parati:q̄a q̄ra hora
nō putatis fili⁹ hominis veniet ]glo.ordi. vltimam
horā ſemꝑ ignorare voluit dn̄s vt ſꝑ ſit ſuſpecta
ꝛ ad eandē ſemꝑ preparemur.

Aliud euangelium de confeſſoribus ſc̄dm
Lucam.xi.cap̄lo.

In illo tēpore. Dixit Je-
ſus diſcipul' ſuis. Nemo
accendit lucernā ꝛ in ab
ſcondito ponit: neq; ſub modio:
ſ; ſup candelabrū: vt qui ingredi-
untur lumē videant. Lucerna cor
poris tui ē ocul⁹ tu⁹. Si ocul⁹ tu⁹
fuerit ſimplex:totū corp⁹ tuum lu
cidum erit. Si autē nequā fuerit:
etiam corp⁹ tuū tenebroſum erit.
Uide ergo ne lumē qd̄ in te eſt te
nebre ſint. Si ergo corpus tuu; lu
cidum fuerit nō habēs aliquā par
tē tenebrarū:erit lucidum totum.
Et ſicut lucerna fulgoris illumina-
bit te.

Poſtilla

Nemo accēdit lucernā ꝛ in ab
ſcondito ꝛc̄. Luc̄.xi. Hoc hui⁹ euāgelij paradig-
ma locutu; eſt dn̄s ieſus anno ei⁹.xxxi.ij.yd⁹ iu-
lij.feria.v.luna.xvi.indictiōe.iiij. Ante initiū illi⁹
euāgelij ſcribit ſanct⁹ Luc̄.in eodem cap̄lo.q̄ q̄
dam mulier extollens vocē de turba dixit. Beat⁹
venter qui te portauit ꝛ vbera que ſuxiſti. Tunc
ſequitur euāgeliū hodiernū.[ Nemo accēdit lu-
cernā ]Ly.lucerna hic accipitur ꝑ intentione re-
cta.quia intētio recta includit lumē fidei ꝛ ardo
rem charitatis ad modū lucerne ardentis [ꝛ in
abſcondito ponit:neq; ſub modio:ſed ſup cande
labrum ]Ly.quia intentio recta dirigit ad ſuper-
na[ vt qui ingrediūtur lumē videant ]Lyra. ſicut
eñ lucerna in alto poſita illuminat ea que ſunt i
domo materiali:ſic intētio recta ea que ſiūt ꝛ diſ-
ponūtur in domo eccleſie.ꝛ etiā in domo conſci-
entie[ Lucerna corporis tui eſt oculus tu⁹ ]lyra.
q̄a ſicut oculus dirigit mēbra corpis ad operādū
vt pedē ad ambulandū:manū ad ſcribēdū:ſic in-
tentio recta dirigit noſtras opationes in finē de-
bitū.ideo ſubditur[ Si oculus tu⁹ fuerit ſimplx ]
lyra.i.intentio tua recta[ totum corp⁹ tuu; ]id eſt
cōgeries opationū tuarū[ lucidū erit ].i. merito-
riū vite eterne[ Si aūt nequā fuerit ].i. intētio ꝑ
uerſa[ etiam corpus tuu; tenebroſum erit ] lyra.
id eſt cōgeries opationū tuarū mala erit:q; op⁹
bonū malum efficitur ꝑuerſa intentiōe :ſicut cu;
aliq̄s dat elemoſynā paupcule mulieri intētione
trahēdi eā ad peccatū luxurie[ Uide ergo ne lu-
mē qd̄ in te eſt tenebre ſint ]lyra.i.diligēter atten
de ne intentio tua que lumē aie eſt ſit peruerſa q;
per hoc corrūperētur om̄ia bona opa[ Si g̊ cor-
pus tuū lucidum fuerit nō habens aliquā ptem
tenebrarū ]lyra.tum ex bonitate intētionis:tum
ex bonitate opis[ erit lucidum totum ]quia om-
nia cadent ad vite eterne meritum[ ꝛ ſicut lucer
na fulgoris illuminabit te ]lyra. in preſenti ꝑ gr̄i
am:ꝛ in futuro per gloriam.

Aliud euāgl̄.de ꝯfeſſoribus ſm̄ Lucam.xix.

In illo tempore. Dixit ie
ſus diſcipul' ſuis parabo
lam hanc. Homo quidā
nobilis abijt in regionē lōginquā
accipere ſibi regnu; ꝛ reuerti. Uo
catis autem decem ſeruis ſuis:de-
dit illis dece; mnas:ꝛ ait ad illos
Negociamini dum venio. Ciues
autem eius oderant illum: ꝛ miſe-
runt legationem poſt illum dicen
tes. Nolumus hunc regnare ſuꝑ
nos. Et factum eſt vt rediret ac-
cepto regno:ꝛ iuſſit vocari ſeruos
ſuos quib⁹ dedit pecuniam: vt ſci
ret quantum quiſq; negociat⁹ eēt
Uenit autē prim⁹ dicēs. Domie

mna tua: decē mnas acquiſiuit. et
ait illi. Euge ſue bone: quia ī mo
dico fuiſti fidel': eris poteſtatē ha
bens ſuper decē ciuitates. Et alt
venit dicens. Domie mna tua fe-
cit quinq; mnas: ⁊ huic ait. Et tu
eſto ſuper quinq; ciuitates. Et al
ter venit dicēs. Domie ecce mna
tua quā habui repoſitā in ſudario
Timui em̄ te quia homo auſter⁹
es: tollis qđ non poſuiſti: ⁊ metis
quod non ſeminaſti. Dixit ei De
ore tuo te iudico ſue nequā. Scie
bas quia ego homo auſter⁹ ſuʒ tol
lens quod non poſui: ⁊ metēs qđ
non ſeminaui. Et quare non dedi
ſti pecuniā meā ad menſam: ⁊ ego
veniens cū vſuris vtiq; exegiſſem
illam. Et aſtantibus dixit. auffer
te ab illo mnā ⁊ date illi qui deceʒ
mnas habet. Et dixerunt illi. do-
mine decem mnas habet. Dico
autem vobis quia omī habēti da-
bitur ⁊ abundabit. ab eo autē qui
non habet: ⁊ quod habet auferet
ab eo. Poſtilla

Homo quidā nobilis abijt in
regionē ⁊c. luc. xix. Ante initium illius euangelij
ſcribit ſanctus lucas in eodem caplo q̄ chriſtus
dixit. Venit filius hominis querere ⁊ ſaluū face
re qđ perierat. Tunc poſtmodū ſeq̇tur euāgeliū
hodiernū. [Homo q̇dam nobil'] lyra. i. ieſus xp̄s
homo natus ſm carnem de ſemine dauid regis.
[abijt in regionem longinquā] lyra. id eſt ad ce-
lum empireum per ſuam aſcenſionem [accipe re
gnum] ſuper ordines angelorum [⁊ reuerti] ſcʒ
in fine mundi ad iudicium. Tunc em̄ omib⁹ ma
nifeſtabit regnū ip̄ius. [Vocatis autem decem
ſeruis ſuis] i. fidelibus vniuerſis [dedit ill' decē
mnas] lyra. vniuerſitatē donoꝝ ſuoꝝ diuerſimo-
de tamen quia dedit vnicuiq; plus vel min⁹ ſm
ꝓpriā virtutem [Et ait ad illos. negociamini dū
venio] lyra. q̇a temp⁹ meriti currit vſq; in diē iu-
dicij in quo tpe deus dat dona ſua ad hoc q̄ mul
tiplicētur per fruct⁹ bonoꝝ operū [Ciues aūt ei⁹
oderāt eū] lyra. ciues illi ſunt iudei qui ꝓ maiori
parte in odiū xp̄i ſunt firmati [⁊ miſerūt legatio-
nē poſt illū dicentes. Nolum⁹ hunc regnare ſuꝑ
nos] q̇a poſt aſcenſionē xp̄i ad celos iudei cona
ti ſunt deſtruere fidem catholicā in q̄ incipit reg
nū xp̄i qđ cōplebit ⁊ manifeſtabit in fine mun-
di [Et factum eſt vt rediret] ſcʒ ad generale iudi
ciū [iuſſit vocari ſeruos ſuos quibus dedit pecu-
niam vt ſciret quantuʒ quiſq; eſſet negociatus].
lyra. quia oportebit om̄es apparere ante iudiceʒ
ad reddendum de om̄ibus acceptis ab eo rōneʒ
Roma. xiiij. [Venit autē p̄mus dicēs. Domine
mna tua decem mnas acquiſiuit] lyra. quia tūc
electi de ſuis meritis ſecuri parati erūt aſtare iu-
dici [Et ait illi. Euge ſerue bone quia in modico
fuiſti fidelis] lyra. quia bona temporalia ⁊ etiaʒ
ſpiritualia que habētur in vita p̄nti modica ſunt
reſpectu bonoꝝ celeſtium: que expectantur in fu
tura vita [eris poteſtatē habēs ſuper decem ciui
tates] lyra. i. gaudebis de fidelitate omniū qui ꝑ
doctrinā tuam vel exēplum vite tue cōuerſi ſunt
ad bonū [⁊ alter venit dicens. dn̄e mna tua] gor-
ra. id eſt gratia tua [fecit quiq; mnas. ⁊ huic ait.
⁊ tu eſto ſuper quinq; ciuitates] Gorra. id ē ſuꝑ
illos quos tua predicatiōe vel exemplo tuo con-
uertiſti [ſed tertius venit] Ly. q̇a licet mali refor-
mident venire ad ꝯſpectū iudicis: tamē oꝑtebit
eos ibidē rep̄ntari [dicēſ. Dn̄e ecce mna tua quā
habui repoſitā in ſudario] lyra. mna repoſita in
ſudario ſignificat donū dei a bonis opibus ocio
ſum [timui em̄ te] lyra. iſte timor nō eſt niſi puſil
lanimitas bene agēdi [q̇a hō auſter⁹ es] lyra. lʒ
em̄ modo ſit temp⁹ miſcōie: in iudicio tamē erit tē-
pus rigoris ⁊ iuſticie [tollis qđ nō poſuiſti: ⁊ metis
qđ nō ſeminaſti] lyra. q̇a a prelatis eccl'ie nō ſo-
lū requirūtur bona in ꝓpria ꝑſona: ſ; in ſubditis
eoꝝ quos tenētur inducere ad bonū [dicit ei. De
ore tuo iudico te ſerue nequā] gor. ſtulticia mag̃
eſt peccatum proprium excuſare [ſciebas q: ego
homo auſterus ſum] glo. ſi me durum noueras:
quare cōmendatum tibi timorem non incuſſit:
vt ſcires me diligēti⁹ queſiturū [tollens qđ non
poſui: ⁊ metens qđ nō ſeminaui] Gorr. requirit
em̄ deus bona opa etiā ab eis q̇b⁹ nō dedit grāʒ
operandi. nec tn̄ deus hoc faciēdo iniuſte agit:
quia ⁊ ſi illi nō recipiunt: ip̄e tn̄ paratus fuit da

re gratiā[ꝛ quare nō dediſti pecuniā meā].i.dona mea[ad mēſam].i.ad lucrū[ꝛ ego veniens] ſcꝫ ad iudiciū particulare.i.ad morte hominis [cū vſuris exegiſſē eā].i.cū lucro[Et aſtātib' dixit]. Gor.i.angelis: q deo iudicāti ſp aſſiſtūt[Auffer te ab eo mnā].i.gratiā[ꝛ date illi q decez mnas habet]Glo.augeť eīm gratia in eo q in ea laborat. Autor compendij theo.veri.li.iij.c.vij. ſic dicēs. Ne aūt aliqđ bonū pereat illa bona opera q q s peccando mortificat alijs ſaluādis dabūtur. Sicut quādo corpali morte q s moriť fratres et ppinq i bonis ſuccedūt. Unde Job.xxvij.c. Si cōportauerit qſi terra argētū: ꝛ ſicut lutū preparauerit veſtimēta. pparabit qdem: ſed iuſt' veſtietur illis. ꝛ argentū innocēs diuidet[Et dixerūt ei] ſcꝫ angeli[Dñe hꝫ decē mnas]q.d.ſatis hꝫ. [Dico āt vobis: qa omī habēti]Gor. ꝛ illo bene vtēti[dabiť]ſcꝫ incremētū ei' qđ habet[ꝛ abūdabit]ſcꝫ in futuro. qa ſm aplm. ocul' non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcēdit q preparauit deus diligētibus ſe[ab eo aūt q nō habet] ſcꝫ vſum doni collati: ſicut ille piger ſeruus fuit[ꝛ qđ habet].i.pm donum[auferet ab eo]. Gor. dare habēti fuit miſericordie. auferre non habenti iuſticie.

Aliud euangelium de confeſſoribus ſcđm Matheum.xxv.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipul' ſuis. parabolaz hāc. Hō quidā pegre pficiſcēs vocauit ſuos ſuos: ꝛ tradidit ill' bōa ſua. Et vni dedit qnꝗ talēta: alij aūt duo: alij vo vnū. vnicuiꝗ ſꝫ ppriā vtutē: ꝛ pfect' ē ſtatim. Abijt aūt q quiꝗ talenta accepat ꝛ opat' ē in eis: ꝛ lucrat' ē alia qnꝗ. Similiť qui duo acceperat lucrat' ē alia duo. q aūt vnū accepat abijt ꝛ fodit i terrā: ꝛ abſcōdit pecuniā dñi ſui. Poſt multū vo tpis venit dñs illoꝝ ſuoꝝ ꝛ poſuit ratiōnē cum eis. Et accedēs q quinꝗ talēta accepat obtulit alia quinꝗ talēta: dicēs. Dñe quinꝗ talēta tradidiſti mihi: ecce alia quinꝗ ſuplucrat' ſum. Ait illi dominꝰ eiꝰ. Euge ſue bone ꝛ fidelis: qa ſup pauca fuiſti fidel'. ſupra multa te conſtituam: intra in gaudiū dñi tui. Acceſſit āt ꝛ q duo talēta accepat: ꝛ ait. Duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone ꝛ fidelis: qa ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituam: intra in gaudium domini tui.

Poſtilla

Homo quidā peregre pficiſcēs ꝛc. Mat.xxv. Hiſtoriā hui' euāgelij locut' ē dominꝰ ieſus xps āno ei'.xxxiij.xi.kalē.april'. feria iij.luna.xij.indictiōe.vi. Ante initiū illi' euāgelij ſcribit ſctus math.in eodē cap. q xps dixit diſcipulis ſuis. Uigilate qa neſciť diē neꝗ horam. Tūc ſtati ſeqtur euāg.hodiernū.[Hō qdā peregre pficiſcēs]Ly. Hō ille ē ieſus xpus q q uis ſm diuinitatē nō poſſit pficiſci de loco ad locū quia ſic eſt vbiꝗ: tm̄ ſm hūanā naturaz pegre pfect' eſt qn aſcēdit i celū[vocauit ſuos ſuos] Gor.educēdo eos in eē nature[ꝛ tradidit ill' bona ſua]Ly. ſcꝫ bona nature. bona gratie. bōa cōſciētie ꝛ ſapientie. bona potētie. bona opulentie Et dicuntur talenta. qa per bonū vſum taliū poteſt qlibet ſibi accipere celeſte premium[vni dedit qnꝗ talenta. alij duo. alij vo vnū. vnicuiꝗ ſꝫ ppriā vtutē. ꝛ pfect' eſt ſtatim] qa xps ſm hūanitatē mutauit locū celū aſcēdens[Abijt autē q quiꝗ talēta accepat ꝛ lucratus eſt alia qnꝗ] Ly. qa iſta talēta multiplicauit bn̄ vtēdo pdictis donis ad ſui pfectionē ꝛ pximi edificationem. [ſilr q duo talēta accepat].i.aliq ex pdicť dōis. [lucrat' ē alia duo] Gor. ꝛ attēdiť illđ lucrū merito q ad ſe: ꝛ in edificatiōe q ad pximū. ꝛ ſic duplicať bonū acceptū[Qui āt vnū accepat abijt ꝛ fodit in terra: ꝛ abſcōdit pecuniā dñi ſui] Ly. ille abſcōdit in terra q pdicť donis vtiť ad mūdi gloriā ꝛ tpale lucrū ſeu queſtū[Poſt mltū vero tpis] Ly. qr lōgū tps ē ab aſcēſiōe xpi ad celum vſꝗ ad aduentū eius ad iudiciū[venit dominus] Gor. per ſeipm: nō p vicarium [ſeruoꝝ illo

ſum]q̄b⁹ bona ſua cōmiſit[ꝛ poſuit rōnem cuꝫ
eis]vt p3 Luc.xvi.Redde rōnem villicationis
tue.Lyra.q2 tūc diſtricte exiget rōnem de bonis
ab eo collatis[Et accedēs q̄ qnq3 talenta accepe
rat obtulit alia qnq3 talēta:dicēs.Dñe qnq3 talē
ta tradidiſti mihi:ecce alia qnq3 ſuplucrat⁹ ſū].
Hoꝛ.i.multiplicata ſunt merita ex gratia tua et
vſu liberi arbitrij[Euge ſue bone ꝛ fidelis]que
rēs in ſuis actib⁹ dñi gloꝛiā ꝛ nō ꝑpꝛiā laudem.
[q̄a ſup pauca fuiſti fideł]lyra.oīa bona in hac
vita homi collata pauca ſunt reſpectu bonoꝛum
gloꝛie[ſupꝛa multa te ꝯſtituā]q̄a in celo confert
homi bonū infinitū[intra i gaudiū dñi tui]goꝛ.
vt ſit ex oīni pte gaudiū.ſurſum ex viſiōe dei. de
oꝛſum ex conſideratiōe inferni.interi⁹ ex glia cō
ſciētie:exteri⁹ ex decoꝛe oīmis creature[Acceſſit
aūt ꝛ q̄ duo talēta accepat.ꝛ ait.Dñe duo talēta
tradidiſti mihi:ecce alia duo lucratus ſum]goꝛ.
duplicādo bona.ſc3 bonū ſapie a me diffunden
do in ꝓximū p vbū pꝛedicatiōis.Bonū opatōis
a me diffundēdo in ꝓximū p exemplū edificatio
nis[Ait illi dñs ei⁹.Euge ſue bone ꝛ fideł:ſup
pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te ꝯſtituā.intra
in gaudiu3 domini tui]De quo dicit Bern.in li.
de cōſideratiōe.Qualis putas tūc erit ſplendoꝛ
aiarū:qn̄ ſolis ſplendoꝛē habebit lux coꝛpoꝛum
nulla eīn ibi triſticia.nulla anguſtia.null⁹ doloꝛ.
nullus timoꝛ.nullus ibi laboꝛ.nulla moꝛs.ſed ꝑ
petua ſanitas ſemꝑ perſeuerabit.

Aliud euāgeliū de ꝯfeſſoꝛib⁹ ſm Mat.xxiiij.

In illo tempoꝛe.Dixit
ieſus diſcipul' ſuis.Vigi
late q̄a neſcit' qua hoꝛa
dñs veſter vētur⁹ ſit.Illud aute3
ſcitote:quoniā ſi ſciret paterfami
lias qua hoꝛa fur vētur⁹ eſſet vigi
laret vtiq3:ꝛ non ſineret ꝑfodi do
mū ſuā.Ideo ꝛ vos eſtote parati
quia neſcit' qua hoꝛa fili⁹ homis
vētur⁹ eſt.Quiſputas eſt fideł ſer
uus ꝛ prudēs quē cōſtituit domi
n⁹ ſup familiā ſuam:vt det ill' cibū
in tēpoꝛe.Beat⁹ ille ſeru⁹:quē cū
venerit domin⁹ ei⁹ iuenerit ſic fa
cientem.Amē dico vob:ſup oīa
bona conſtituet eum. Poſtilla

Vigilate q2 neſcit' q̄ hoꝛa ꝛc.
Math.xxiiij.Hec verba ſancti euāgelij locutus
eſt domin⁹ Jeſus chꝛiſtus āno eius.xxxiij.xi.ka
leñ.apꝛilis.feria.iij.luna.xij.indictiōe.vi.Ante in
itium illi⁹ euāgelij ſcribit ſanct⁹ Math. in codē
capl'o.Celum ꝛ terra tranſibūt:verba autē mea
nō tranſibūt.Tunc ſeq̄tur euāgelium hodiernū.
[Vigilate quia neſcitis qua hoꝛa domin⁹ veſter
venturus ſit]goꝛra.ſc3 ad moꝛtem cuiſlibet ho
minis.vt patet Eccł.x.Neſcit homo finem ſuu3
ꝛc.[Hoc autem ſcitote:quoniā ſi ſciret paterfa
milias qua hoꝛa fur veniret]goꝛra.id eſt moꝛs q̄
fur dicitur pꝛopter impꝛouiſum aduentum.vt p3
Apoc.iij.Venia3 tibi tanq̄ fur[vigilaret vtiq3]
ne in peccato moꝛtali moꝛeretur:quia moꝛs pec
catoꝛu3 peſſima[ꝛ non ſineret perfodi domū ſu
am]Goꝛra.id eſt cum violentia anima3 a coꝛpo
re extrahi.ſed ſponte exire.Unde Criſ.Quādo
anime peccatrices i coꝛpoꝛe quaſi in pꝛopꝛio do
micilio delectantur.veniens cum ſentētia dei an
gelus moꝛtis perfodit coꝛpus ꝛ animā violenter
auellit.Anime aute3 iuſte que quaſi in exilio ibi
ſunt:veniēte ſententia nō perfodiūtur.ſed reuer
tuntur gaudentes[Ideoq3 ꝛ vos eſtote parati]
ſc3 ſine macula coꝛdis[quia qua hoꝛa non puta
tis filius hominis venturus eſt]Goꝛra.ſc3 ad
iudicium particulare in moꝛte[Quiſputas ē fi
delis ſeruus ꝛ pꝛudens.que3 conſtituit domin⁹
ſuper familiam ſuam]ſc3 in officij ſui ſuſceptio
ne[vt det illis cibum in tempoꝛe]Goꝛ.triplicem
cibum verbi.exempli.ꝛ tempoꝛalis ſubſidij.Uł
ſm Ly.vt det ill' cibum in tempoꝛe.id eſt auxili
um ad q̄d quilibet tenetur.Unđ Eccł.xvij.Cu
ilibet mandauit deus de pꝛoximo ſuo[Beat⁹ il
le ſeruus:quem cum venerit dominus eius]Ly.
querens in moꝛte rationem ſui ſeruitij[inuene
rit ſic facientem]Lyra.in actibus charitatis ſe
exercentem.quia per talia meretur eternam bea
titudinem[Amen dico vobis ſuper omnia bona
ſua conſtituet eum]quia beatitudo eſt ſtat⁹ om
nium bonoꝛum aggregatione perfectus.vt dicit
in libꝛo de conſolatiōe pħie.Boꝛra. Bona pꝛe
ſentia ſunt particularia ꝛ imperfecta.ſed bōa ce
leſtia ſunt bona cōmunia ꝛ perfecta.Nunc enim
ex parte cognoſcimus.ex parte diligimus.ſ tunc
in futuro perfecte.

Incipiunt Euangelia de virginibus ſcđm
Matheum.xxij.

In illo tempe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile ē regnum celoꝝ theſauro abſcondito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit. ⁊ pre gaudio illiꝰ vadit ⁊ vendit vniuerſa que habet ⁊ emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum celoꝝ homini negociatori querēti bonas margaritas: inuenta autē vna precioſa margarita abijt ⁊ vēdidit vniuerſa que habet ⁊ emit eã. Iterū ſimile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe i mare: ⁊ ex omni genere piſciū congreganti. quã cū impleta eſſet. educētes ⁊ ſecus littus ſedētes elegerunt bonos i vaſa ſua: malos autē foras miſert Sic erit in conſummatiōe ſeculi. Exibūt angeli ⁊ ſepabunt malos de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dētium. Intellexiſtis hec omnia. Dicūt ei. Etiã. Ait ilł. Ideo om̄is ſcriba doctꝰ in regno celorū ſimilis eſt hoi patrifamilias q̄ ꝓfert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera

## Poſtilla

### Simile eſt regnum celorum.

Math. xiij. Hiſtoria huiꝰ euangelij facta eſt in apꝛili anno xp̄i. xxxiij. indictione. vi. Ante initiū illiꝰ euãgelij ſcribit ſanctꝰ math. in eodē caplō. q̄ chriſtꝰ dixit. Juſti fulgebūt ſicut ſol in reḡ patris eoꝝ. Tunc poſtmodū ſeq̄tur euãgł. hodiernū. [Silē ē regnū celoꝝ theſauro abſcōdito i agro] Goꝛ. ad laudē v̓ginū exponit̄ parabola iſta. Sic theſaurꝰ in agro ē virginitas in carne. Coꝝ. iiij. Habemꝰ theſaurū iſtū in vaſis fictilibꝰ. Unde Augꝰ. Facite qḋ poteſtis ne v̓ginitat̄ bonum a vobis pereat. cū facere nō poteſtis vt redeat. vł ſm̄ Greg. theſaurꝰ eſt celeſtis regni deſiderium [quē q̄ inuenit hō abſcōdit. ⁊ pꝛe gaudio illius vadit] Goꝛ. pedibꝰ ment̄ ipm̄ affectãdo [⁊ vendit vniuerſa que hꝫ] ſcꝫ tp̄alia ꝯtēnendo. vt patꝫ Math. xix. Si vis perfectꝰ eſſe vade ⁊ vēde omnia q̄ habes ⁊ da paupibꝰ [⁊ emit agrū illū] Goꝛ. totalr̄ celeſtibꝰ inhiãdo [Iterū ſilē eſt regnū celoꝝ hoi negociatoꝛi querenti bonas margaritas]. i. dulcedinē vite celeſtis [Inuēta aūt vna p̄cioſa margarita] Goꝛ. id eſt xp̄m. ⁊ ſm̄ hoc xp̄us dr̄ margarita. Sicut em̄ naſcit̄ margarita ex roꝛe celeſti concha marı̄ ſe aperiēte. ſic xp̄s virtute ſpūſſancti in maria conſentiente. Yſa. xlv. Roꝛate celi deſup ⁊ nubes pluãt iuſtū. aperiat̄ terra ⁊ germinet ſaluatoꝛē [abijt ⁊ vēdidit omnia q̄ habet] Goꝛ. per ꝯtemptuꝫ terrenoꝝ. ad Phił. iij. Om̄ia arbitroꝛ vt ſtercoꝛa. vt xp̄m lucrifaciam. [⁊ emit eã] per conatū ⁊ deſideriū eternoꝝ. vt pꝫ Phił. i. deſideriū habēs diſſolui ⁊ eē cū chꝛiſto. [Iteruꝫ ſimile eſt regnū celoꝝ] Ly. i. ſtatꝰ eccłie militant̄ [ſagene miſſe in mare] Goꝛ. i. eſt doctrine diuulgate in mūdū [⁊ ex om̄i gn̄e piſciū] Goꝛ. id eſt hominū [cōgregãti] ſcꝫ bonoꝝ ⁊ maloꝛum pauperū ⁊ diuitū. iuuenū ⁊ ſenū [quã cū impleta eſſet] Goꝛ. qḋ erit in fine ſeculi. qn̄ implebitur numerꝰ electoꝝ [educētes ⁊ ſecꝰ littus ſedentes elegerūt bonos in vaſa ſua. malos aūt foras miſerūt. Sic erit in ꝯſummatiōe ſeculi] Ly. Sicut em̄ non diſtinguūtur boni piſces a malis q̄diu ſagena eſt intra aquaꝫ. ſic in eccłia admixti ſunt mali cū bonis. ſed in fine mūdi ſagena trahetur ad litꝰ p apertū iudiciū: q̄a tūc erit manifeſta abſcondita coꝛdiū. ⁊ tūc ſcꝫ in iudicio [exibūt ãgeli ⁊ ſeparabūt malos de medio iuſtoꝝ. ⁊ mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dentium] fletꝰ ſcꝫ ꝓpter ardoꝛē. ⁊ ſtridoꝛ dentiū ꝓpt̄ frigꝰ [Intellexiſtis hec om̄ia] Ly. q. d. ad vos ꝑtinet intelligere q̄ alios debet̄ docere viã ſalutis [Dicūt ei. etiã. Ait ilł. Ideo om̄is ſcriba] Unde Augꝰ. Apoſtoli ſunt ſcribe ⁊ notarij xp̄i. ⁊ v̓buꝫ dei ſignãtes in tabulis coꝛdis [doctꝰ]. i. lr̄atꝰ ⁊ a deo inſpiratꝰ [in regno celoꝝ]. i. in eccłia militãte [ſimilis eſt homi patrifamilias] Lyra quia ſicut paterfamilias hꝫ paſcere filios pane coꝛpali ſic iſte paruulos fidei pane ſpūali [q̄ pꝛofert de theſauro ſuo] Ly. i. de ſcientia in coꝛde abſcondita [noua ⁊ vetera] id eſt auctoꝛitates ⁊ ꝓceſſꝰ veteris ⁊ noui teſtamenti.

Aliud euangelium de virginibus ſm̄ Matheum. xxv. caplō.

In illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulꝭ ſuis parabolam hanc. Siꝉe ē regnū celorū decē virginibuſ: que accipiētes lāpades ſuas exierunt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue ⁊ quinqꝫ prudētes. Sꝫ quinqꝫ fatue acceptis lāpadibꝰ non ſūpſerunt oleū ſecū. Prudētes vero acceperunt oleū in vaſis ſuis cuꝫ lāpadibꝰ. Morā autē faciēte ſpōſo dormitauerunt oīes ⁊ dormierunt. Media autē nocte clamor factꝰ ē. Ecce ſpōſus vēit: exite obuiā ei. Tunc ſurrexerunt oēs vgines ille: ⁊ ornauerunt lāpades ſuas. Fatue aūt ſapiētibꝰ dixerunt. Date nob̄ d̄ oleo vr̄o: q̄a lāpades noſtre extinguūtur. Rn̄derūt prudētes: dicētes. Ne forte nō ſufficiat nob̄ ⁊ vob̄ ite potiꝰ ad vēdētes ⁊ emite vob̄. Dū autē irēt emere vēit ſponſus: ⁊ q̄ pate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. ⁊ clauſa ē ianua. Nouiſſime vēiunt ⁊ reliq̄ virgines dicētes. Dn̄e dn̄e aperi nob̄. At ille rn̄dēs: ait. Amē dico vob̄: neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: q2 neſcitꝭ diē neqꝫ horā. Poſtilla

Siꝉe eſt regnū celorū decē. ⁊c.

Math. xxv. Hiſtoria huiꝰ euāgelij facta eſt āno xp̄i. xxxiij. xi. kaleñ. aprilis. feria. iij. luna. xij. indictione. vi. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Math. in. xxiiij. cap. Si em̄ malꝰ ſeruꝰ dixerit in corde ſuo. morā facit dn̄s meꝰ venire. ⁊ cepit percutere cōſeruos ſuos. manducet aūt ⁊ bibat cum ebrijs. Veniet dn̄s ſerui illiꝰ in die q̄ nō ſperat. ⁊ hora q̄ ignorat ⁊ diuidet eū. ſcꝫ ſepando animaꝫ a corpe in morte ipiꝰ. pteqꝫ eiꝰ ponet cū hypocritis. i. cū falſis xp̄ianis. ſepando eū a beatꝭ ⁊ coniūgendo ip̄m cū dānatꝭ. ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dētium. Tūc ſtati ſeq̄tur euāgl. hodi. [Siꝉe ē regnū celorꝫ decē vginibꝰ] Ly. i. eccꝉia militās cōtruꝫ ad ſtatū cōtēplatiuū [decē vginibꝰ]. i. cōtemplatiuis Ly. vginitas em̄ ſignificat vitā cōtēplatiuā. q̄a ſic caſtitas eleuat mētē a carnalibꝰ ⁊ diſponit itellectū ad cōtēplatiōem vitarꝭ. ſic econtrario luxuria dep̄mit mētē ⁊ cauſat hebetudinē intellectꝰ. ⁊ ſic reddit hoiem q̄ſi beſtialē. ꝑpt qđ dr̄. i. Ethicoꝝ. Vita voluptuoſa vocatur vita pecudum [q̄ accipiētes lāpades ſuas] Bor. acceptio lāpaduꝫ eſt cōſio operū. vt ſint alijs in exēplū [exierūt obuiā ſponſo]. i. xp̄o [⁊ ſpōſe]. i. eccꝉie [Quinqꝫ auteꝫ ex eis erāt fatue. ⁊ q̄nqꝫ prudētes] Ly. vgines ei prudētes ſunt cōtēplatiui ſeu religioſi q̄ opa ſua bona ad finem debitum ordinant. ſcꝫ principaliter ad gloriam dei: ⁊ ad ſalutem propriam: ⁊ ad edificationem proximi. Econtrario fatue virgines dicuntur qui propriam gloriam ⁊ fauorē hominū querunt in ſuis bonis operibus: ⁊ merito dicūtur fatue virgines. quia bona opa ſua pdūt ꝑpter defectum intentiōis recte [ſed quinqꝫ fatue acceptis lampadibus] Bor. i. operibꝰ de genere bonoꝝ [nō ſumpſerūt oleum ſecū] in quo ſignatur charitas. Sicut em̄ oleum natat ſup omnes liquores: ſic charitas ſuper omnes virtutes. [Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis] id eſt charitatem [cum lampadibus] id eſt cum opibus ſuis. q. d. ex charitate perfecerūt opa ſua bona. [Moram autem faciēte ſponſo dormitauerunt omnes ⁊ dormierunt] Mora iſta eſt decurſus temporis ab aſcenſione chriſti vſqꝫ ad diem iudicij. qđ tp̄s ꝑpter longitudineꝫ vocatꝛ mora. Jam em̄ durauit per mille quadringentos ⁊ octogintaocto ānos. ⁊ reſiduū eſt nob̄ incertum. Jn hoc autē tpis interuallo moriūtur om̄es homines tam boni q̄ mali: q̄ quidē mors deſignatur hic per dormitiōeꝫ: q̄a ita faciliter excitabūtur a morte per chriſtū ad iudiciū veniētē ſicut hō excitat aliū hoiem dormienteꝫ. [Media autē nocte] Ly. non intelligitur per hoc q̄ iudicium extremū ſit celebrandū de nocte. ſed de die ſicut dicit apl̄us. i. Cor. iij. Dies domini declarabit ⁊c. Sed quia tempus iudicij eſt nobis occultum. ideo hic ſignatur p mediā noctē. q̄a illa que fiunt media nocte ſunt hominibus occulta [clamor factus eſt] Ly. i. vox xp̄i vel angeloꝝ ad vocandum mortuos ad iudicium [tunc ſurrexerunt om̄es vgines ille] Ly. q̄a om̄es reſurgēt boni et mali vt appareant in iudicio xp̄i [⁊ ornauerunt

lampades ſuas ]gor.i.apud ſe cogitauerūt opa ſua ꝑ qb⁹ remuneratiōem expectabāt. Vñ Gregori⁹. Ornāt lampades: qa apud ſe ſua opa numerāt ꝑ qb⁹ eternā btitudinē recipe ſperauerūt [ Fatue aūt ]ſcȝ vgines [ ſapiētib⁹ dixerūt. Date nobis de oleo veſtro. qa lāpades noſtre extiguūtur ]Ly. iſta petitio vana ⁊ rñſio negatia ſignāt ꝙ null⁹ poterit ad aliū ꝗtūcūq̧ iuſtuȝ recurrere ꝑ auxilio nec aliqs ꝗtūcūq̧ iuſt⁹ poterit aliū iuuare: ſꝫ ſibi ſoli ſufficiet iuſticia ſua. Unde Hieronim⁹. In futuro vnuſqſq̧ ꝑ opib⁹ ſuis mercedē accipiet. Nec pñt in die iudicij alioꝝ vtutes, alioꝝ vitia ſubleuare. Et h̄ eſt qđ ſubdit [ ne forte ñ ſufficiat nobis ⁊ vobis. ite poti⁹ ad vendentes ⁊ emite vobis ] Unde Amb. Vendūt oleū q aduland o aias in errorē mittūt. De quo dicitur i ps. cxl. Oleū aūt peccatoris nō ipinguet caput meum ⁊c. [ Dū autē irēt emere venit ſponſus ]lyra. id eſt chriſt⁹ ad remuneratiōem bonoꝝ [ ⁊ q parate erāt ]Ly. per bona opa in charitate facta [ itrauerūt cū eo ad nuptias ]. i. ad celeſtē gloriam. [ ⁊ clauſa eſt ianua ]gor. ianua inqt miſcdie ad idulgendū: q modo oib⁹ apitur. Janua glie ad intrandū q modo omib⁹ penitētib⁹ reſeratur [ Nouiſſime ]. i. nimis tarde [ veniūt ⁊ relique virgies dicētes. Dñe dñe aperi nobis ]lyra. per hoc ꝙ vocant eū dñm ſignificat ꝙ crediderūt in chriſtum Sed quid ꝓdeſt ore inuocare ſi ope neges [ At ille rñdens ait. Amē dico vobis: neſcio vos ]Ly. ſcȝ notitia approbatiōis qua ſoli electi a deo cognoſcūtur [ Vigilate itaq̧ ]gor. ſcȝ anteꝗ veniat ſponſus [ qa neſcitis diem neq̧ horaȝ ]ſcilicet mortis veſtre.

In feſto corporis Chriſti. Euangelium ſm Johannem. vi.

In illo tpe. Dixit Jeſus turb iudeorum. Ego ſū panis viu⁹ qui đ celo deſcēdi. Si qs manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea eſt ꝑ mūdi vita. Litigabāt ergo iudei ad iuicē: dicētes. Quomodo poteſt h dare nob carnē ſuā ad manducandum. Dixit ergo eis ieſus. Amen amē dico vob: niſi manducauerit carnē filij hominis: et biberitis ei⁹ ſanguinem non habebitis vitam in vob. Qui manducat meaȝ carnē ⁊ bibit meum ſanguinē habet vitam eternā. ⁊ ego reſuſcitabo euȝ in nouiſſimo die.

Poſtilla

Ego ſum panis viu⁹ qui de celo deſcēdi ⁊c. Joh. vi. Hec vba ſancti euāgelij de ſe ipo locut⁹ eſt dñs ieſus xps anno eius. xxxij. xvi. kaleñ. Maij. feria. iij. luna. xxiiij. indictione. v. Ante initium illius euāgelij ſcribit ſanct⁹ Johānes in eodē caplo. ꝙ iudei murmurabāt de illo ꝙ xps dixit. Ego ſum panis viu⁹ q de celo deſcēdi. ⁊ dicebāt. Nōne hic eſt ieſus filius ioſeph cuius nos nouim⁹ prēm ⁊ matrem. Quō ergo dic h: qa de celo deſcēdi: Rñdit eis ieſus ⁊ dixit. Nolite murmurare inuiceȝ. nemo pōt venire ad me: niſi pater q miſit me traxerit illum. Tūc poſtmodū ſeqtur euāgeliū hodiernū [ Ego ſum panis viuus ]Tho. viuificās comedētē. Iſte eñ cib⁹ ſiue panis in manducātē nō cōuertit: ſꝫ eū in ſe ꝯuertit. ſic dictū ē btō Aug°. Nec tu me mutabiſ in te ſicut cibū carnis tue: ſꝫ tu mutaberi i me [ q đ celo deſcēdi ]tho. vt eſſē panis hoiȝ q erā pāis āgeloꝝ vñ in ps. lxxvij. Panē angeloꝝ māducauit hō [ Si qs māducauerit ex hoc pane viuet in eternū. ]in pñti p gratiā: in futuro per gloriā [ ⁊ panis queȝ ego dabo caro mea eſt pro mundi vita ]Tho. bene dicit pro mundi vita. Quia vtilitas huius ſacramenti eſt non ſolum ipſius ſumentis ⁊ celebrantis: ſꝫ cōmunis toti⁹ eccliē: qđ nō contigit in alijs ſacramētis: nā baptiſm⁹ ſolum ꝓdeſt ſuſcipienti. euchariſtia vo nō ſolum celebranti. ſed etiam omibus pro qbus orat ⁊ qui ſunt đ corpe eccleſie: ſiue ſint viui ſiue defuncti. Et ratio ē: qa in alijs ſacramētis continet vtus ⁊ efficacia vbi incarnati. hic aūt continet ipe xps fons ⁊ plenitudo ſanctitat. ⁊ ideo pl⁹ extēdit ſe virt⁹ eius. [ Litigabant ergo iudei ad inuicē: dicētes. Quō hic pōt nobis dare carnē ſuā ad māducandum ] Tho. litigatio erat de hoc ꝙ carnē ſuā panē dixerat. Intelligebāt eñ ꝙ caro ſit dentib⁹ lacerāda. ⁊ ideo reputāt hoc impoſſibile ⁊ incōueniēs [ Dixit g eis ieſus. Amē amē dico vobis. niſi māducaueritis carnē filij hoīs ]lyra. Sicut eñ in vita corpali cib⁹ eſt neceſſari⁹ ad vitā ꝯſeruādā: ita in vita ſpūali hoc ſacramentū eſt neceſſariuȝ qȝ eſt vite ſpūalis ꝯſeruatiuū. qa ſicut baptiſm⁹

eſt quedam regeneratio ſpūalis: ita eucharíſtia ē
q̄dam ſpūalis nutritio[ ⁊ biberitis eius ſangui
nem: nō habebitis vitam in vobis ] Ly. nō eſt in-
telligēdum ꝙ hoc ſacramentū ſub vtraqꝫ ſpecie
fidelibus ſit exhibēdū: ſed tm̄ hoc modo a ſacer-
dotib' eſt ſumendū. licet em̄ in ꝑmitiua eccleſia
popul' ſub vtraqꝫ ſpecie cōicaret: tm̄ poſt modum
ꝓuide ordinatū eſt vt populus nō ꝯmunicet ſub
ſpecie vini ꝓpter periculū effuſionis. Et etiá q̄a
ſcd̄m beatū Tho. de aquino in. iiij. diſt. x. propter
naturalem cōcomitátiam ſub vtraqꝫ ſpecie. ſ. pa
nis ⁊ vini eſt totus xp̄s. ergo q̄ cōmunicat corpi
ꝯmunicat ⁊ ſanguini: cū ſub vtraqꝫ ſpecie totus
xp̄s cōtinetur. ſ. ſcd̄m corpus: aiam ⁊ deitatem[ q̄
manducat meá carnem ⁊ bibit meū ſanguinē ]
ſupple digne[ habet vitam eterná ] Ly. qꝛ habet
deum inhabitátem: q̄ eſt vita eterna[ ⁊ ego reſu-
ſcitabo eū in nouiſſimo die ] Tho. q̄tū ad gloriá
corporis.

Sequit̄ euangeliū ꝓ defunctis qd̄ legit̄ pre-
ſente funere aut in depoſitōne defunctoꝝ ſ̄m Jo
hannem. xi.

In illo tempore. Dixit
Martha ad ih̄m. Dn̄e
ſi fuiſſes hic: frater me'
nō fuiſſet mortu'. ſed ⁊
nūc ſcio qꝛ quecūqꝫ popoſceris a
deo: dabit tibi de'. Dixit ei iheſus
Reſurget frater tu'. Dixit ei mar
tha. Scio qꝛ reſurget in reſurrecti
one i nouiſſimo die. Dixit ei ih̄s.
Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. q̄ cre-
dit in me etiam ſi mortu' fuerit vi-
uet. ⁊ oīs q̄ viuit ⁊ credit in me nō
morieť ineternū. Credis hoc. Ait
illi Utiqꝫ dn̄e. ego credidi quia tu
es xp̄s fili' dei viui q̄ in hūc mun-
dum veniſti. Poſtilla.

Dixit martha ad ieſum. Dn̄e
⁊c. Joh. xi. Hiſtoria hui' euangelij facta eſt an-
no xp̄. xxxiij. v. ydus Marcij. feria. vi. luna. i. idi-
cione. vi. Ante initiū illi' euāgelij ſcribit ſanct'
Joh. i eodē ca°. ꝙ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. La
zar' mortu' eſt, ⁊ gaudeo ꝓpť vos, vt credatis qꝛ
non eram ibi: ſed eam' ad eū. Uenit itaqꝫ ieſus
⁊ inuenit eū quattuor dies in monumēto haben
tem ⁊c. Tunc ſeq̄tur euāgeliū hodiernū. [ Dixit
martha ad ieſum. Dn̄e ſi fuiſſes hic frater meus
nō fuiſſet mortu' ] Tho. q. d. tu es fons vite. ergo
mors nō habuiſſet locū i p̄ntia tua[ ſ; ⁊ nūc ſcio ]
licet frater me' ſit mortu' ⁊ ſepultus: fide certa te
neo[ qꝛ quecūqꝫ popoſceris a deo dabit tibi de' ]
q. d. poteras repellēdo mortē vitá ꝯſeruare: potes
⁊ vitá perditá reſtaurare. Un̄ aug'. Non dixit. ro
go te vt reſuſcites fratrē meū. nō em̄ ſciebat ſi re
ſurgere fratri ſuo vtile erat[ Dixit ei iheſus. Re-
ſurget frater tuus. ] Ly. ſed illa intellexit hoc de
reſurrectiōe futura in fine mūdi. ideo ſequit̄. [ Di
xit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectiōe in
nouiſſimo die ] Tho. q. d. ſcio reſurrectōem gn̄a-
lem oim̄ hoim̄ futuram. ⁊ neſcio, vtrū de illa gn̄a-
li loquens vel de ſpāli fratris mei. Sciebat autē
de doctrina xp̄i. qꝛ ſ̄m Criſ. a xp̄o de illa generali
reſurrectōe audiuit. vel etiá quia ex ſcripturis le
gis ⁊ ꝓphetaꝝ de illa gn̄ali reſurrectōne edocta
fuerat[ Dixit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita ]
id eſt cá reſurrectionis q̄tū ad corpus, ⁊ vita q̄n-
tum ad aiam[ Qui credit in me ] q̄ ſum vita[ etiá
ſi mortu' fuerit ] ſcꝫ per peccatū i aia[ viuet ] ſ. vi
ta gratie in p̄nti[ ⁊ oīs qui viuit, ⁊ credit i me: nō
morieť ineternū ] tho. ⁊ ſi moriat̄ morte corpis q̄
eſt mors gehenne. [ Credis hoc ] Aug'. Chriſt'
ſciens fidē ipſius ꝯfeſſionem ei' req̄rit. ⁊ hoc ad
meritū ſalutis. Roma. x. Corde credit̄ ad iuſtici-
am: ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē[ Ait illi. Utiqꝫ
dn̄e ] ſupple om̄ia credo[ ego credidi qꝛ tu es xp̄s
filius dei viui ] Ly. ſ. naturalis[ q̄ in hunc mūdū
veniſti ]. ſ. per carnis aſſumptionē.

Aliud euangelium pro defunctis ſcd̄m Jo-
hannem. v.

In illo tēpore. Dixit Je-
ſus diſcipul' ſuis. Amen
amē dico vob: quia venit
hora ⁊ nūc eſt qn̄ mortui
audiēt vocem filij dei: ⁊ q̄ audie-
rint viuēt. Sicut em̄ pater habet
vitā in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vi
tam hr̄e in ſemetipo. Et ptātē de-
dit ei iudiciū facere: qꝛ fili' hoīs ē
Nolite mirari hoc: qꝛ venit hora i

qua oēs q̄ in monnumentꝭ ſunt au
diēt vocē ei⁹. Et ꝓcedent q̄ bona
fecerūt in reſurrectiōem vite. q̄ vo
mala egerunt in reſurrectionē iu-
dicij. Poſtilla.

Amē amē dico vob: quia venit
ꝛc̄. Joh. v. Hec ꝛ ſequētia euāgelia iuxta hiſtori
as ſuas dicta ſunt a dn̄o ieſu xp̄o anno ei⁹. xxxij.
xviij. kal. Maij. feria. iij. luna. xxiiij. indictōne. v.
Ante initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſanct⁹ Joh. in eo
dem caplo ꝙ ipſe pater diligit filium ꝛ oīa demō
ſtrat ei q: ipſe facit ꝛ maiora hijs demōſtrabit ei
opera. ꝛ vos miremini p:e magnitudine. q. d. voſ
miremini ꝙ ſanaui paralyticū qui habuit. xxxviij.
annos in infirmitate ſua. ſ; maiora faciā. q: ſuſci
tabo mortuos. Tūc poſtmodū ſeqtur euā. hodi.
[Amē amen dico vobis q: venit hora] ſc; i fine
mūdi [ꝛ nūc eſt] ſc; etiā in p̄nti [q̄n mortui audi
ent vocē filij dei] lyra. q: ad vocē filij aliq̄ i p̄nti
ſunt reſuſcitati. vt fili⁹ vidue. vt pat; Luc. vij. ꝛ fi
lia archiſynagoge. vt p; Math. ix. ꝛ etiā lazar⁹.
vt p; Joh. xi. Sed in futuro ꝛ in fine mūdi om̄s
reſurgēt ꝛ trāſibunt de morte ad vitā. Und̄ apl's
i. Cor. xv. Oēs quidē reſurgem⁹ [Sicut em̄ pat
h; vitam in ſemetipſo] Hor. ſ. ꝑ eſſentiam [ſic de
dit ꝛ filio vitā habere in ſemetipſo] ꝑ eſſentiā. et
in hoc xp̄s oſtēdit equalitatē ſui cum p̄re [ꝛ po-
teſtatē dedit ei iudiciū facere] ſc; in q̄tū; hō. [q:
filius hoīs eſt] lyra. ſ. ab oībus viſibilis i iudicio
bonis ꝛ malis [Nolite mirari hoc. q: venit hora
in qua oēs q̄ i monumētis ſunt audiēt vocē ei⁹.]
hoc fit in gn̄ali reſurrectōne oīm hoīm q̄n om̄es
reſurgent ad vocē eius. i. ad imperium ei⁹. Un̄ pſ.
lxvij. Dabit em̄ voci ſue vocem virtutis [ꝛ ꝓcedēt
q̄ bona fecerūt in reſurrectionē vite] lyra. hoc ad
ditur ad denotādum ꝙ fides ſine operib⁹ nō ſuf-
ficit ad ſalutem [Qui vero mala egerūt] Tho. i.
mala acta ꝑ penitentiā non emēdauerūt [i reſur
rectionem iudicij] id eſt in eternam damnatōem
vt patet Math. xxv. Ibūt hij in ſuppliciū eternū
iuſti autem in vitam eternam.

Aliud euāge. pro defunctis ſm Johānē; v.

In illo tēpe. Dixit. i. d. ſ.
ꝛ turb iudeoꝝ Sicut em̄
pater ſuſcitat mortuos ꝛ
viuificat: ſic ꝛ fili⁹ quos
vult viuificat. Neq; em̄ pater iu-
dicat queq̄: ſed om̄e iudiciū dedit
filio: vt oēs honorificēt filiū: ſicut
honorificant patrē. Qui non ho-
norificat filiū: non honorificat pa
trem q̄ miſit illum. Amē amen di
co vob. q: qui v̄bum meum audit
ꝛ credit ei qui me miſit habet vitā
eternam ꝛ in iudiciū nō venit: ſed
trāſit a morte in vitā. Poſtilla.

Sicut em̄ pat̄ ſuſcitat mortuoſ
ꝛc̄. Joh. v. Ante initiū hui⁹ euāgelij ſcribit ſctūs
Johēs in eodē caplo ꝙ ieſus ſanauit quēdam i
firmū; q̄ habuit. xxxviij. annos in infirmitate ſua
ꝓpterea perſeq̄bant̄ eum iudei. quia hec facie-
bat. Jeſus autem r̄ndit. Pater meus vſq; modo
operatur ꝛ ego operor. Propterea ergo magis q̄-
rebant eū iudei interficere. q: nō ſolum ſoluebat
ſabbatum: ſed ꝛ patrē ſuum dicebat deū eq̄le; ſe
faciens deo. Tunc poſtmodū ſequitur euāgeliu;
illud [Sicut em̄ pater ſuſcitat mortuos ꝛ viuifi-
cat] lyra. quod eſt diuine v̄tutis [ſic ꝛ fili⁹ quos
vult viuificat] ſc; ꝑ potētiam ei eq̄lem. Un̄. i. Re
gum. ij. Dn̄s mortificat ꝛ viuificat ꝛc̄. Itē Deut.
xxxij. Ego occidā ꝛ ego viuere faciam. [neq; em̄
pater iudicat queq̄] lyra. ſ. ſeorſum a filio: cu; ſit
eoꝝ vna operatio [ſ; om̄e iudiciū dedit filio.] vt pt;
Act. x. Ipſe eſt qui cōſtitut⁹ eſt a deo iudex viuo
rum ꝛ mortuoꝝ [vt oēs honorificent filium ſicut
honorificant p̄rem] tho. Sicut em̄ pater ꝛ filius
ſunt equales in auctoritate ꝛ poteſtate: ſic debēt
eſſe equales in gl'ia ꝛ honore [Qui nō honorifi
cat filiū nō honorificat patrem q̄ miſit illū] Hor
ra. Rō quare pater vult filiū honorari. q: honor
filij eſt honor patris, ꝛ ecōuerſo [Amen amē di-
co vobis q: q̄ v̄bum meū audit: ꝛ credit ei q̄ me
miſit] lyra. fide formata [h; vitam eternā] lyra. ſ.
cauſaliter. quia habet grām que facit eū dignu;
vita eterna [ꝛ in iudiciū non venit] ſc; cōdenati
onis [ſed trāſit a morte] Hor. i. de p̄ſenti vita que
mors eſt [in vitam] lyra. q: oportet ſoluere debi
tum nature vt veniat ad vitam glorie.

Aliud euangelium ꝓ defunctis ſm Johan
nem, vi, caplo,

In illo tēpore. Dixit Je
ſus diſcipul' ſuis. Omē
quod dat mihi pater ad
me veniet: ⁊ eum q̇ venit
ad me non eijciā foras. q: deſcēdi
de celo nō vt faciam voluntatem
meā: ſʒ voluntatē eius q̇ miſit me
Hec ē āt volūtas eiꝰ qui miſit me
patris: vt oē qđ dedit mihi non ꝑ
dam ex eo: ſʒ reſuſcitē illud ī nouiſ
ſimo die. Hec ē autē voluntas pa
tris mei q̇ me miſit vt oīs qui videt
filium ⁊ credit in eū habeat vitam
eternā. Et ego reſuſcitabo eum in
nouiſſimo die. Poſtilla.

Omē quod dat mihi paṫ ad me
veniet ⁊c. Joh. vi. Ante initiū illiꝰ euāgelij dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum panis vite. qui ve
nit ad me nō eſuriet. ⁊ q̇ credit in me nō ſitiet vn
q̄. tunc ſeq̄tur euāgelium illud. [Omē quod dat
mihi pater ad me veniet] ꝑ fidē formatā. nam fi-
des eſt fundamētum oīm meritoꝝ [⁊ eū qui veit
ad me.] thomas. id eſt ad fidem ⁊ gratiam me-
riti [non eijciam foras] i. nūq̄ ſubtraham ei gra
tiam nec amicitiam meā ab ipo diuidā dūmodo
ipſe per peccatū gratiam meā nō expellat [q: de
ſcendi de celo] id eſt naturam humanā aſſumpſi
[nō vt faciā volūtatē meam: ſ; volūtatem eius q̇
miſit me] tho. Ecce per oīa volūtatem hūanā
ſubiecit volūtati diuine. Math. xvi. Nō mea vo
luntas ſ; tua fiat. [Hec eſt autē volūtas eiꝰ q̇ mi
ſit me patris: vt oīe qđ dedit mihi non perdā ex
eo] lyra. q: ⁊ ſi talis p̄deſtinatus aliq̄n cadit in
peccatū mortale: finaliter tamē reſurget. Vn̄ am
broſiꝰ. Certꝰ ſum q̄ deus nullū electoꝝ ſuorū ca
dere ꝑmitteret. ſi eum meliorē a caſu ſuo reſurre
cturum nō ſenſiſſet [ſ; reſuſcitem illud in nouiſſi
mo die] tho. ſcʒ de morte ad glioſam vitam [hec
eſt autem volūtas patris mei q̇ me miſit vt om-
nis q̇ videt filiū] tho. ſ. paſſibilem ⁊ mortalem: et
cum hoc miracula facientem [⁊ credit in eum.]
id eſt adheret ei ſicut vni vero deo: per miracula
ductus ad fidem [habeat vitam eternā] lyra. ſi ꝑ
ſeueret. qđ eſt infallibiliter verum in p̄deſtinat;
de quibus xp̄s hic loquitur [Et ego reſuſcitabo
eum in nouiſſimo die] quo ad corpus. vt ſil' gau-
deat in corpore ⁊ anima.

Poſtilla euangelioꝝum dn̄icalium necnō de
ſanctis ſfinit feliciter.

Epiſtolarū de tempoꝛe ꝛ ſanctis liber incipit.

Dominica pꝛima in aduentu dñi ad Roma
nos.xiiij.capl'o.

Ratres. Scientes
qꝛ hoꝛa eſt iã; nos
de ſomno ſurgere.
Nunc autē ꝓpioꝛ
ē noſtra ſal⁹ ꝙ cu;
credidim⁹. Nox p̄
ceſſit: dies autē; appꝛopinquauit.
Abijciam⁹ ergo opa tenebꝛarum:
ꝛ induamur arma lucis: ſic vt ī die
honeſte ambulem⁹. Non ī cōmeſ
ſationib⁹ ꝛ ebꝛietatib⁹: non in cu
bilib⁹ ꝛ impudicitijs. Non in ꝯtē
tione ꝛ emulatōne: ſed induimini
dñm noſtrum iheſum chꝛiſtum.

Poſtilla.

Fratres. ſciētes quia hoꝛa eſt
iam nos de ſomno ſurgere. Verba ꝑpoſita oꝛigi
naliter ad Ro.xiij.ca°. ſunt ſcripta ī epiſtola ho
dierna lectionalit̃ recitata. Ante initiū illius epi-
ſtole ſcribit ſctūs paulus in eodē cap. dicēs. Ne-
mini quicꝙ̄ debeatis niſi vt inuicē diligat̃. Qui
em̄ diligit ꝓximū legem impleuit. Poſt hec ſeq̄
tur ep̄l'a hodierna. Scientes qꝛ hoꝛa eſt ꝛc. Vbi
ſciendū ꝙ epiſtola hodierna ꝛ euãgeliū hodier-
nū concoꝛdāt. quia in euãgelio intimatur nobis
aduētus regis celeſtis: ſic in epiſtola monet nos
apoſtol⁹ Paulus vt preparemus nos ad aduen
tum tāti regis dicens [Fratres] vbi nota ꝙ ſan-
ctus paulus apoſtol⁹ ꝯmuniter in epiſtolis ſuis
ꝑmittit Fratres. ꝛ ratio ē iſta. quia in ſuis epiſto
lis nititur homies inducere ad amoꝛē fraternita
tis. Etiam p̄ſentem epiſtolã ſcribit Romanis. et
romani ſunt qui in ꝑtibus italie de iudeis ꝛ gē-
tibus cōuerſi ſunt ad fidē ꝑ doctrinam ip̄i⁹ apl'i.
Vnde ſcribit ipſis ꝑ Thimotheū diſcipulū ſuū
a Choꝛintho ciuitate que eſt in Achaia dicens.
[Scientes quia hoꝛa eſt] ſc; in tempe gratie [iã
nos de ſomno ſurgere] ly. ꝺ ocio ſurgere ad opa
charitatis. Greg. Caritas operat̃ mag̃ ſi ē. ſi ãt
operari renuit: charitas non eſt [nunc autem] id
eſt tempe gratie [pꝛopioꝛ eſt noſtra ſal⁹.] Ly. q̄a
per chꝛiſtū ianua celeſtis eſt aperta que tempo-
re legis erat clauſa. ideo ſubditur [ꝙ cum credi-
dimus] id eſt plus ꝙ ante aduētum xp̄i. tūc eni;
ſciebant ſe patres antiqui deſcēſuros ad limbu;
Vnde patriarcha iacob dixit Gene. xxxvij. De-
ſcenda; ad filiū meū lugens in infernū ꝛc. [nox
pꝛeceſſit.] Lyra. id eſt obſcuritas figurarū veterꝭ
legis [dies autem appꝛopinquauit.] id eſt clari-
tas veritatis reuelata eſt in noua lege [Abijcia-
mus ergo opera tenebꝛarum] Lyra. id eſt pecca
ta que ad tenebꝛas ducūt. Math. xxij. [ꝛ indua
mur arma lucis] id ē virtutes que illuminãt mē
tem: ꝛ finaliter ad vitam eternã perducūt [ſic vt ī
die] Lyra. iudicij extremi [honeſte ambulemus]
ſc; ad gloꝛiam [Non] ſc; ambulem⁹ [in cōmeſſa
tionibus] ſc; vitando peccata gule. [ꝛ ebꝛietati-
bus] id eſt potationib⁹ immoderatis [Non ī cu-
bilibus] Goꝛ. id ē pigritijs doꝛmientiū [ꝛ impu-
dicitijs] id eſt luxurioſis actibus qui pꝛoueniūt
ex ſuperfluitate cibi ꝛ potus ꝛ ſomni. [Non in
contentione] ſc; quo vnus contēdit contra aliū.
[ꝛ emulatione] Goꝛ. quo vnus alteri inuidet ꝺ
ſua ꝓſperitate [ſ; induimini dñm noſtrū iheſum
xp̄m] Ly. ſ. imitãdo ſanctitatem cōuerſatōis ſue
quia ſ̄m Augu. non eſt verus xp̄ian⁹ q̇ nō imitat̃
veſtigia xp̄i.

Dominica ſecūda in aduētu domini ad Ro
manos.xv.

Ratres. Quecunꝙ ſcri
pta ſunt: ad noſtram do
ctrinam ſcripta ſunt: vt
per patiētiam ꝛ cōſolati
onem ſcripturarū ſpem habeam⁹
Deus autē patientie ꝛ ſolatij det
vobis idipſum ſape in alterutru;
ſcd̄m Iheſum chꝛiſtum: vt vnani-
mes vno oꝛe honoꝛificetis deum
ꝛ patrem domini noſtri Jeſu xp̄i.
Pꝛopter quod ſuſcipite inuicē: ſi-
cut ꝛ chꝛiſt⁹ ſuſcepit vos in hono
rem dei. Dico em̄ chꝛiſtum Jeſu;
miniſtrum fuiſſe circūciſiōis pꝛo-
pter veritatem dei ad cōfirmãdaſ
ꝓmiſſiones patrum. Gentes aūt

ſup mīa honorare deū ſicut ſcptū
eſt. Propterea cōfitebor tibi i gē-
tib⁹: ⁊ nomini tuo cātabo. Et ite-
rum dicit. Letamini gētes cū ple-
be ei⁹. Et iterum. Laudate omēs
gētes dominū: ⁊ magnificate eum
oīs populi. Et rurſus iſaias ait.
Erit radix ieſſe ⁊ qui exurget rege
re gētes: in eum gētes ſperabunt.
Deus autem ſpei repleat vos om
ni gaudio ⁊ pace i credēdo: vt abū
detis in ſpe ⁊ virtute ſpūſſancti.

## Poſtilla.

Fratres Quecunqʒ ſcripta ſūt
ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Ad Roma. xv
Ante initiū illius eplē ſcribit ſanct⁹ Paul⁹ i pn-
cipio illius capli dicēs. Debem⁹ aūt nos firmio-
res imbecillitates ifirmoꝝ ſuſtinere ⁊ n̄ nob placere.
Poſt hoc ſeqtur eplā hodierna. Quecunqʒ
ſcripta ſunt ⁊c̄. Cōcordant epiſtola ⁊ euāgeliuʒ
q: in euāgelio hodierno agit̄ d̄ aduētu chriſti ad
iudiciū. vbi q̄dam ad terrorē maloꝝ. q̄dam ad cō
ſolationē bonoꝝū tangūtur. Sic etiam apoſtol⁹
in eplā hodierna adducit ſacram ſcripturaʒ que
hoiem ad prepandum ſe ad iſtū aduētū dirigit ⁊
informat dicens [Quecūqʒ ſcripta ſunt] Gorra
de dn̄o noſtro ieſu xp̄o in diuinis libris: ⁊ etiaʒ d̄
ſanctis veteris teſtamēti: ſicut de iacob ⁊ d̄ tobia
⁊ etiam de ſanctis noui teſtamēti. ſ. de apoſtolis
de martyribus: ⁊ de alijs ſanctis [ad noſtram do
ctrinam ſcripta ſunt] q: oīs ſcriptura diuinit⁹ in-
ſpirata vtilis ē ad docēdū. ij. Thi. iij. [vt ꝑ patiē-
tiaʒ] ſcʒ i aduerſis [⁊ cōſolatōem ſcripturarum]
id eſt conſolatōnem quam dant ſcripture. Con-
ſolātur eīn nos ſcripture in incolatu vite p̄ſentis
[ſpem habeamus.] ſcʒ de beatitudie eterna que
ex ſcripturis promittit̄ [Deus autē patientie] id
eſt deus qui eſt dator patientie in aduerſis [⁊ ſo
lacij] id eſt cōſolatōnis poſt tribulationem. quia
ipſe cōſolatur nos in oīni tribulatōne noſtra. Co
rintho. i. [Det nobis idipſum ſapere] id eſt ſenti
re [i alterutruʒ] id eſt ꝯformiter [ſcd̄m ieſuʒ xp̄ʒ]
id eſt ſcd̄m doctrinam iheſu xp̄i. [vt vnanimes]
id eſt eadem voluntate [vno ore] id eſt eadem vo
cis cōfeſſione [honorificetis deum ⁊ patreʒ dn̄i
noſtri iheſu xp̄i] Lyra. q̄tum ad vnitatem operis.
quia fides ſine operibus mortua eſt. Jacobi. ij.
[propter quod ſuſcipite inuicē] ſcʒ infirmos ad
cōſolandū [ſicut ⁊ ipſe] ſcʒ chriſt⁹ [ſuſcepit vos]
infirmos [in honorem dei] id ē vt in nobis hono
rificetur deus [dico enī iheſum xp̄m miniſtrum]
id eſt predicatorē [fuiſſe circūciſiōis] predicādo
iudeis circūciſis. ideo ipſe chriſt⁹ dixit Mathei
xv. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierūt do
mus iſrael [ꝓpter veritatem dei] Vin. vt de⁹ ve-
rax habeatur [ad cōfirmandas ꝓmiſſiones pa-
trum] factas ipſis. quia iudeorum aſſumptio ad
fidem ⁊ ad ſalutem fuit ex debito ꝑ ꝓmiſſionē pa
tribus eoꝝū factam Luce. i. Sicut locutus eſt ad
patres noſtros abrahā ⁊ ſemini ei⁹ in ſecula [gē
tes autē] id eſt pagani ſcʒ debēt [honorare deuʒ
ſuper miſcōia] eis exhibita ſine precedēte ꝓmiſ-
ſione. quia gētium aſſumptio ad fidem ⁊ ſaluteʒ
fuit ex ſola miſcōia ſine promiſſione. quia lex nō
fuit data p̄ribus eoꝝ neqʒ ꝓphete ſicut iudeis
[ſicut ſcriptum eſt] in p̄s. xvij. vbi xp̄us loquitur
ad patrem [Propterea cōfitebor tibi in gētibus
domine] id eſt faciaʒ tibi gētes cōfiteri voce lau
dando [⁊ nomini tuo cātabo] Gorra. id eſt faciā
tibi cātare canticū laudis. p̄s. xcv. Cātate domio
canticū nouū [Et iterum dicit] ſcʒ ſcptura Eſaie
xxxv. [Letamini gētes] id eſt pagani cōuerſi ad
fidem [cum plebe eius] id ē cū iudeis. Factum ē
vnū ouile de iudeis ⁊ gentibus. vnde Joh. x. Et
fiet vnū ouile ⁊ vnus paſtor. [Et iterum] dic da-
uid in p̄s. xcvi. [Laudate dn̄ʒ omnes gētes.] id ē
pagani cōuerſi ad fidem [⁊ magnificate eū oēs
populi] Vincen. id eſt omnes tribus filiorum iſ
rahel [Et rurſus iſaias ait] xi. caplo. [Erit radix
ieſſe] ſcʒ qui ⁊ yſai pater dauid. i. Regum. xvi. de
qua ſtirpe natus eſt xp̄s ſcd̄m carnem [⁊ q̄ exur-
get regere gentes] ſcʒ in fide ⁊ bonis operib⁹ et
gentes conuerſi ad fidem. [in eum gētes ſpera-
bunt] Geneſ. xlix. Ipſe erit expectatio gentium
quia habent ſpem per ip̄m cōſequi vitam eter-
nam [Deus autem ſpei] in quo ſperandum ē [re
pleat vos omni gaudio.] ſcʒ ſpirituali [⁊ pace in
credendo vt abūdetis in ſpe] Lyra. per cumulū
meritorum. [⁊ virtute ſpirituſſancti.] cuius ſunt
principaliter omnia opera meritoria. quia ſine
virtute ſpirituſſancti nulle virtutes vel opera pla
cent deo.

Dn̄ica. iij. in aduentu. i. ad Cor. iiij. caplo.

Ratres. Sic nos exiſti-
met homo vt miſtros xp̄i
⁊ diſpēſatores miniſteri
orū dei. Hic iam querit̄
inter diſpēſatores: vt fidelis quis
inueniatur. Mihi autē pro mini-
mo eſt vt a vobis iudicer: aut ab
humano die: ſed neqꝫ meipm̄ iudi
co. Nihil em̄ mihi conſciꝰ ſum: ſꝫ
non in hoc iuſtificatꝰ ſum. qui aūt
iudicat me dominꝰ eſt. Itaqꝫ noli
te ante tēpꝰ iudicare quoaduſqꝫ ve
niat dominꝰ q̄ ⁊ illumiābit abſcō
dita tenebraruꝫ: ⁊ manifeſtabit cō
ſilia cordium: ⁊ tūc laus erit vnicu
iqꝫ a deo. Poſtilla.

Fratres. Sic nos exiſtimet hō vt miniſtros xp̄i. i. Cor. iiij. Ante initū illius epiſtole ſcribit ſanctus paulus dicēs. Templuꝫ dei ſanctū eſt quod eſtis vos. Si quis inter vos videtur ſapiens in hoc ſeculo ſtultus fiat vt ſit ſapiēſ Sapiētia em̄ huius mūdi ſtulticia ē apud deuꝫ. Tunc poſt hoc ſeqt̄ epiſtola hodierna [Sic nos exiſtimet hō] Sciendū ꝙ ep̄la ⁊ euāgeliū ꝯcordant. quia in euāgelio agitur de ſpūali aduentu chriſti. In ſignū huius tūc euāgeliū dicit de ſancto iohāne qui interp̄tatur in quo ē gratia. ſic etiam apoſtolꝰ Paulus i epiſtola hodierna ſuadet prelatis ꝙ debeant diligēter exeq̄ ſibi iniunctuꝫ officium ⁊ miniſterium. ergo dicit [Sic nos exiſtimet homo ⁊c̄] Et hāc epiſtolam ſcribit Cor. Et chorinthij nominātur, a quadaꝫ ciuitate q̄ dicitur chorinthus. ⁊ eſt metropol' in achaie ꝑtibꝰ Achaia vero eſt quoddā territoriū in terra grecie. ⁊ illos arguit de iudicio temerario. q̄a nimis temerarie iudicabāt apoſtolū cum ſuis. ergo dic̄. [Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i] Vincentiꝰ. quaſi diceret. taliter viuamꝰ ⁊ couerſamur ꝙ quilibet homo poſſit vere exiſtimare de nobiſ ꝙ ſumus fideles miniſtri chriſti. vnde Bonauētura doctor ſacre theolologie ſup. iiij. li. ſent. diſt. xvi. De quolibet preſumēdum eſt bonū niſi ꝓbetur cōtrarium [⁊ diſpenſatores] Gorra. id eſt diſtributores [miniſteriorū dei] id eſt ſacramētorū diuinorum [Hic iam queritur] a nobis [inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur] Prouerbiorum. xx. Multi homines vocantur miſericordes: virū autē fidelem q̄s inueniet. Thomas. Fidelis miniſter ē qui in oibus intēdit honoreꝫ dei ⁊ vtilitatem populi. Sed ipſi Chorinthij iudicabāt p̄ſes eē infideles: nec aliquē putātes eē fidelē [Mihi autē ꝓ minimo eſt] Gorra. id ē parum puto [vt a vobis iudicer] Tho. ſcꝫ eſſe fidelis v. l infidelis [aut ab humano die] id ē ab homine dum eſt in ſuo die id eſt in preſenti tempore [Sed neqꝫ meipm̄ iudico] Vincētiꝰ. fideleꝫ vel infidelem miniſtruꝫ chriſti: cum nō poſſum ſcire certitudinali ſentētia: ſed ex cōiecturis exiſtimo me bene eſſe fidelem diſpēſatorem. Vnde dicit̄ Eccli. ix. Neſcit homo an odio vel amore dignus ſit [Nihil em̄ mihi conſciꝰ ſuꝫ] id eſt in nullo remordet me cōſciētia mea [ſꝫ nō in hoc iuſtificatꝰ ſū] Gor. i. nō me ideo iuſtū reputo. q: pōt eē aliquod delictum quod neſcio. p̄s. xviij. Delicta q̄s intelligit [q̄ autem iudicat me dn̄s eſt] q̄ ſolꝰ nouit ſecreta cordis mei melius ꝙ̄ egoipſe [Itaqꝫ nolite an̄ tēpꝰ iudicare] iudicij extremi. q: mō n̄ eſt tp̄s iudicandi [quoaduſqꝫ vēiat dominꝰ] ſupple ad iudicandū [q̄ ⁊ illuminabit] id ē apta faciet [abſcondita tenebrarū] .i. occulta pctā [⁊ manifeſtabit cōſilia cordiū] .i. cogitata. q: tunc libri conſciarum ap̄ient̄ [⁊ tūc laus erit] .i. remuneratio [vnicuiqꝫ a deo] bn̄ agēti vel cogitāti ⁊c̄.

Dominica quarta in aduētu ad Philippenſes. iiij. caplo.

Audete in dn̄o ſemp. ite-
rum dico gaudete. Mo-
deſtia veſtra nota ſit om-
nibꝰ hominibꝰ: dominꝰ e-
nim ꝓpe eſt. Nihil ſolliciti ſitis. ſꝫ i
omī oratōne ⁊ obſecratōe cū gra
tiaꝝ actione petitōnes veſtre ino
teſcant apud deū: ⁊ pax dei q̄ exu-
perat oēm ſenſuꝫ cuſtodiat corda
veſtra ⁊ intelligētias veſtras i xp̄o
ieſu domino noſtro. Poſtilla.

Gaudete in domino ſemper. iterū dico ⁊c̄. Phil. iiij. Ante initium illiꝰ epiſtole ſcribit ſctūs Paulus dicēs. Fratres. nr̄a ꝯuerſatio in celis eſt, vnd̄ ſaluatorē expectamꝰ dn̄m no-

ſtrū ieſum chꝛiſtū q̇ refoꝛmabit coꝛpus humilita
tis noſtre cōfiguratū coꝛpoꝛi claritatis ſue. Tūc
ſequitˀ epiſtola hodierna. [Gaudete in domino
ſemꝑ ⁊c. Sciendum ꝙ epiſtola ⁊ euangeliū con
coꝛdāt. quia in euāgelio docemur qualiter domi-
no viam ꝑpꝛ rare debemus per veram penitenti
am vt eum digne ſuſcipe poſſumus iam venturū
in carne. Et debet hoc fieri cum gaudio ſpiritua
li quod gaudium neceſſarium eſt in tempe tribu
lationis: ſcd̄m illud Jacobi. i. Omne gaudium
exiſtimate frēs cum in varias temptatōnes inci
deritis. Et cum illo gaudio ſpūali bene ſtat con-
trino coꝛdis. quia ſcd̄m augu. penitēs de peccatꝭ
dolet: ⁊ de doloꝛe gaudet. Sic etiam apoſtolus
Paulˀ in epiſtola hodierna nos infoꝛmat quali-
ter i dn̄o gaudere debeamus dicēs. Gaudete in
domino. Et p̄ſentem epiſtolā ſcribit philippenſi
bus. Et philippēſes nominātur a ciuitate Phi-
lippis que eſt in grecia. Unde dicit [ffrēs. gau-
dete in domino] non in hoc ſeculo. Ratio illiˀ eſt
quia ſicut nemo pōt duobus dn̄is ſeruire Mat.
vi. ſic nemo poteſt gaudere in hoc ſeculo: ⁊ cum
hoc in dn̄o [ſemꝑ] Lyra. nō vna hoꝛa: ſed quoti-
die [Iterum dico gaudete] nō ſolum exteriˀ: ſed
etiam in coꝛde interiˀ [modeſtia veſtra] Ly. in cō
uerſatōne ⁊ vita [nota ſit om̄ibus hominibus]
Uincē. tam malis ꝙ bonis. Ly. vt boni melioꝛeſ
fiant veſtro exēplo. ⁊ alij mali conuertantˀ [Dn̄s
em̄ ꝓpe eſt.] Goꝛra. ideo debetis gaudere. quia
dominus pꝛope eſt ⁊ paratus dare quod neceſſa
rium eſt [Nihil ſolliciti ſitis [Uincentˀ. ſcꝫ de tē-
poꝛalibus: ſed iactātes curam veſtram in domi-
no: ⁊ ipſe vos enutriet. iuxta illud mathei. vi. No
lite ſolliciti eſſe dicentes. quid manducabimus:
aut quid bibemus ⁊c. [ſed in omni oꝛatōe ⁊ ob-
ſecratione] Uincentiˀ. de quibuſcūq; rebus [cū
gratiarūactione.] quia qui vult alia impetrare:
gratus debet eſſe de pꝛeteritis. Unde Chꝛiſoſt.
ſuꝑ Matheū. Gratiarūactio eſt inuitatio ad plˀ
dandum. [petitōnes veſtre innoteſcāt apud de-
um] id eſt ita feruētes vt ad deum perueniant [⁊
pax dei] id eſt deus qui eſt pax ⁊ quies mentis.
[qui exuperat] id eſt excedit [omnē ſenſum] Ui-
centiˀ. id eſt omnē intellectū tam angelicū ꝙ hu
manū [cuſtodiat coꝛda veſtra.] .i. volūtates vr̄ās
in bono. [⁊ intelligētias veſtras in chꝛiſto Jeſu
dn̄o noſtro] Goꝛ. vt nihil extra ip̄m appetatis vel
intelligatis.

In nocte natiuitatis dn̄i ad p̄mam miſſaꝫ epi
ſtola ad Tytuꝫ. ij.

Apparuit em̄ gratia ſal-
uatoꝛis noſtri oībus ho
minibˀ erudiens nos vt
abnegātes impietatem ⁊
ſecularia deſideria: ſobꝛie ⁊ iuſte:
⁊ pie viuamˀ i hoc ſeculo: expectā
tes beatam ſpem ⁊ aduētum glie
magni dei ⁊ ſaluatoꝛis noſtri ieſu
chꝛiſti. qui dedit ſemetip̄m ꝓ no-
bis: vt nos redimeret ab om̄i ini-
quitate: ⁊ mūdaret ſibi populū ac-
ceptabilē ſectatoꝛem bonoꝝ ope-
rum. Hec loquere et exhoꝛtare in
chꝛiſto iheſu domino noſtro.

Poſtilla

Apparuit em̄ gratia ſaluato-
ris noſtri ⁊c. Hodie ab eccleſia dei celebꝛatur na-
tiuitas dn̄i ſicut xp̄s dn̄s noſter d̄ v̄gine Maria
natˀ eſt verˀ deˀ ⁊ verˀ hō: in q̇ magnā miam hoi
bus oñdit. q꞉ nō ex opibˀ iuſticie q̄ fecimˀ nos: ſꝫ
ſcd̄m magnā miſc̄diam ſuā ſaluos nos fecit. Er-
go apoſtolˀ Paulˀ in officio p̄me miſſe que i me
dia nocte celebꝛatur inſinuat dei miſc̄diaꝫ nobis
exhibitam dicēs. Appuit gr̄a dei ⁊c. Ante initiū
illius ep̄le ſcribit ſanctˀ Paulˀ exhoꝛtādo tytum
diſcipuluꝫ ſuū dicēs. Loquere que docēt ſanaꝫ
doctrinam: ſenes vt ſobꝛij ſint: pudici: pꝛudētes:
ſani in fide: in dilectiōe: ⁊ patiētia: ⁊ in omnibus
temetip̄m pꝛebe exēplum bonoꝛū operū. tunc ſe-
quitur p̄ſens epiſtola [Apparuit em̄ gratia dei ⁊
ſaluatoꝛis noſtri] Ly. in carne ꝓ nobis aſſūpta.
[oībus homibˀ] Goꝛ. i. ad vtilitatē oīm hominū
[erudiens nos] verbo ⁊ exēplo [vt abnegantes
impietatē] lyra. i. idolatriam: ſicut ⁊ per oppoſi-
tū pietas d꞉ cultˀ diuinˀ [⁊ ſecularia deſideria.]
Ly. que intēdunt ad diuitias ⁊ honoꝛes ⁊ delici-
as coꝛꝑis [ſobꝛie] lyra. in nobis [⁊ iuſte] ad ꝓxi
mū [⁊ pie] ad deū [viuamˀ in hoc ſeculo] .i. mū
do fragili ⁊ trāſitoꝛio [expectātes btām ſpem] .i.
beatitudinem ſperatam: vt per hoc libētius ⁊ fa-
cilius faciamus bona opera [Et aduentum glo
rie] id eſt manifeſtatōem glorioſam. [magni dei
⁊ ſaluatoꝛis domini noſtri iheſu chꝛiſti] Goꝛra.
id eſt aduentum chꝛiſti ad iudicium qui eſt ma-

tē a principibꝯ ſacerdotum alligan
di oīs qui inuocant nomē tuum.
Dixit autē ad eum dominꝯ. Ua-
de quoniam vas electōnis eſt mi-
hi iſte: vt portet nomē meū corā
gētibꝯ ⁊ regibꝯ ⁊ filijs iſrael. Ego
em̄ oſtēdam illi quanta oporteat
eū pro nomine meo pati. Et abijt
ananias ⁊ introiuit in domū: ⁊ im
ponēs ei manꝯ dixit. Saule frater
dominꝯ miſit me Jħs qui apparu
it tibi in via qua veniebas: vt vide
as ⁊ implearis ſpiritu ſācto. Et cō
feſtim ceciderūt ab oculꝭ eius tāq̄
ſquame. ⁊ viſum recepit: ⁊ ſurgens
baptizatꝯ ē. Et cum accepiſſet ci-
bum ꝯfortatꝯ ē. Fuit autē cum di
ſcipulꝭ qui erāt damaſci ꝑ dies ali-
quot. Et continuo ingreſſus in ſy
nagogas: p̄dicabat Jħm: quoniā
hic ē filiꝯ dei. Stupebant aūt oēs
qui eum audiebāt: ⁊ dicebāt. Nō-
ne hic eſt qui expugnabat in hieru
ſalem eos qui inuocabant nomen
iſtud. ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos
illos duceret ad principes ſacerdo
tum. Saulꝯ autē multo magis cō-
ualeſcebat ⁊ confundebat iudeos
qui habitabant damaſci: affirmās
quoniam hic eſt chriſtus.

Poſtilla.

Saulꝯ autē adhuc ſpirans mi-
narū ⁊c. Ante initiū illꝯ ep̄le ſcribit ſanctꝯ lucas
q̄ diſcipuli qui erant diſperſi poſt lapidatōnem

ſancti ſtephani ꝑtranſibāt euāgelizantes verbū
dei. Philippus autē deſcendēs in ciuitatē ſama
rie p̄dicabat illꝪ chriſtū. Intendebāt autem tur⸗
be hijs q̄ a philippo dicebant̄ vnanimiter audi
entes ⁊ videntes ſigna q̄ faciebat. multi eñi eoꝝ
q̇ habebant ſpūs immūdos .i. diabolos: clamā⸗
tes voce mag̃ exibant. multi aūt ꝑalytici ⁊ claudi
curati ſunt. Factū eſt ergo magnū gaudiū i illa
ciuitate. Tunc poſtmodū ſeq̄tur epiſtola hodier
na [Saulꝰ autē adhuc ſpirās ] Ly. id eſt exvehe⸗
menti ſpū ignem ꝑſecutōnis in ſe accendeus ⁊ i
alijs contra eccl̃iam [minarum ]in verbis iniuri
oſis [⁊ cedis ]i. verberibus ⁊ flagellis [in diſci⸗
pulos domini ]i. contra credentes in xp̄m: qui
tūc dicebātur diſcipuli. quia nondū nominaban
tur xp̄iani. [acceſſit ad p̄ncipem ſacerdotū ] Lira
nō vocatus ſed ſe ingerens volūtate nocēdi iſa⸗
matꝰ [⁊ petijt ab eo epiſtolas ]vt ex eiꝰ auctorita
te magis poſſet nocere fidelibus. [in damaſcum
ad ſynagogas ] Ly. vt ibi ꝑſequeret̃ credentes:
ſicut fecerat in ir̃lm [vt ſi quos inueniret huiꝰ vie
viros ac mulieres vinctos ꝑduceret in ieruſalem.
Et cum iter faceret contigit vt appropinquaret
damaſco ⁊ ſubito circūfulſit eū lux de celo ] Lyra
ſicut ſolet fieri in choruſcatōne ⁊ fulgure [⁊ ca⸗
dens in terrā ]pre ſtupore ⁊ admiratiōe [audiuit
vocem ]ſcꝫ auditu corꝑis ⁊ mētis [dicentem ſibi
Saule ſaule ]hec duplicatio fit ad magis mouē⸗
dam eiꝰ attentōem [ quid me ꝑſequeris ]ſcilicꝫ i
membris meis q̄ perſeq̄batur ſaulus ⁊ non xp̄m
in ꝓpria perſona. quia iam ſedebat ad patris de
xteram glorioſus. [Qui dixit ] Quis es dñe ⁊c̃.
durum eſt tibi contra ſtimulū calcitrare ].i. potē⸗
tiori te incompabilr̃ reſiſtere [Et tremēs ac ſtu⸗
pens ] Ly. de cognita xp̄i poteſtate quē ante nō
credebat in celo regnare: ſed magis vt falſum ꝓ
phetā cum damnat̃ eſſe. [dixit. Dñe quid me vis
facere ]q. d. ex nunc facere paratꝰ ſum tibi in om̄i
bus obedire [Et dñs ad eum. Surge ⁊ ingrede⸗
re ciuitatem ⁊ dicet̃ tibi q̇d te oporteat facere ]in
hoc oſtēdit xp̄s ꝙ vult ꝙ vnꝰ homo informetur
ab alio [Viri autem illi qui comitabātur cum eo
ſtabant ſtupefacti audientes q̇dem vocem ]ſcili
cet pauli. non autē chriſti. qꝛ audiebant paulū di
centē. quis es domine q̇d me vis facere [neminē
autē videntes ]quia non videbāt aliquam perſo
nam ad quam dirigeret ſmonem: ideo ſtabāt ſtu
pefacti [ſurrexit autem ſaulus de terra: apertiſq̄
oculis nihil videbat ⁊c̃. ] Ly. ſcꝫ viſu corꝑali. Vi
debat autē viſu mentali. qꝛ ſcd̄m doctores ꝯmu⸗
niter in illo triduo fuit raptus vſq̄ ad tertiū celū

[⁊ non manducauit neq̄ bibit ] Ly. ſuſtētatꝰ illa
viſione ſicut ⁊ moyſes q̄draginta diebꝰ in mon⸗
te ſynai. [Erat autē q̇dam diſcipulꝰ damaſci no⸗
mine ananias ] Ly. qui de iudaiſmo ad fidem xp̄i
conuerſus fuit: ſciētia ⁊ vita famoſus [⁊ dixit ad
illum in viſu dñs. Ananias. At ille ait. Ecce ego
dñe ⁊c̃. ] Ly. hoſpes eñi pauli iudas vocabatur.
[ſaulū nomine tharſenſem ].i. de tharſo oriūdum
[Ecce eñi orat: ] Eſt eñi oratio eleuatio mentis i
deum vt inq̇t hugo in de orōne. Fuerat aūt vſq̄
ad tertiū celum raptꝰ. ⁊ ex illo raptu egreſſus deo
gratias agebat [⁊ vidit ]in reuelatōne dñi [virum
ananiam nomine. ]ita ꝙ reuelatio fuit ſibi facta
non ſolū de ꝑſona: ſed etiam de ꝓprio nomine [i
troeūtem ⁊ imponētem ſibi manꝰ vt viſum reci⸗
piat ] Ly. hec autē impoſitio erat ad curatōꝫ cor⸗
poralem ſicut de beato laurētio legit̃ ꝙ ponebat
manus ſuꝑ cecorum oculos: ⁊ illuminabantur.
[Reſpondit āt ananias ] Ly. ſe excuſando: eo ꝙ
ſaulus erat famoſus in perſecutōne credentium
in xp̄m. [Dñe audiui a multis de viro hoc quāta
mala ſanctis tuis fecerit in hieruſalem ⁊c̃ ].i. ſpe
cialiter vas electum gratie ⁊ ſciētie contentiuum
[vt portet nomē meū ]ſcilicet ope ⁊ p̄dicatione.
[corā gentibus ⁊ regibus ⁊ filijs iſrael. Ego eñi
oſtendā illi ]ſcꝫ ꝑ effectū [q̄nta oporteat eum pa⸗
ti ꝓ nomine meo ]qꝛ ꝑ multas tribulatōes opor
tet nos intrare in regnū celorum [Et abijt anani
as ]ad exequēdum dñi mandatū. [⁊ introiuit in
domū ⁊ imponēs ei manus: ⁊ dixit. Saule frater
dñs miſit me ieſus q̇ apꝑuit tibi in via qua veni
ebas: vt videas ⁊ implearis ſpūſancto. ⁊ ꝯfeſtim
ceciderūt ab oculꝭ eius tāq̄ ſquame ] Ly. id ē ma
cule albe ⁊ dure: ſicut ſunt ſquame piſciū q̄ cau⸗
ſate fuerūt in eo a lumine exceſſiuo ipm excecan
te [Et viſum recepit ⁊ ſurgens baptizatus ē ]ſcꝫ
in noīe ieſu xp̄i [Et cum accepiſſet cibum cōfor⸗
tatꝰ eſt ]duplici cōfortatōne. ſ. ſpū ⁊ corꝑe [Fuit
autem cū diſcipulꝭ qui erāt damaſci ꝑ dies aliq̄t ⁊
cōtinuo ingreſſus ſynagogam p̄dicabat iheſum
quoniā hic eſt filius dei ]ſtatim poſt baptiſmum
Ex illo patet ꝙ doctrinam euāgelicā non habuit
ab hoīe: ſ; a deo [Stupebāt autē oēs q̇ eum audi⸗
ebant ]de tanta ſubita mutatōne ꝑ quam atrociſ
ſimꝰ fidei ꝑſecutor factus fuerat ꝯſtātiſſimꝰ eiꝰ p̄⸗
dicator [⁊ dicebant. Nōne hic eſt q̄ expugnabat
in hieruſalē eos q̄ inuocabāt nomen iſtud: ⁊ huc
ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad princi⸗
pes ſacerdotū. Saulꝰ autē multo magis cōuale
ſcebat ]ſcꝫ ꝓcedens ſemꝑ de bono in melius [et
cōfundebat iudeos q̄ habitabant damaſci affir⸗

mans qm̄ hic eſt xp̄s ]Ly.i.ꝙ ieſus nazaren⁹ eſt
ve xp̄s i lege ⁊ ꝓphet̄ ꝓmiſſ⁹.qḋ ꝯclarabat ꝑ ſcri
pturas veteris teſtamēti:quas prius didicerat a
gamaliele ⁊ poſtea multo ꝑfecti⁹ a deo illuſtrāte

In feſto purificationis ſancte marie virgis.
Malach.iij.

Ec dicit domin⁹ de⁹ Ec
ce ego mitto angelū me-
um et prepabit viam āte
faciem meā.⁊ ſtatim veniet ad tē
plū ſcm̄ ſuū dn̄ator quē vos queri
tis:⁊ angel⁹ teſtamēti quez vos vul
tis.Ecce venit dicit domin⁹ exerci
tuū.Et quis poterit cogitare diē
aduent⁹ ei⁹.⁊ quis ſtabit ad vidē-
dum eū.Ipe em̄ quaſi ignis ꝯflāſ
⁊ quaſi herba fullonū.Et ſedebit
ꝯflans ⁊ emūdans argentū.⁊ pur
gabit filios leui.⁊ colabit eos qua
ſi aurum ⁊ quaſi argētum.⁊ erunt
domino offerētes ſacrificia in iu-
ſticia.⁊ placebit dn̄o ſacrificiū iu-
da ⁊ hieruſalem:ſicut dies ſeculi.⁊
ſicut anni antiqui:dicit domin⁹ oi
potens.

## Poſtilla.

Hec dicit dominus deus ⁊c.

In p̄ſenti ep̄la nūciat̄ vterqꝫ aduētus xp̄i.ſcꝫ in
carnē ⁊ in iudiciū:⁊ p̄mo denūciat̄ p̄mus aduē-
tus in carnē cū d:[Hec dicit dn̄s de⁹]ſcꝫ pat̄[ec
ce ego mitto angelū meū.]Ly.i.iohannē bapti-
ſtam q̄ magis duxit in terris vitam angelicaz ꝙ̄
humanā.ꝙ em̄ hec ſcriptura intelligit̄ de iohan
ne baptiſta hoc patꝫ Math.xi.vbi xp̄s dixit d io
hanne.Hic eſt de quo ſcriptum ē [Ecce ego mit
to angelū meū ⁊ p̄parabit viam ante faciē meā]
id eſt ante filiū meū.q: predicatio ⁊ baptiſm⁹ io-
hannis fuerūt quedam prepatōes ad baptiſmuz
⁊ p̄dicatōem xp̄i[⁊ ſtati veniet ad tēplū ſanctuz
ſuum].i.in hieruſalem.q: ibi xp̄s hodie fuit ob-
latus a matre:⁊ recept⁹ a ſymeone.⁊ poſtmoduz
ibi pluries p̄dicauit:⁊ ibidem multa miracl̄a fe-
cit[dominator quem vos queritis].i.quez vos de
ſideratis[⁊ angel⁹ teſtamēti].i. xp̄s qui fuit nū
cius noui teſtamenti[quē vos vultis ]videlicet
ieſus xp̄s deſideratus a ſanctis patrib⁹ ⁊ ꝓphet̄.
Secūdo denūciatur hic aduētus xp̄i ad iudiciuz
cum dicit̄[Ecce venit dic̄ dn̄s exercituuz]Ly.id
eſt veniet certitudinal̄r ad iudiciuz[Et q̇s pote-
rit cogitare diem aduētus ei⁹] quaſi diceret.nul
lus.Unde Mat.xxiiij.Die illa ⁊ hora nemo ſcit
neqꝫ angeli celoꝝ niſi ſolus pater[Et q̇s ſtabit]
id eſt poterit ſtare[ad videndū eum]Ly.q: ſicut
p̄mus aduētus fuit in humilitate ⁊ māſuetudie
ita ⁊ ſecūdus erit in poteſtate ⁊ terrore[Ipe em̄
quaſi ignis conflans ⁊ quaſi herba fullonum.]
Iſta referūtur ad primū ⁊ ad ſecūdum aduētuz
Cū enim dicit̄:ipſe em̄ quaſi ignis conflans:ad
ſecundū aduentū pertinet.⁊ quaſi herba fullo-
num:ad p̄mū.Nam herba fullonuz qua vtuntur
fullones ad purificandū veſtes ⁊ faciendūz eas
nitidas miti⁹ ⁊ ſuaui⁹ lauat ſordes pānoꝝ.ignis
āt cū magna violētia purgat metallū.Sic in pri
mo aduētu xp̄s cum magna māſuetudine ⁊ qua
dam ſuauitate penitētie purgauit pctōres.In ſe
cundo aduētu purgabit per ignē [Et ſedebit do
min⁹]ſcꝫ in iudicio[ꝯflans ⁊ emūdans argen-
tum]quia ſicut argentū conflat̄ in igne vt purge
tur:emūdatum autē in theſauros reponit̄.ſic fiet
in die iudicij.Nam in igne purgabuntur electi q̄
nondū plene ſunt purgati in purgatorio:q̄tenꝰ
purgati trāſfeūt in theſauros dn̄i:vt ſint ibi qua
ſi aurū ⁊ argentum[⁊ purgabit filios leui [Per
leui hic intelligit̄ ſacerdotalis dignitas purgādi
q̄ ſunt miſtri ſacerdotalis officij[⁊ colabit eos q̄
ſi auruz ⁊ quaſi argētum]ad ꝑfectā mūdiciā de-
ducēdo[et erūt offerētes dn̄o ſacrificia i iuſticia]
ſ.operꝫ[⁊ placebit dn̄o ſacrificiū]ſ.oblatū.[ꝑ iu-
da ⁊ i:l̄m].i.ꝑ hoib⁹ actiuis q̄ itelligūt̄ ꝑ iudā:⁊
ꝯtē:latiuis q̄ itelligūt̄ ꝑ i:l̄m[ſic̄ dies ſcli ⁊ ſicut
anni ātiq̄].i.ſic̄ placuit ſacrificiū abel melchiſe-
dech ⁊ abrahā ⁊ alioꝝ ſctōꝝ patrū in ſecul p̄teri
tis ⁊ annis antiq̄s[dicit dn̄s oipotēs]

In cathedra ſancti Petri apl̄i.i.petri.i.

Etr⁹ apoſtol⁹ ieſu xp̄i e-
lectis aduenis diſpſiōis
ponthi:galathie:capado
cie:aſye:⁊ bithynie ſc̄m preſcietiā
dei p̄ris in ſctificatōez ſpūs: i obe
dietiā ⁊ aſpſionē ſanguis iheſu xp̄i
gratia vobis ⁊ pax multiplicetur.
Bn̄dict⁹ de⁹ ⁊ pr̄ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i q̄
ſcd̄m ſuaz magnā miam regenera-

uit nos in ſpem viuaȝ p̱ reſurrecti
onē iheſu xp̄i ex mortuis in heredi
tatē incorruptibilē ꝛ icōtaminatā ꝛ i
marceſſibilē ↄ̄ſuatā i celꝭ i voƀ :q̄ i
v̄tute dei cuſtodimi p̱ fidē i ſalutē
parataȝ reuelari in tp̄e nouiſſimo
in quo exultabitꝭ modicū nunc ſic
oportȝ cōtriſtari in varijs tēptati
onibꝰ:vt ꝓbatio fidei vr̄e multo p̄
cioſior ſit auro quod p̱ ignē ꝓbaṫ.
Inueniaṫ in laudē ꝛ gloriā ꝛ ho-
norē in reuelatōne Iheſu chriſti

Poſtilla.

Petrꝰ apoſtolꝰ iheſu xp̄i ꝛc.

Notanduȝ ꝙ ſymon petrus filiꝰ iohāna ꝓuincie galilee vico de bethſaida frater andree apoſtoli diſcipulus ſaluatoris ſcribit hanc epiſtolā ꝑfelitis.id eſt hijs q̄ p̄mo de gētilitate ad iudaiſmuȝ ꝛ poſtmodū de iudaiſmo ad xp̄m cōuerſi erant. q̄ ꝓ fide chriſti patiebātur: ꝛ diſperſi erant poſt lapidatōnem ſancti ſtephani illꝭ ſcribit a Roma tp̄e claudij ceſaris.vnde hic diciṫ[Petrꝰ]Lyra p̄mo em̄ vocatꝰ fuit ſymō:ſ poſtea a xp̄o a q̄ noia eſt petrꝰ a petra que eſt xp̄s ꝓpter fidei firmitatem[apl̄s ieſu xp̄i].i.miſſus a ieſu xp̄o.Gor.ecce nomen officij.nobile officiū eſt eſſe nunciū ſiue legatū xp̄i[electꝭ]ſcȝ a deo ad fidē catholicā[aduenis]ſcȝ qui de gētilitate venerāt ad iudaiſmū ꝛ de iudaiſmo ad fidē xp̄i[diſꝑſionis.].i.qui ſūt de diſꝑſione ꝛ extra terrā iudee. ꝛ illꝭ videtur beatus petrꝰ ſp̄aliter ſcribere:qđ patȝ ex hoc quod ſubdiṫ[ponthi]Gor.ꝓuincie grecie ē iuxta mare[galathie]alia ꝓuincia eſt a q̄ galathe dicti ſṫ[aſye]minores.ſ.in q̄ p̄dicauit iohānes euāgeliſta.Aſya v̄o maior media pars orƀ[bithynie.] alia ꝓuincia.Et om̄s iſte ꝓuincie ſunt grecoꝝ In hijs ꝓuincijs diſꝑſi erāt[ſm̄ p̄ſcientiam dei p̄ris]Ly.ꝛ accipiṫ hic p̄ſcientia ꝓ p̄deſtinatiōe[in ſanctificatōem ſpūs]Ly.talis em̄ ſanctificatio appropriaṫ ſpūiſancto[in obedientiā].id ē p̱ obedientiā.[ꝛ aſꝑſionē ſanguis ieſu xp̄i] q: fuit obediens vſqȝ ad mortē mortē autē crucis.Philip.ij.Ab hac aūt paſſione habēt efficaciam oia ſacramēta noue legis q̄ ſunt inſtrum̄ta noſtre ſāctificationis[gratia vobis]in p̄ſenti[ꝛ pax]i futuro[multipliceṫ]quia tūc quietabiṫ totꝰ homis appetitꝰ[Bn̄dictus deus]Ly.ꝙtum ad totā trinitatē[ꝛ pater dn̄i noſtri ieſu xp̄i q̄ ſcđm magnā miſcđiaȝ ſuam]Ly.ꝛ non ſm̄ merita noſtra[regenerauit nos]ſcȝ in ſacramento baptiſmi p̱ qđ efficimur filij dei adoptiui[in ſpem viuā].i.certā[p̱ reſurrectōnem ieſu xp̄i ex mortuis]p̱ quā habemus certitudinem future glorificatiōis.q: cuȝ eſſet hō paſſibilis ſicut ꝛ nos ad vitam immortalem reſurrexit.Et quia filij adoptiui habent ius in hereditatis p̱ticipatōne:ideo ſubdiṫ[in hereditatē]Gor.in futuro habendā[incorruptibilē] Ly.nam hereditas celeſtis nūꝙ deficit[ꝛ incontaminatā]q: nihil immūdū recipit[ꝛ immarceſſibilem]nam ſuū decorē nūꝙ minuit[cōſeruatā in celis]Beda.nō in p̄n̄ti dandam:ſ tp̄e p̄finito reddendā.[in vobis].i.per illud qđ in voƀ ē per grām ꝛ liberū arbitriū ꝛ p̱ bona merita vr̄a[qui cuſtodimini in v̄tute dei]nō veſtra.Vn̄ ps.cxxvi Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē[p̱ fidem]q̄ facit homines fortes ad p̱ſeuerandū[in ſalutē]Ly.cōſequēdam[paratam reuelari]ꝛ oſtendi ꝛ dari.q̄ modo latet]i tp̄e nouiſſimo]Lyra.i.in finali iudicio nam electi app̱ebunt gl̄ioſi in aīa ꝛ in corp̱e.[in quo]ſcȝ temp̱e nouiſſimo[exultabitis]ſcȝ eternaliter[modicū nunc ſic oportȝ cōtriſtari]Ly.tēporaliṫ[in varijs tēpta.ōibus]Gor.tam interioribus q̄ ad ip̄arum multiplicitatē.Vn̄ ps.xxxiij Multe tribulatōes iuſtoꝝ.et Act.xiiij.Per multas tribulatōnes oportet nos intrare in regnum celoꝝ[vt ꝓbatio fidei veſtre multo p̄cioſior ſit auro qđ per ignē ꝓbaṫ]Ly.ſicut aurū in fornace p̄iectū inde nō deterioraṫ:ſ purius ꝛ melius efficitur:ſic ꝛc.[inueniaṫ]Gor.i.cedat[in laudeȝ]hominū[ꝛ gl̄iam]angeloꝝ[ꝛ honorē]dei[in reuelatione ieſu xp̄i dn̄i noſtri].i.temp̱e iudicij q̄ xp̄s manifeſtabit gl̄iam electorum.

In feſto ſancti Mathie apl̄i.Act.i.

Exurgēs petrꝰ i medio fra
trū ſuoꝝ dixit.Erat aūt
turba hoīm ſimul fere cē
tum viginti.Viri frēs:optȝ iplere
ſcp̄turam quaȝ p̄dixit ſp̄ūſſctūs p̱
os dauid đ iuda: q̄ fuit dux eoꝝ q̄
ↄ̄p̄hēderūt ihm̄ q̄ ↄ̄nūeratꝰ erat i no
bis:ꝛ ſortitꝰ ē ſortē miſterij huiꝰ. et
h q̄dē poſſedit agrū đ mercede iniq̄

taꝝ:⁊ ſuſpēſus crepuit mediꝰ ⁊ dif
fuſa ſunt oīa viſcera eius. Et no-
tū factū eſt oīb' habitātib' hie-
ruſalē:ita vt appellaret ille lĩgua
eoꝝ acheldemach. hoc ē ager ſan-
guinis. Scriptū ē eñ ĩ libro pſal-
moꝝ. ffiat cōmoratio eoꝝ deſer-
ta:⁊ nō ſit q̄ inhabitet in ea. ⁊ epi-
ſcopatū eiꝰ accipiet alter. Oꝑtet
ergo ex his viris q̄ nobiſcum ſunt
congregati vt oīi tp̄e quo intra-
uit ⁊ exiuit inter nos dn̄s ieſus ĩci
piēs a baptiſmate iohānis vſq; in
diē q̄ aſſūptꝰ ē a nob̄ teſtē reſurre
ctiōis eiꝰ nobiſcū fieri vnū ex iſtꝭ.
⁊ ſtatuerūt duos ioſeph q̄ vocatur
barſabas q̄ ꝯgnoiatꝰ ē iuſtꝰ ⁊ ma
thiā:⁊ orātes dixerūt. tu dn̄e q̄ cor
da noſti oīm:oñde quem elegeris
ex his duobꝰ vnū accipe locū mini
ſterij huiꝰ ⁊ apl'atꝰ ƌ quo ꝑuarica
tus ē iudas. vt abiret in locū ſuū
⁊ dederūt ſortes eis:⁊ cecidit ſors
ſuꝑ mathiā ⁊ ānumeratꝰ ē cum vn
decim apoſtolis. Poſtilla.

Exurgens Petrus in medio.
⁊c. Añ initiū illiꝰ ep'le ſcribit ſctūs Lucas ĩ eodē
cap'lo dicēs. q̄ poſtq̄ xp̄s ĩ die aſcēſionis vidēti-
bꝰ diſcipul' eleuatꝰ ē ĩ celū. Tūc oēs ſil' reu̇ſi ſūt
hieroſolimā a mōte q̄ vocat oliueti. q̄ ē iuxta hie
roſolimā ſabbati habēs iter. Ly. i. mille paſſus:
q: nō lz iudeis ĩ ſabbato vltra tale ſpaciū ābula
re. Et cū introiſſent ĩ cenaculū aſcēdebāt vbi ma
nebāt petrꝰ ⁊ iohes ⁊ iacobꝰ andreas philippꝰ
⁊ thomas bartholomeꝰ ⁊ matheꝰ iacobꝰ alphei
ſcʒ filiꝰ hoc ƌ: ad dr̄iam alteriꝰ iacobi q̄ fuit filiꝰ
zebedei. ⁊ ſymon zelotes ⁊ iudas iacobi. h̄ ƌ: ad
dr̄iam iude ꝓditoris. Hi oēs erāt ꝑſeuerātes vna
nimiter in oratiōe cū mulieribꝰ. Ly. deuoꝝ q̄ erāt
ſecute ieſum a galilea. Et maria mr̄e ieſu ⁊ frībꝰ

eiꝰ. i. alijs de ꝯgnatiōe ieſu q̄ꝝ plures erāt ibi ⁊c.
Tūc ſtatī ſeq̄tur p̄ñs ep'la [In diebꝰ ill'] Lyr. id
eſt tp̄e medio int̄ aſcēſionem dn̄i ⁊ pēthecoſtes.
[Exurgēs petrꝰ] tāq̄ ꝑncipal' [erat aūt turba ho
minū ſimul fere centū viginti. Uiri fratres oꝑtʒ
ĩpleri ſcripturā quā ꝑdixit ſpūſſctūs ꝑ os dauid]
Cuiꝰ v̄bū nō p̄t eē falſuʒ [de iuda q̄ fuit dux eoꝝ
q̄ cōprehēderūt ieſum q̄ cōnūeratꝰ erat ĩ nobis]
Ly. i. vnꝰ de duodecī ap'lis [⁊ ſortitꝰ ē ſortē miſte
rij huiꝰ] Ly. i. dignitatē ap'licā quā habuit ꝑ xp̄i
electiōeʒ ſic ƌ: Joh. vi. Nōne. xij. vos elegi ⁊ vnꝰ
ex vob̄ diabolꝰ ē: ſors eñ aliq̄ñ accipit ꝓ parte. ⁊
ſic accipit hic: q̄a ĩ ꝑtē ap'loꝝ vocatꝰ ē [⁊ h̄ q̄dem
poſſedit agrū de mercede iniq̄taꝭ] Ly. i. poſſide-
ri fecit ab alijs. q: xxx. denarijs q̄bꝰ iniq̄ xp̄m vē
diderat ĩ tēplū ꝓiecit: ex q̄bꝰ ꝑncipes ſacerdotū
emerūt agrū ꝓ ſepultura ꝑegrinoꝝ vt h̄r Mat.
xxvij. ⁊ etiam aliq̄ volūt q̄ iudas fuit ibi ſepul-
tus ⁊ ſic poſſedit agrū illum [⁊ ſuſpēſus crepuit
mediꝰ. Et diffuſa ſunt oīa viſcera eiꝰ] Ly. vt pe
na reſpōderet culpe. Juſtū eñ erat vt viſcera q̄
tantā ꝓditiōem ꝯceperāt enormiter de vētre ca-
derēt [⁊ notū factū eſt] ſcʒ enorme factū iude [oi
bus hītātibꝰ hieruſalē: ita vt appellaret ager il-
le] ſcʒ emptꝰ de p̄cio ſanguis xp̄i [lingua eoꝝ]
id ē ꝑncipū ſacerdotū q̄ emerūt agrū illū [achel-
demach hoc ē ager ſanguis. Scriptū ē eñ in li-
bro pſalmoꝝ: fiat cōmoratio]. i. habitatio [eoꝝ
deſerta ⁊ nō ſit q̄ inhabitet in ea] Hoc ſcribit in
p̄s. lxviij. In q̄ predixit dauid penā ſacerdotum
xp̄i mortē ꝓcurantiū. In penā eñ mortꝭ xp̄i tem-
plū ⁊ ciuitas hieruſalē fuerūt cōbuſta per roma-
nos ⁊ ſacerdotes partī interfecti: ⁊ partī captiui
[⁊ ep̄atū eiꝰ accipiet alter] Hoc h̄r p̄s. cviij. In
quo dauid ꝑdixit penā iude ꝓditoris q̄ xp̄m vēdi-
dit ꝑncipibꝰ ſacerdotū. Iſto eñ iuda ꝑ ſuſpēſio-
nē mortuo mathias ſucceſſit ei in ap'latu. Apo-
ſtolatꝰ vel ep̄atꝰ ƌ: vnde iam ep̄i ſucceſſores ſūt
ap'loꝝ vt ƌ: in decretis. Et hoc ē q̄d ƌ: hic ⁊ epi-
ſcopatum eiꝰ accipiet alter ſcʒ ſctūs Mathias
[oportet ergo] ad reintegrandū nūerū ap'licum
[ex his viris q̄ nobiſcū ſunt congregati in omni
tempore quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dominꝰ
ieſus] Ly. ſcʒ q̄ per experientiā nouerunt conuer
ſatiōem eius ieſu xp̄i [incipiēs a baptiſmate Jo
hānis vſq; in diē qua aſſumptꝰ eſt a nob̄] Ly. nō
eñ legit ieſuʒ docuiſſe publice ⁊ miracula feciſ-
ſe: niſi poſtq̄ baptizatꝰ fuit a iohāne [teſtē reſur
rectiōis eiꝰ nobiſcū fieri vnū ex iſtis: ⁊ ſtatuerūt
duos] Ly. tāq̄ magis notabiles [ioſeph qui vo-
catus eſt barſabas q̄ cognominatus eſt iuſtꝰ. et

⁊ mathiá] Ly. lꝫ em̄ iſtos duos elegiſſent vt no-
tabilioꝛes aliȷ̄s tñ ignoꝛabát q̇s eoꝝ eēt dignioꝛ
ad apoſtolatū: ꝓpterea ſuꝑ hoc iploꝛauerūt diui
nū iudiciū[ ⁊ oꝛátes dixerūt. Tu dn̄e q̇ noſti coꝛ-
da hoim: oſtēde quē elegerȷ̄s ex his duob' vnū ac
cipe locū miſterȷ̄ hui' ⁊ aplat' de q̇ p̄uaricat' ē
iudas vt abiret in locū ſuū: ⁊ dederūt ſoꝛtes eis]
Beda ſuꝑ act' aploꝝ. Mathias ante penthecoſtes oꝛdinād' ſoꝛte q̄rit: q̇a nōdū plenitudo ſpi-
ritusſcti in eccl'ia effuſa eſt. Septem aūt dyaconi
poſtea nō ſoꝛte: ſ; electiōe aploꝝ ſunt oꝛdinati ꝓ-
pter hoc ꝓhibet rōnabiliter talis electio: extra ꝺ
ſoꝛti. ca. vl. nō tñ peccauerūt apl'i eligēdo mathiá
ꝑ ſoꝛtē q: nōdū erat ꝓhibitū. Et q: hoc fecerunt
familiari ꝯſilio ſpūſſancti qꝺ nō eſt retrahēdum
ad ꝯſiam[ ⁊ cecidit ſoꝛs ſuꝑ mathiá] Ly. Iſte io
ſeph fuit cognat' xp̄i ⁊ tñ ſibi p̄poſuit mathiam
ꝑ hoc oſtēdēs ꝙ ad officia eccleſiaſtica nō ſunt
hoies ex ꝯſanguinitate ꝓmouendi[ ⁊ annūerat'
eſt cū vndecim aplis].

In feſto annūciatiōis Marie v̄gis. Eſa. xi.

Gredietur virga ꝺ radice
ieſſe: ⁊ flos de radice eius
aſcēdet ⁊ req̄eſcet ſuꝑ eū
ſpūs domini: ſpūs ſapiētie ⁊ intel
lect' ſpūs ꝯſilȷ̄ ⁊ foꝛtitudīs: ſpūs
ſcie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū ſpirit'
timoꝛis dn̄i. nō ſ̄m viſionē oculo-
rū iudicabit: neq; ſ̄m auditū auri
um arguet. ſed iudicabit ī iuſticia
paupes: ⁊ arguet in eq̄tate ꝓ man
ſuet' terre: ⁊ ꝑcutiet terrā v̄ga oꝛiſ
ſui: ⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ interficiet ī
piū. Et erit iuſticia cingulū lūbo-
rū ei'. ⁊ fides cinctoꝛium renum
eius.

Poſtilla

Egredietur virga de radice.
⁊c. Sciēdū ꝙ iſta ꝓphetia exponitur ad l'ram ꝺ
xp̄o a doctoꝛib' catholicis: iudei tñ adhuc expe-
ctāt futurū qꝺ nos xp̄iani dicim' eē iple tū ī xp̄o
ieſu. Et ſ̄m hoc ꝺꝛ hic. [Hec dicit dn̄s. Egredietꝛ
v̄ga de radice ieſſe] Ly. i. v̄go Maria q̄ ꝺꝛ v̄ga
gracilis paupꝫtate ⁊ hūilitate: flexibilis pietate.
[⁊ flos de radice eius aſcēdet]. i. xp̄s qui ꝺꝛ flos
rōne puritatis: qm̄ nullū pctm̄ actuale ſeu oꝛigi-
nale habuit in eo locū. i. Pet. ij. q̇ pctm̄ nō fecit
nec inuētus eſt dol' in oꝛe eius. Et q̇a ꝓtulit fru-
ctū noſtre ſalutis. Et ꝺꝛ aſcendet de radice ieſſe.
q: pater Dauid vocat' fuit iſay ⁊ ieſſe. Xp̄s autē
deſcendit de dauid[ ⁊ req̄eſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i].
Ly. q: in baptiſmo ei' apparuit ſpūſſctūs in ſpe
cie colūbe ſuꝑ eū Math. iij. Ad deſignādū ple-
nitudinē oīs gratie in eo[ ſpūs ſapie] Ly. i. do
ctoꝛ ſapiētie vel ſpūs q̇ eſt ſapia[ ⁊ intellect': ſpi
ritus ꝯſilȷ̄ ⁊ foꝛtitudinis: ſpūs ſcietie ⁊ pietatis
⁊ replebit eū ſpūs timoꝛis dn̄i] Ly. iſta oīa do
na ꝑfectiſſime fuerūt in aīa xp̄i que fuit ꝑfectiſſi-
ma in oīb' donis ⁊ cariſmatib' ſpūſſancti[ nō
ſ̄m viſionē oculoꝝ] coꝛpoꝛaliuꝫ[ iudicabit] quia
xp̄s ꝑ ſciam ſuá cognoſcit oīa que ſunt fuerūt vl'
erūt q̄ntūcunq; ſunt occulta: q: hō videt ea q̄ pa-
tēt: de' aūt intuetꝛ coꝛ[ neq; ſ̄m auditū aurīū ar-
guet] Ly. i. nō indigebit edoceri ꝺ veritate ab ali
quo: q̇a per ſeip̄m cognoſcat. Unde Ioh. ij. op'
ei nō erat vt q̇s teſtimoniū ꝑhiberet de homine.
Ip̄e em̄ ſciebat q̇d eſſet in homie[ ſ; iudicabit in
iuſticia paupes] ſcꝫ euāgelicos iudicās eos diui
tȷ̄s celeſtib' dignos. Un̄ Math. v. Bti paupe-
res ſpū: qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ[ ⁊ arguet in eq̄
tate ꝓ māſuetis terre] Ly. qꝺ fuit impletū quan
do phariſcos arguit ꝓ aplis quos notabát falſe
de trāſgreſſione ſabbati. ſcꝫ quādo euellabát ſpi
cas manib' in die ſabbati[ ⁊ ꝑcutiet terrá] . i. ho
mines terrenos[ virga oꝛis ſui] . i. doctria ſua ar
guēdo eoꝝ pctá ⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ interficiet im
piū] Ly. i. antixp̄m ſ̄m qꝺ ꝺꝛ. ij. ad Theſſalo. ij.
Et tūc reuelabitꝛ ille iniqu' quē dn̄s ieſus inter-
ficiet ſpiritu oꝛis ſui: ⁊ deſtruet illuſtratiōe aduē-
tus ſui[ Et erit iuſticia cingulū lumboꝝ ei': ⁊ fi-
des cinctoꝛiū renū eius] Ly. i. iuſti ⁊ fideles ad-
herebūt ſibi ſicut cingulꝫ ⁊ lumbare adherent
hoi. ⁊ hoc patet iplētū in aplis aliȷ̄ſq; diſcipulis
⁊ fidelibus ſibi per fidem ⁊ charitatem adherē-
tibus.

Itē de eodē feſto ſ̄m ſecl'ares. Yſa. vij.

In dieb' ill'. locut' eſt do
min' ad achaz: dicēs: pe
te tibi ſignum a domino
deo tuo in profundum inferni: ſi-
ue in excelſū ſupꝛa Et dixit achas
Nō petam ⁊ nō temptabo domi
nū. Et dixit. Audite ergo domus

dauid. Nunquid parum eſt vobis moleſtos eſſe hominibꝰ: quia moleſti eſtis ⁊ deo meo. propter hoc dabit dominꝰ ipe vob ſignuꝫ. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuꝫ: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Butirum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonuꝫ

Poſtilla.

In diebus illis. locutꝰ eſt dñs. ⁊c. Iſta ſcriptura Yſa. ꝓphete loqtur de dño ieſu xp̄o. vñ dr: [In diebꝰ ill'] ſcꝫ qñ Yſaias ꝓphetauit] Locutꝰ ē dñs] ꝑ yſaiā ꝓphetā [ad achaz] q̇ fuit ydolatra peſſimꝰ ⁊ regnauit. xvi. ānis i hieruſalem. cui Yſaias ꝓpheta ꝑdixit liberationem populi ⁊ potētiam duoꝝ regū. ſ. regis ſyrie ⁊ regis ſamarie. ꝑ quā liberatiōem figurabat vera liberatio generis hūani de ptāte hoſtis antiq. Verumtamē qꝛ achas credere noluit: tunc dixit Yſaias. [Pete tibi ſignū] liberationis tue: ⁊ ppli tui ab hoſtibꝰ [a dño deo tuo] Ly. ⁊ nō ab ydolis que tu colis [in ꝓfundū inferni] ſcꝫ vt aliq̇s reducat ab inferis ⁊ ānūciet tibi: ſicut factū fuit in trāſfiguratiōe dñi: qñ venit moyſes ab inferis: ⁊ apparuit cū helya q̇ adhuc eſt in ꝑadiſo [ſiue in excelſum ſupra] ac ſi dicat. Si vis habere ſignū de celo ſicut habuit Ezechias rex: qñ ſol decem lineis regreſſus eſt. ⁊ tpe Ioſue qñ ſol ⁊ luna ſteterunt in bello gabaon [Et dixit achas. nō petā] Siq̇dem achas ſignū petere renuit: ne in ſigno glorificaret dñs: ⁊ vilipēderentur ydola q̄ colebat. ⁊ iō dixit: nō petā. Et vt excuſatiōem haberet non petēdi ſubiunxit [⁊ nō tēptabo dñm] ac ſi diceret Si peterē ſignū tēptarē deū: ⁊ facerē ꝯ legē que dixit Math. iiij. Nō tēptab dñm deū tuū. Sꝫ ex quo iuſſus fuit: petere debuiſſet. tamē alia trāſlatio hꝫ. Nō petā ⁊ nō exaltabo dñm. q. d. Nolo vt dato ſigno exaltet deꝰ. Propt qd Iſaias ꝓpha intulit dicēs [Et dixit. Audite ergo domꝰ dauid] q. d. Rex nō vult audire: audiatis vos domꝰ dauid [Nunqd parū vob eſt moleſtos eē hominibꝰ]. id eſt ꝓphetis q̇s ſepe moleſtabāt deridēdo: affligēdo ⁊ occidēdo. vt pꝫ. iiij. Reg. ⁊. ij. li. Paral. in plurībꝰ locis [q̇a moleſti eſtis ⁊ deo meo] ſcꝫ ſignum ab eo oblatum renuendo: ne nomē eius glorificetur [Propter hoc] ſcꝫ ad declarationem nominis ſui principaliter [dabit dominus ipſe vobis ſignum] ſcilicet liberationis veſtre q̄uis ſitis ingrati. quia deus multa bona facit multis ⁊ ingratis. vt dicitur Math. v. pater veſter celeſtis ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos ⁊c. [Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium] Lyra Beata virgo Maria a prophetis denunciata q̄ concepit ⁊ peperit manens virgo. [Et vocabitur nomen eius emanuel] quod eſt interpretatū nobiſcum deus [Butyrum ⁊ mel comedet] Lyra hoc dicitur ad denotandum veram eius hūanitatem. quia talibus nutritur homo: maxime in pueritia [vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonum] Nam ipſius chriſti infantia nō minuit eiꝰ ſapientiam. Nec plus ſciuit adultus q̄ paruulꝰ ſed plus oſtendit ſapientiam ſuam adultus q̄ paruulus.

In feſto apoſtolorum philippi ⁊ Iacobi. Sapientie. v.

Tabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtulerunt labores eoruꝫ: videntes turbabūtur timore horribili: ⁊ mirabuntur in ſubitatiōe inſpirate ſalutis: dicētes intra ſe penitentiam agentes ⁊ pro anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquādo habuimꝰ in deriſum: ⁊ i ſimilitudinē improperij. Nos inſenſati vitam illorum eſtimabamꝰ inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quō computati ſunt inter filios dei. ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt

Poſtilla

Stabunt iuſti in magna conſtātia. Ly. ſcꝫ tpe iudicij [i magna ꝯſtātia] qꝛ ꝑfecte iudicabunt [aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt] Lyra. inferendo nocumentuꝫ eis in perſonis [⁊ qui abſtulerunt labores eorum] eis nocendo in rebus temporalibus. [Videntes autem turbabūtur timore horribili. ⁊ mirabuntur in ſubitatiōe inſpirate ſalutis dicētes] Lyra. q̇a videbūt iuſtos glorioſos i corpe ⁊ aīa: qd nō crediderāt futurū [⁊ ꝑ anguſtia ſpūs gemētes intra

ſe penitētiā agētes]ſed ſine fructu: tū q̃a ſunt ex tra ſtatū meriti ⁊ demeriti. tū q2 nō dolēt ꝓpt̄ of fenſa3 dei: ſ3 ꝓpt̄ penas inferni[Hi ſunt quos ali q̄n habuim' in deriſum]ſc3 in pn̄ti vita[⁊ in ſili tudinē iproperij]Ly. q̃a iproperātes aliq̃bus po nebāt xp̄ianos i exēplum dicētes: ita miſer fiat ſicut talis xp̄ianꝰ vel iuſtꝰ[Nos inſenſati]Ly. ꝑ ignorantiā futuroꝝ bonoꝝ[vitā illoꝝ eſtimaba mus inſaniā]eo ꝙ cōtemnebāt tp̄alē felicitatem ⁊ proſperitatē[⁊ finē illoꝝ ſine honore]q2 mori ebātur in ꝯtēptu pn̄tis vite[quō cōputati ſunt i ter filios dei].i. inter āgelos[⁊ int̄ ſanctos ſors illoꝝ eſt]ad quoꝝ conſortium tunc erūt aſſumen di cum corꝑe ⁊ aīa.

In feſto inuētiōis ſctē crucꝭ. ad Gal. v.

Confido de vobis in do mino qđ nihil aliud ſapi atis Qui aūt conturbat vos: portabit iudiciū q̃cunq; eſt il le. Ego aūt fratres ſi circūciſionē adhuc p̄dico: q̃d adhuc ꝑſecutiōe3 patior. Ergo euacuatū ē ſcādalu3 crucis. vtinā ⁊ abſcīdāt q̃ vos cō turbāt. Quicūq; em̄ volūt place re in carne hic cogūt vos circūcidi tm̄: vt crucis xp̄i ꝑſecutiōem non patiātur. Neq; em̄ q̃ circūciduntˀ legē cuſtodiūt: ſed volūt vos circū cidi vt in carne vr̄a gl'ient. Mihi aūt abſit gl'iari: niſi i cruce dñi nr̄i ieſu xp̄i ꝑ quē mihi mūdꝰ crucifi xus eſt ⁊ ego mūdo. Poſtilla

Confido de vobis in domino. ⁊c. Galathe ſunt greci: ⁊ iſti ſeducti erāt a via ve ritatꝭ ꝑ falſos apl'os q̃ p̄dicabāt ſimul circūciſio nē cū euāgelio eē neceſſariā ad ſalutem. Et illos apl's Paulꝰ in pn̄ti epl'a reuocat ad viā veritatꝭ: dicēs[Fratres. confido de vobis]Ly. ꝙ ad mo nitiōem meam vos corrigatis[in dño].i. per ad iutoriū dei[ꝙ nihil aliud ſapiatis]niſi veritate3 euangelij quam predicaui vobis. [Qui autem conturbat vos]Lyra. Aſſerendo ꝙ ſine circum ciſione ſaluari non poteritis[Portabit iudiciū] Gorra. i. ſuſtinebit cōdēnatiōem[quicunq; ē il le].i. quātuſcūq; ſit[Ego aūt fratres ſi circūciſi onē adhuc predico]Ly. dicendo ꝙ neceſſaria ſit ad ſalutē[q̃d adhuc ꝑſecutiōem patior]ſc3 a iu deis. q.d. n̄ paterer ſi ita eēt. q2 ꝓ nl'la re ꝑſequūtˀ me iudei niſi hac d̄ cā ⁊c.[g̊ euacuatū ē ſcādalū crucꝭ].i. ſcādalū q̊ iudei i mea p̄dicatiōe ſcādali zabātˀ q2 iudei n̄ ſcandalizabantˀ de paulo p̄dicā te Jeſum nazarenū crucifixū fuiſſe: ſ3 q̃a predica bat eū verū xp̄m eē ⁊ circūciſionē euacuaſſe[vti nā abſcindantˀ]Ly. i. totalr̄ a vobis ſeparētur[q̊ vos ꝯturbāt]dicētes ꝙ circūciſio ſit vobis neceſ ſaria ad ſalutē[Quicūq; em̄ volūt placere]. ſ. iu deis[in carne]. i. in legalibꝰ obſeruantijs[hi co gūt vos circūcidi]Ly. i. ad hoc vos inducūt[tā tum]ſupple h̊ faciūt[vt crucis xp̄i ꝑſecutione3] Gor. i. ꝑſecutiōem q̄ ꝓ predicatiōe crucꝭ xp̄i infer tur[nō patiātur]ſc3 a iudeis q̊ ꝑſeq̄bantˀ p̄dica tores crucis[neq; em̄ q̊ circūcidūtur]Ly. ſc3 fal ſi apl'i[legē cuſtodiūt]q2 in multꝭ tranſgrediebā tur[ſed volunt vos circūcidi vt in carne vr̄a glo riētur]ſc3 apud iudeos de vr̄a circūciſiōe iactā do ſe ꝙ multos proſelitos legis fecerūt[Mihi aūt abſit gloriari niſi i cruce dñi nr̄i ieſu xp̄i] Ly ra. i. in fide ⁊ p̄dicatiōe xp̄i crucifixi.[ꝑ quē]ſcili cet xp̄m crucifixū[mihi mūdus crucifixus ē]Ly ra. i. ꝯcupia mūdi eſt mortua nullā v̄tutē habēs i me[⁊ ego mūdo]q̃a amplꝰ nihil mūdanū q̄ro.

In feſto ſcti Johis baptiſte. Eſa. xlix.

Audite inſule ⁊ attēdite ppl'i de lōge. dñs ab vte ro vocauit me: de ventre matris mee recordatꝰ ē nōis mei. Et poſuit os meū q̃ſi gladiū acu tū. i vmbra manꝰ ſue ꝓtexit me: ⁊ poſuit me ſicut ſagittā electam in pharetra ſua abſcondit me: ⁊ dixit mihi. ſeruꝰ meꝰ es tu i iſrl': q2 in te gl'iabor. Et ego dixi: ī vacuū labo raui ſine cā: ⁊ vane fortitudinem meā ꝓſumpſi ergo iudiciū meū cū dño: ⁊ opꝰ meū cum deo meo. Et nūc dicit dñs formans me ex vte ro ſeruū ſibi: ecce dedi te in lucem gentium vt ſis ſalus mea vſq; ad

extremū terre. Reges videbūt et ꝯſurgēt ꝑncipes ⁊ adorabūt ꝓpt̄ dn̄m deū tuum ⁊ ſcm̄ iſrael q̄ elegit te. Poſtilla.

Audite īſule ⁊ attēdite pp̄li ⁊c.

Añ initiū illiꝰ ꝓphetie hr̄: q̄ cū educeret dn̄s filios iſrael de egypto: aquā d' petra ꝓduxit eis i deſerto: ⁊ ſcidit petrā ⁊ fluxerūt aq̄. Nō ē pax impijs dic̄ dn̄s. Tūc ſtatī ſeq̄tur p̄ns lectio q̄ ꝑncipaliter exponit̄ de xp̄o [Hec dic̄ dn̄s. audite iſule] Glo. ordi. ſub iſularū noīe alloq̄t̄ dn̄s deꝰ i ꝑſona filij eccl̄ias de gētibꝰ collectas [⁊ attēdite ppl̄i d' longe] .i. ab extremis terre [dn̄s ab vt̄o vocauit me: ⁊ de vētre m̄ris mee recordatꝰ eſt nois mei] Ly. ħ d̄r in ꝑſona xp̄i hoīs d' q̄ adhuc exiſtēte i vtero m̄ris dixit dn̄s ꝑ angelū ſuū ad Joſeph. Mat. i. Vocab̄ nomē eiꝰ ieſu3. Ipe em̄ saluū faciet populū ſuū a pc̄tis eoꝝ [⁊ poſuit os meū q̄ſi gladium acutū] Ly. in q̄ notat̄ efficacia v̄bi xp̄i ad extirpādū vitia [in vmbra manꝰ ſue] .i. ꝓtc̄ōis ſue [ꝓtexit me] nō em̄ fuit captꝰ a iudeis: niſi qn̄ voluit ex ſe ſpōte obtulit. vt p3 Joh. xviij. Dixi vob̄ quia ego ſu3: ſi ḡ me q̄ritis: ſinite hos abire [⁊ poſuit me ſic̄ ſagittā electā] in hebreo hr̄ clarā .i. limatā. ꝑ hoc itelligit̄ puritas ⁊ claritas doctrine chriſti [i pharetra ſua] .i. i ſua ꝓuidētia [abſcōdit me] idē vſq3 ad tp̄s reuelatiōis mee [⁊ dixit mihi ſeruus meꝰ es tu] rōne hūanitatꝭ i q̄ accepit formā ſui. vt patet Phil. ij. Semetipm̄ exinaniuit formā ſerui accipiēs [iſrael] ſic noiat̄ xp̄s: q̄a de populo iſrael natꝰ [q̄a i te glorificabor] ꝑ miracula diuine ꝓtāꝭ ⁊ excellētie demōſtratiua [⁊ nūc dic̄ dn̄s formās me ex vtero ſuū ſibi] Ly. q̄a ab iſtāti in icarnatiōe fuit diuinitꝰ corpꝰ xp̄i formatū ⁊ aiatū: ⁊ ſic extūc ꝑfectꝰ fuit xp̄s oībus ſciētijs. ⁊ chariſmatibꝰ [dedi te in lucē gētiū] Ly. ⁊ ħ ꝑ ſuſceptiōem luminis fidei [vt ſis ſalus mea] .i. a me miſſa ⁊ data [vſq3 ad extremū terre] Ly. ⁊ ħ modo dixit xp̄s apl̄is. Act. i. Eritꝭ mihi teſtes i hieruſalē: ⁊ i om̄i iudea ⁊ ſamaria ⁊ vſq3 ad vltimū terre [Reges videbūt] Ly. mirabilia in v̄tute noīs xp̄i fienda ꝑ apl̄os ⁊ ꝑ eoꝝ ſucceſſores [⁊ conſurgēt ꝑncipes] ad ſtatū fidei xp̄iane q̄d maxie patuit tp̄e ꝯſtātini [⁊ adorabūt dn̄m deū tuū ⁊ ſanctū iſrael] ſcz deū patrem [qui elegit te] Lyra. ſcilicet chriſtum hominem ad opus redemptionis humane.

In feſto beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum. Actuū. xij.

Miſit herodes rex manꝰ vt affligeret quoſdā d' eccleſia. Occidit aūt iacobū fratrē iohānis gladio. Vidēs āt q2 placeret iudeis appoſuit apꝑhēdere ⁊ petrū. Erāt āt dies azimoꝝ. quē cū apꝑhēdiſſet miſit in carcerē: tradēſq3 eū q̄ttuor q̄terniōibꝰ militū cuſtodiēdū volēs pꝰ paſcha ꝓducere eū ppl̄o. Et petrꝰ q̄dē ſeruabat̄ i carcere: oratio autē fiebat ſine itermiſſiōe ab eccl̄ia ad deū ꝓ eo. Cū aūt ꝓducturꝰ eū eēt herodes i ip̄a nocte erat petrꝰ dormiēs int̄ duos milites victꝰ cathenis duabꝰ ⁊ cuſtodes añ oſtiū cuſtodiebāt carcerē. Et ecce angelꝰ dn̄i aſtitit ⁊ lumē refulſit i hītac̄o ꝑcuſſoq3 latere petri excitauit eu3 dicēs. Surge velociter ⁊ ceciderūt cathene de manibꝰ eiꝰ. Dixit aūt angelꝰ ad eū: p̄cīgere ⁊ calcia te caligas tuas: ⁊ fecit ſic: ⁊ dixit ei. Circūda tibi veſtimētū tuum ⁊ ſeq̄re me: ⁊ exiēs ſeq̄bat̄ eū ⁊ neſciebat: q2 verū ē q̄d fiebat ꝑ angelū. Exiſtimabat aūt ſe viſionē videre. trāſeūtes aūt p̄mā ⁊ ſecūdā cuſtodiā venerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē q̄ vltro apta ē eis: ⁊ exeūtes ꝓceſſerūt vicū vnū. Et ꝯtinuo diſceſſit ab eo āgelꝰ ⁊ petrus ad ſe reuerſus dixit: nūc ſcio vere: q2 miſit dn̄s āgelū ſuum: ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de om̄i expectatione plebis iudeorum. Poſtilla.

**Miſit herodes rex manus vt**
affligeret ⁊c̄. Ante initiū illi⁹ lectōnis ſcribit ſan
ctus Lucas φ ſctūs Paul⁹ ⁊ ſctūs Barnabas
p̄dicauerūt in antiochia per integrū annū ⁊ do/
cuerūt multá turbá:ita vt cognominarētur p̄mū
antiochie diſcipuli xp̄iani. Ly. Ante em̄ creden/
tes in xp̄m vocabātur tm̄ diſcipuli: ſ; tūc ceperūt
noīari xp̄iani a xp̄o. In his aūt dieb⁹ ſupuenerūt
ab hieroſolymis pp̄hete antiochiá ⁊ ſurgēs vn⁹
ex eis noīe agab⁹ ſignificabat p ſpm̄ ſctm̄ famē
magná futurá in vniuerſo orbe terrarū. Que fa
cta ē ſub claudio ceſare. Diſcipuli āt put q̇ſq; ha
bebat ppoſuerūt ſinguli in miſteriū eoꝝ mittere
habitātib⁹ in iudea fratrib⁹. Ly. Fuerāt em̄ bōis
tpalib⁹ ſpoliati in pſecutiōe que mota fuit i mor
te ſtephani ppter q̄d indigebāt ab aliȷs creden/
tib⁹ auxiliari maxie tpe famis. Q̄d ⁊ fecerūt mit
tētes ad ſeniores. ſcz curá multitudinis haben/
tes p man⁹ barnabe ⁊ pauli. Tunc ſtatim ſequi
tur p̄ns lectio. [In dieb⁹ ill' Miſit herodes rex]
Pro intellectu littere ſciēdū φ tres fuerūt hero/
des in iudea de q̇b⁹ ſcriptura facit mētiōez. Pri/
mus fuit herodes aſcalonita: ⁊ iſte fuit inſtitut⁹
rex iudee a romanis cui⁹ pater fuit ydumeus. Et
tpe iſti⁹ herodis nat⁹ ē xp̄s: ⁊ iſte herodes occi/
dit pueros innocētes. vt h̄r Math. ij. Secūdus
vocat⁹ fuit herodes antipas. ⁊ iſte decollauit io/
hannē baptiſtá. Terti⁹ vocatus fuit agrippa ⁊
licet iſte in p̄ncipio fuerit paup: tn̄ poſtea fauenti
bus ſibi duob⁹ impatorib⁹ romanis ſcz Gayo ⁊
claudio fuit eleuat⁹ ad regnū. Et iſte de roma ve
niens in iudeá honorifice valde fuit recept⁹ a iu
deis. ppt q̄d in fauorē eoꝝ occidit iacobū fratrē
iohānis ⁊ incarcerauit petrū. Vn̄ v̇ſus. Aſcalo
nita necat pueros: antipas iohem. agrippa iaco
bū: claudēs in carcere petrū. Et hoc ē q̄d dicit̄ i
p̄ncipio p̄ntis lectiōis [In dieb⁹ ill'. Miſit he/
rodes rex man⁹]. i. ptātem ſuá [vt affligeret q̇ſdá
de eccleſia] ſupple credentiū [occidit aūt iacobū
fratrē iohānis gladio] nō ſolū chriſtianos afflix
it: ſ; etiá occidit [vidēs aūt: q: placeret iudeis].
ſcz occiſio iacobi [appoſuit apph̄ēdere ⁊ Petꝝ]
Glo. ordi. q̇a pl⁹ placeret iudeis ſi p̄nceps occi/
deret̄ [erat aūt dies azimoꝝ] Ly. qn̄ apprehēdit
petrū. ⁊ hoc addit̄ ad ſignificandū cám quare n̄
ſtati occidit petrū ſicut fecerat de Iacobo. vole/
bat em̄ expectare trāſitū ſolēnitatis paſchalis in
qua iudei ſeptē dieb⁹ veſcūtur panib⁹ azimorū.
⁊ etiá q̇a nō licebat i paſca queq̄ occidere [quē
cū apprehēdiſſet miſit in carcerē] Lyr. ne poſſet
effugere [tradēs eū quattuor quaternionib⁹ mi/
litū cuſtodiendū] d̄r aūt quaternio q̇ habet q̄ttu
or milites ſub ſe ſicut centurio q̇ habet centū [vo
lens poſt paſcha pducere eū populo] id ē expo/
nere morti p volūtate populi [⁊ petr⁹ q̇dem ſer/
uabat̄ in carcere. Oratio āt fiebat ſine intermiſ/
ſiōe ab eccl'ia ad deū p eo] Ly. vt xp̄s adhuc in
vita ſeruaret ſuū vicariū [cū aūt pducturꝰ eū eſ/
ſet herodes] ſcz de carcere vt occideret̄ [in ipſa
nocte] imediate p̄cedente [erat petr⁹ dormiēs in
ter duos milites vinct⁹ cathenis duab⁹ ⁊ cuſto/
des ante oſtiū cuſtodiebāt carcerē] Ly. petr⁹ ita
cuſtoditus fuit φ nō patebat ei euaſio via hūa/
na. ſ; quia deficiēte humano ſubſidio ſolet adeē
diuinū: ideo ſubdit̄ [⁊ ecce angel⁹ dn̄i aſtitit] ad
petri liberatiōem. [⁊ lumē refulſit in habitaculo
carceris] ſcz ad ei⁹ ꝯſolationem [pcuſſoq; latere
petri excitauit eū dicens. Surge velociter ⁊ ceci
derūt cathene de manib⁹ eius. Dixit aūt angel⁹
ad eum precinge te] Ly. vt ſis apt⁹ ad ambulan
dū. Reſoluerat em̄ petr⁹ cingulū ſuum vt veſtis
poſſet pedes cooperire cōtra fragilitatē carceris.
[⁊ calcia te caligas tuas] Ly. eſt aūt caliga ge/
nus calciamēti nō habēs corīū ſuper pedē [⁊
fecit ſic ⁊ dixit illi circūda tibi veſtimētū tuū ⁊ ſe
quere me: ⁊ exiēs ſeq̄bat̄ eū: ⁊ neſciebat q: verū
eſt φ fiebat p angelū eſtimabat aūt ſe viſionem
videre] Ly. fortitudo em̄ carceris ⁊ diligēs cuſto
dia fecerāt ſibi imaginatiōem de euadēdi impo/
tētia ppter q̄d rem geſtá ſomniū eſtimabat [trá/
ſeuntes autem primá] Gloſa ordi. primū quater
nionem cum ſuis. [⁊ ſecūdā cuſtodiam] id eſt
ſecūdum quaternionem cum ſuis. qui oēs erant
oppreſſi ſomno [Venerunt ad portā ferream]
Lyra. erat exterior porta carceris [que ducit ad
ciuitatem que vltro aperta eſt eis] virtute diuina
aut angelica [Et exeūtes proceſſerūt vicū vnū]
ad maiorē Petri aſſecuratiōez [⁊ ꝯtinuo diſceſ/
ſit ab eo angel⁹] ſubito diſparēdo [⁊ petr⁹ ad ſe
reuerſus dixit. nūc ſcio vere: q̇a miſit dn̄s ange/
lum ſuū ⁊ eripuit me de manu herodis. ⁊ de om
ni expectatiōe plebis iudeoꝝ] Ly. tūc em̄ perce/
pit φ nō erat ſomniū: ſed res geſta.

In feſto viſitatiōis v̇ginis Marie. Cantic. ij

**Ecce iſte venit ſaliens in**
**montib⁹: tranſiliens col**
**les. Similis eſt dilectus**
**meus capree hinnuloq; ceruorū**

En ipſe ſtat poſt parietē noſtruꝫ
reſpiciens ꝑ feneſtras pꝛoſpiciēs
per cancellos. En dilect⁹ me⁹ lo-
quitur mihi. Surge pꝛopera ami-
ca mea: colūba mea: foꝛmoſa mea
⁊ veni. Jam em̄ hyens trāſijt im-
ber abijt ⁊ receſſit Floꝛes apparu
erunt in terra noſtra tp̄s putatōis
aduenit. Vox turturis audita ē in
terra noſtra. Ficus pꝛotulit groſ-
ſos ſuos: vinee floꝛētes dederunt
odoꝛē ſuum. Surge pꝛopera ami-
ca mea ſpecioſa mea ⁊ veni: colū-
ba mea in foꝛaminib⁹ petre in ca-
uerna macerie. Oſtende mihi fa-
ciem tuam. Sonet vox tua in auri
bus meis. Vox em̄ tua dulcis ⁊ fa
cies tua decoꝛa. Poſtilla

Ecce iſte venit ſaliens in mon-
tibus ⁊c̄. Ante initiū illius lectiōis habet in eo-
dē cap̄. Leua eius ſub capite meo ⁊ dextera illi⁹
amplexabit me. Tūc ſequitur p̄ns epiſtola [Ec-
ce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens col
les] Glo. de ſinu patris in vtero virginis in pꝛe-
ſepium: de pꝛeſepio in mūdum: de mūdo in pati-
bulum. de patibulo in ſepulchꝛum. de ſepulchꝛo
ecōuerſo in mundū. ⁊ de mūdo ad patris dexte-
ram [ſimilis eſt dilectus me⁹ capꝛee] ꝓpter viſū
acutum: quia tm̄ acumen habet in videndo ꝙ a
remotis videt venatoꝛē venientē ⁊ loca alta aſcē
dit: ⁊ a venatoꝛe nō videtur: ſed venatoꝛem videt
Sic ſpiritualiter deus cuncta videt. vt habetur
Heb. iiij. Om̄ia nuda ſunt ⁊ aperta oculis eius
[Hinnuloq; ceruoꝝ] .i. fetui cerui vel capꝛee ꝓpt
velocitatē. Hinnulus em̄ ſe coꝛnibus nō pōt de-
fendere: ⁊ ideo fugit in ſequētes ꝙdiu pōt. [En
ipſe ſtat poſt parietem noſtrū] .i. carnē aſſumēdo
diuinitas em̄ latet in humanitate [reſpiciēs ꝑ fe-
neſtrā] .i. per apl̄os illuminātes eccl̄iam ſicut ꝑ
feneſtrā radius ſolis illuminat domū: ſic xp̄us ꝑ
apl̄os eccleſiam illuminauit [ꝓſpiciēs] .i. de lon
ge aſpiciens [per cancellos] .i. per patriarchas
eccleſiam illuminādo Sicut per foꝛamē magnū
tranſit magnū lumē: ⁊ ꝑ paruū foꝛamen paruuꝫ
lumē trāſit: ſic per apoſtolos ſicut per feneſtras
magnas magnum lumē in eccleſia luxit. per pa
triarchas paruum de lumine tranſit. ſicut per par
ua foꝛamina que cancelli dicuntur. ſunt em̄ can
celli parua foꝛamina in feneſtra virgulata ꝑ vir
gas cancellatas per quas modicum de lumine
tranſit [En dilectus meus] id ē chꝛiſtus [loq̄tur
mihi. Surge] ſcꝫ ab ocio [pꝛopera] quia via in q̄
es periculoſa eſt [amica mea] per charitatis la-
titudinem [columba mea] per intentionis recti-
tudinem [foꝛmoſa mea] per moꝛum honeſtatem
[⁊ veni] ſcꝫ in tuam creatiōem [Jaꝫ em̄ hyems
tranſijt] .i. congelatio paganoꝛum nolentium fi-
dem recipere [ymber abijt ⁊ receſſit] .i. tyranno-
rum perſecutio [floꝛes apparuerūt] .i. odoꝛes bo
noꝛum operū [in terra noſtra] .i. in eccleſia [tem
pus putationis aduenit] .i. tempus ad reſecādū
vicia [vox turturis] .i. ſpiritusſancti [audita eſt i
terra noſtra] id eſt in coꝛdibus electoꝛum: quia
ſicut turtur in occulto cantat ⁊ et in cantu gemit:
ſpiritusſanctus occulta reuelat ⁊ animā in qua
habitat gemere facit per penitentiam [ficus ꝓ-
tulit groſſos ſuos] Ficus em̄ pꝛimo fert fructus
inutiles. ſecūdo vero vtiles ⁊ maturos: ſic ſimili
ter ſynagoga pꝛimo pꝛotulit fructus immaturos
⁊ iutiles. Deinde chꝛiſtum ⁊ apoſtolos tāꝙ fru
ctus maturos ⁊ vtiles nobis miniſtrauit. [vinee
floꝛētes] id eſt eccleſie particulares virtutib⁹ flu-
is [dederunt odoꝛem ſuum. Surge pꝛopera ami
ca mea: ſpecioſa mea: ⁊ veni columba mea in fo
raminibus petre] id eſt chꝛiſti vulneribus [in ca
uerna macerie] id eſt latens chꝛiſti vulnere [oſtē-
de mihi faciem tuam] id eſt conuerſatiōem tuaꝫ
nō alienam ſicut hypocrite [ſonet vox tua] id eſt
pꝛedicatio tua [in auribus meis] ſcꝫ honoꝛē me
um [vox em̄ tua dulcis] id eſt pꝛedicatio tua [⁊
facies tua decoꝛa] ſcꝫ quando pꝛedicationi coꝛ-
reſpondet vita.

In feſto btē marie Magdalene. Pꝛou. xxxi.

Mulierem foꝛteꝫ quis in-
ueniet ꝓcul ⁊ de vltimis
finibus pꝛecium eius.
Confidit in ea coꝛ viri
ſui: ⁊ ſpolijs non indigebit. Red-
det ei bonum ⁊ non malum om-
nibus diebus vite ſue. Queſi-

uit lanā ⁊ lignū ⁊ opata ē conſilio
manuū ſuarū: facta eſt q̄ſi nauis i
ſtitoris de lōge portās panē ſuū.
De nocte ſurrexit deditq̄ pdā do
meſticis ſuis: ⁊ cibaria ācill' ſuis.
Cōſiderauit agrū ⁊ emit eū de fru
ctu manuū ſuarū plātauit vineā
Accinxit fortitudīe lūbos ſuos et
roborauit brachiū ſuū: guſtauit ⁊
vidit q2 bōa ē negociatio eiꝰ n̄ ex
tinguet' in nocte lucerna eiꝰ. Ma
nū ſuā miſit ad fortia ⁊ digiti eius
apphēderūt fuſum. Manū ſuam
aperuit inopi. et palmas ſuas ex
tendit ad paupe3. Nō timebit do
mui ſue a frigoribꝰ niuis: oēs em̄
domeſtici eiꝰ veſtiti ſunt duplicibꝰ
Stragulatā veſtē fecit ſibi: byſſus
⁊ purpura idumētū eiꝰ. Nobil' in
port' vir eiꝰ qn̄ ſederit cū ſenatori
bus terre. Sindonē fecit ⁊ vendi
dit cigulū tradidit chananeo. for
titudo ⁊ decor indumētū eiꝰ. ⁊ ri
debit i die nouiſſimo. os ſuū ape
ruit ſapiētie: ⁊ lex clemētie in lin
gua eiꝰ. Conſiderauit ſemitas do
mus ſue: ⁊ panē ocioſa n̄ comedit
Surrexerūt filij eiꝰ: ⁊ btiſſimā p
dicauerūt: vir eiꝰ ⁊ laudauit eam.
Multe filie ꝯgregauerunt diuiti
as: tu ſupgreſſa es vniuerſas. Fal
lax gr̄a ⁊ vana ē pulchritudo mu
lier timens dn̄m ipa laudabit'. da
te ei de fructu manuū ſuarū: ⁊ lau
dēt eā in port' opa eiꝰ. Poſtilla.
Mulierē fortē q̄s inueniet ⁊c.

Ante iniciū illiꝰ lectiōis locutꝰ eſt ſpūſſanctus p
Salomonē: dicēs. Aperi os tuum. decerne qd̄ iu
ſtū eſt. ⁊ iudica paupem. Ly. i. exquire iuſticiam
pro paupibꝰ quando habēt iuſtā cām. Tūc ſeq̄
tur ep̄la p̄ns [Mulierē fortē q̄s iueniet] In iſta
ep̄la ponit' cōmendatio fort' mulier'. ⁊ doctores
catholici cōiter dicūt q̄ p mulierē fortē intelligi
tur ſacra ſcriptura. ⁊ hāc expoſitiōem proſeq̄tur
Nicolaꝰ de Ly. ſup p̄ntem ep̄lam dicēs [Muli
erē fortē] i. ſacrā ſcripturā q̄ ꝯtinet ſniā3 ⁊ inui
olabilē v̄itatē [q̄s iueniet] q. d. pauci attingūt ad
eiꝰ plenā noticiā [pcul ⁊ de vltimis finibꝰ preciū
eiꝰ. Confidit in ea cor viri ſui] ſc3 de bono p̄mio
recipiēdo. Et d̄r hic vir eiꝰ doctor bonꝰ: in cuiꝰ p
ſona d̄r Sap. viij Hāc amaui ⁊ exq̄ſiui a iuuētu
te mea. ⁊ queſiui ſponſa3 aſſumere [⁊ ſpolijs nō
indigebit] q̄a in p̄mio duplicē ſtolā habebit. ſci
licet ſtolā corpis: ⁊ ſtolā aīe [Reddet ei] ſc3 ſpō
ſo tali [bonū ⁊ nō malū omībꝰ diebꝰ vite ſue] ſc3
bonū gratie in p̄nti: ⁊ glorie in futuro [Queſiuit
lanā ⁊ linū: ⁊ opata ē cōſilio manuū ſuarū] Per
lanā ⁊ linū intelligūtur hic dicta ſctōꝝ doctoru3
ad declaratiōem v̄itat' ſacre ſcripture [Facta eſt
quaſi nauis inſtitoris de lōge portās panē ſuū]
Ly. ſicut em̄ in naui inſtitoris portantur diuerſa
vite hūane neceſſaria: ſic in ſacra ſcriptura cōti
nētur om̄ia neceſſaria ad ſalutē [De nocte ſurre
xit] i. ſurgere fecit. Amor em̄ ſacre ſcripture idu
cit doctores bonos ⁊ diſcipulos ad ſurgendū de
nocte p ſtudio ⁊ oratione [Deditq̄ predā dome
ſticis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis] In hebreo h̄r
annonā. q̄a ſacra ſcriptura reficit om̄es ſtudētes
in ea fideliter ⁊ diligēter [Conſiderauit agru3].
Ager iſte eſt diſciplina ſtudij celeſtis. vt dic' Gre
gorꝰ omel'. xxxvij. [⁊ emit eū] i. emi fecit a ſtudē
tibꝰ p domatiōem carnis redigēdo eā in obſeq̄
ium ſpūs [De fructu manuū ſuarū plantauit vi
neā] i. exēplo vite ⁊ v̄bo doctrine fecit fideliū mł
tiplicatiōē in q̄ ſunt palmites vinee dn̄i. vt dicit
Gregꝰ. omel' vij. [Accinxit fortitudine lūbos ſu
os] i. accingi fecit lūbos ſtudioſoꝝ cingulo ca
ſtitat' [⁊ roborauit brachiū ſuū] p multiplicatio
nē boni opis [guſtauit ⁊ vidit quia bona eſt ne
gociatio eiꝰ] Ly. p experiētiā dulcedinis ex ſtu
dio ſacre ſcripture reſultātis [Non extinguet' in
nocte] i. in morte [lucerna eiꝰ] i. claritas ſue no
ticie: ſ3 mag' augebit' [manū ſuā miſit ad fortia.]
In hebreo habet' ad vertebrū: qd̄ eſt q̄dā circulꝰ
aliquātulū pōderoſus in inferiori pte fuſe poſitꝰ
vt recte ⁊ ordinate ⁊ expedite vertebat' ⁊ huic di
cto conſonat qd̄ ſubdit' [⁊ digiti eiꝰ apphēderūt

fuſum] Per vteb:ū hic intelligit' recta intentio op⁹ diriges[ Manū ſuā aperuit iopi:ꝛ palmas ſuas extēdit ad paupere] Ly.ſcriptura em̄ ſacra q̄ſi vbiq; iduc ad opa mie[ Nō timebit domui ſue a frigo:ib⁹ niuis].i.a pena gehēne: ſm qđ dicit rabbi ſalo.allegās illud Job.xxiiij.Ab aq̄s niui um trāſiet ad calorē nimiū.Et loq̄tur ibi de hoie dānato[ Oēs em̄ domeſtici eius].i.boni docto res ꝛ diſcipuli[ veſtiti ſunt duplicib⁹].i. vtutib⁹ itellectualib⁹ ꝛ mo:alib⁹:q̄ ſunt veſtes aie[ Strā gulatam veſtem].i.diuerſis colo:ibus intextam [fecit ſibi]quia ſacra ſcriptura de omī gn̄e vtu tū ꝛ dono:ꝝ tractat ꝛ ad ea inducit[ Byſſus] ſcȝ caſtitatis[ ꝛ purpura ]charitatis[ indumētū eius] i.vere ſtudētiū in ea:ſcīa pariter ꝛ vita[ nobil' in po:tis vir ei⁹].i.docto: bon⁹ q̄ ē nobilis in po:tis. id eſt inter ſapiētes antiq̄t⁹ ſedētes ad reddēdū veritatis iudiciū.iō ſubdit'[ qn̄ ſederit cū ſenato:i b⁹ terre].i.cū ſapiētib⁹ q̄ habēt regere terram ꝛ iudicare[ Sindonē fecit:ꝛ vēdidit:ꝛ cingulū tra didit chananeo] in hebreo h̄r mercato:i. Per ſin donē que ē veſtis linea ꝛ mūda itelligit' puritas mētis.p cingulū vo caſtitas co:pis. Unde dicit Greg⁹.omel.xxij. Lūbos em̄ pcingim⁹ cum car nis luxuriā p ꝯtinētiā coartam⁹.Dicit' aūt ſacra ſcriptura iſta facere eo ꝙ ad ea iduc [fo:titudo] id eſt ꝯſtātia mētis[ ꝛ deco:]exterio:is honeſta tis[ indumētū ei⁹:ꝛ ridebit].i.ridere faciet ſtudē tes in ea fideliter[ in die nouiſſimo] qn̄ audient vocē dn̄i dicētis.Uenite bn̄dicti p̄ris mei ꝛc̄.[ os ſuū apuit ſapie]q̄a ſacra ſcriptura docet ſapiaȝ deſurſum deſcēdētē[ ꝛ lex clemētie in ligua ei⁹] q̄a tā in nouo ꝙ in veteri teſtamto ſacra ſcriptu ra ad clementiā inducit[ ꝯſiderauit].i.ꝯſiderare fecit] ſemitas dom⁹ ſue].i.ꝯſcie ſecreta ſtudētiū in ea.Et q: b̄ labo: eſt optim⁹:ꝛ iō ſeq̄tur[ ꝛ pa nē ocioſa nō comedit. Surrexerūt filij ei⁹].i. di ſcipuli ſtudioſi[ ꝛ beatiſſimā p:edicauerūt]quia ſacrā ſcripturā ſup oēm aliā extollūt[ vir eius:ꝛ laudauit eā] Ly.docto: bon⁹ q̄ doctrinā ſuā inci pit a cōmēdatiōe ſacre ſcripture[ Multe filie] Ly.i.pbo:ꝝ ꝛ ſapiētū ſcriptu re [ꝯgregauerūt di uitias].i.multas cognitiōes vitatis[ tu ſupgreſſa es vniuſa]q̄a ſacra ſcriptura multo plures veri tates tradidit ꝙ alie ſcripture.Et etiā po:es.q̄a in ea multa falſitas admiſcet' cū imediate ema nat a p̄ma vitate. Scripture vo hūanitus adin uēte ꝛ ſi cōtineāt multas veritates:tamē habent admixtas multas falſitates.ſicut pȝ in ſcripturis Ariſto.ꝛ alio:ꝝ pbo:ꝝ q̄ negāt creatiōeȝ mūdi ꝛc̄. [ Fallax gr̄a ꝛ vana ē pulch:itudo] ſcȝ vbo:ꝝ rhe to:ico:ꝝ in hūanis ſcripturis ꝛ maxie poeticis:in q̄ b⁹ ſub o:natis vbis latēt multe falſitates [ mulier timēs deū].i.ſacra ſcriptura q̄ q̄ſi vbiq; inducit ad reuerētiā dei ꝛ timo:ē[ ipa laudabit'] ſcȝ p ce teris ſcripturis[ Date ei de fructu manuū ſuarū] id eſt ſtudētib⁹ in ea dabit' fruct⁹ glo:ioſus [ ꝛ lau dēt eā in po:tis opa ei⁹].i.ſapiētes in po:tis ſedēn tes cū iudicib⁹.Et iſti ſapiētes dicūtur opa ſacre ſcripture inq̄tū p ei⁹ ſtudiū ſapiam ꝯſequūtur.

Itē de eodē feſto ſm ſeculares. Roma.v.

Sicut p vni⁹ delictū i om nes hoies in cōdēnatio nē:ſic ꝛ p vni⁹ iuſticiam oēs hoies in iuſtificatiōeȝ vite .ſi cut em̄ p inobedietiā vni⁹ homīs pctō:es ꝯſtituti ſunt multi:ita ꝛ p vni⁹ obedietiā iuſti ꝯſtituet' mlti. Lex aūt ſubintrauit vt abūdaret delictū. Ubi aūt abūdauit delictū ſupabūdauit ꝛ gr̄a:vt ſicut regna uit pctm̄ i mo:tē:ita ꝛ gr̄a regnat p iuſticiā in vitā eternam:p ieſum xp̄m dn̄m noſtrū. Poſtilla

Sicut per vni⁹ delictū in oēs ꝛc̄.

An̄ initiū illi⁹ ep̄le ſcribit ſctūs Paul⁹ in eodeȝ cap̄lo dicēs. Si em̄ vni⁹ delicto mo:s regnauit p vnū.multo mag̃ abūdātiā gratie ꝛ donatiōis ꝛ iuſticie accipiētes in vita ſcȝ btā regnabunt p vnū ſcȝ p ieſum ch:iſtū. Tūc ſeq̄tur p̄ns epiſtola [ Fratres:ſicut p vni⁹ delictū] Ly.ſcȝ Ade[ oēs hoies in ꝯdēnatiōem] Bo:.i.ſimul aie ꝛ co:pis dānatiōeȝ[ ſic ꝛ p vni⁹ hois iuſticiā] ſcȝ xp̄i [ om nes hoies in iuſtificatiōem vite] Ly.ſicut p deli ctū ade p ꝓpagatiōem ꝛ o:iginale pctm̄ omēs hoies icurrerūt dānatū ſil'aie ꝛ co:pis.ſic p vni⁹ hois ſcȝ xp̄i paſſionē oēs ſunt liberati ab eterna dānatiōe[ Sic em̄ p inobedietiā vni⁹ hois] ſcili cet ade[ pctō:es ꝯſtituti ſunt multi:ita ꝛ p vni⁹ ſcȝ xp̄i[ obedietiā iuſti ꝯſtituētur multi] Ly.q: ſi cut p inobedietiā ade comedētis lignū vetitū po ſteri facti ſunt iniuſti:ſic p obedietiā xp̄i in ligno crucis paſſi:oēs ſunt iuſtificati q̄tū ad ſufficien tiā.Sȝ ꝙ p gratiā xp̄i nō oēs iuſtificātur h̄ nō p uenit ex defectu gr̄e:ſ; ex defectu hoim eā repellē tiū[ Lex aūt ſubintrauit]poſt culpā vel legē na

turalem[vt abūdaret delictū].i. abundauit⁹ cognoſcerec̄ delictū .multa eñ erāt pctā añ legē q̄ nō credebāt̄ eſſe pctā vel non eſſe tanta. Roma. iiij.p legē cognitio pcti [vbi aūt abundauit delictū ] p legē[ſupabūdauit ⁊ gr̄a ] p xp̄m pctōrib⁹ veniā ꝯferendo[ vt ſicut regnauit pctm̄ i mortē.] Ly.i.potentiā habuit deijciēdi ad mortē eťnam. [Ita ⁊ gr̄a regnat p iuſticiā in vitā eternā ]potēter nos inducēdo i vitā eternā[per ihm xp̄m dñz nr̄m ]qui ē mediator dei ⁊ hoim.

In feſto ſancti iacobi apoſtoli.

**Iā non eſtis hoſpites ⁊ adue.⁊c.**

Hanc ep̄l'am q̄re iſra i cōi ſctōꝝ de aplis.

In vincula ſancti Petri.

**Miſit herodes manū vt affli.⁊c.**

Hanc ep̄l'am quere añ in feſto ſanctoꝝ petri et pauli apoſtolorum.

In feſto ſcti laurentij martiris.ij.Cor.ix.

**Qui parce ſeminat parce et metet.Et q̄ ſemiat in bn̄dictiōib⁹ de bn̄dictiōibus ⁊ metet. Unuſquiſq3 ꝓut deſtinauit i corde ſuo : nō ex triſticia aut ex neceſſitate.Hilarē enī datorē diligit de⁹:potēs ē aūt deus oēz gr̄am abūdare facere i vob:vt i oib⁹ ſemp oēz ſufficiētiā hn̄tes abundetis i oē op⁹ bonū:ſicut ſcriptū ē. Diſpſit dedit paupib⁹ iuſticia ei⁹ manet i ſcl'm ſcl'i. q̄ aūt admiſtrat ſemē ſemināti ⁊ panē ad māducādū p̄ſtabit ⁊ multiplicabit ſemē veſtrū ⁊ augebit icremēta frugū iuſticie veſtre.**

**Poſtilla.**

**Qui parce ſeminat parce ⁊c.**

Añ initiū illi⁹ ep̄l'e ſcribit ſctūs paul⁹ di. Prouidem⁹ eni bōa nō ſolū corā deo:ſ etiā corā hoib⁹. Tūc ſeq̄tur p̄ns ep̄l'a[ ffrēs. Qui parce ſemiat] ſ.dādo paruā elemoſinā[ parce ⁊ metet ]Ly.i. min⁹ i premio recipiet[et q̄ ſemiat i bn̄dictionib⁹]. ſc3 largit̄ dādo[ de bn̄dictiōib⁹ ⁊ metet ].ſ. largā retributiōez in p̄mio hēbit [ vnuſquiſq3] ſuppledet [ꝓut deſtinauit i corde ſuo]. i.ordinauit ꝓpa volūtate[ nō ex triſticia ].Glo.qui enim dat vt careat tedio interpellāt̄ nō vt reficiat viſcera indigētis:et meritū ⁊ rē pdit[ aut ex neceſſitate ].i.coactus.ſ ſpōte ⁊ liberalit̄[ Hylarē eni datorē diligit de⁹ ].i.approbat ⁊ remūerat:q2 facit actū virtuoſum[ potēs eſt aūt de⁹ oēm gr̄am ].Gor.nō ſolū hāc gr̄am largitiōis elemoſynaꝝ:ſ etiā quācūq3 aliā[ Abūdāter facere i vob ]Ly.vt ſic nō doleat̄ de facto ſ magī gaudeat̄.[vt in oib⁹ ].ſ.tp̄alib⁹ ⁊ ſpūalib⁹[ ſemp oēm ſufficiētiā hn̄tes ] tā in volūtate ſupiori q̄ i facultate exteriori[ abūdet̄ i oēe opus bonū ]ſc3 i datōe elemoſynaꝝ ⁊ in alijs bonis opib⁹ virtutū[ ſicut ſcriptū eſt ]in pſ.cxi.[ diſpſit ]Ly.nā elemoſyna plurib⁹ ē facienda[ dedit paupib⁹ ]nō hyſtriōib⁹ ⁊ alijs pſonis indignis. [iuſticia ei⁹ ]q̄ ſic dat elemoſynā[ manet in ſcl'm ſcl'i ].i.eternalit̄.q2 merces iuſticie ē corona eterna[ q̄ aūt āmiſtrat ſemē ſeminanti ]Ly.i. de⁹ qui dat facultatē ⁊ volūtatē dandi elemoſynā [ et panē ad māducandū p̄ſtabit ].i. neceſſaria vict⁹.ſ eñ videt̄ cōit̄ accidere q̄ dātes elemoſynas magis abūdant i tp̄alib⁹ q̄ elemoſynas paupibus indigētib⁹ denegātes.et ſi aliqñ ꝯtingit eos depaupari de⁹ hoc ordinat ad maius bonū ipoꝝ ſpūale[ et m'tiplicabit ſemē vr̄m ]Ly.i.volūtatē et facultatē elemoſynas faciēdi [ ⁊ augebit incremēta frugū iuſticie vr̄e ]Ly.i.mercedez que ex ſ in patria colligetur.

In feſto aſſumptiōis v̄gis marie. Eccl'.xxiiij

**In oibus requiē q̄ſiui ⁊ i hereditate dn̄i morabor tūc precepit ⁊ dixit mihi creator oim:⁊ q̄ creauit me requieuit i tabernaclo meo:et dixit mihi In Jacob i habita:⁊ i iſrahel hereditare:⁊ i elect̄ meis mitte radices.Ab initio ⁊ añ ſcl'a creata ſum: et vſq3 ad futurū ſcl'm nō deſinā et in hītatiōe ſctā corā ipo miſtraui. et ſic in ſyō firmata ſu3 ⁊ i ciuitate ſanctificata ſilit̄er requieui: et in hieruſalem ptās mea.Et radicaui in populo honorificato ⁊ in ptes dei mei hereditas illi⁹ ⁊ in plenitudie**

ſctõꝝ detẽtio mea. Quaſi cedrꝰ exaltata ſuꝫ ī libano: ⁊ q̃ſi cypſſus in mõte ſyon: q̃ſi palma exaltata ſum in cades: et q̃ſi plãtatio roſe ī hiericho q̃ſi oliua ſpecioſa ī cãpis: et q̃ſi platanꝰ exaltata ſum iuxta aquã ī plateis. Sicut cynamomũ et balſamũ aromatiſans odorẽ dedi: q̃ſi mirrha electa dedi ſuauitatem odoris. Poſtilla.

In omnibꝰ reqem queſiui ⁊c. Hodie btã virgo celos aſcẽdens requiem quã q̃ſiuit inuenit. Hodie ſup oẽs anglo͛ꝝ choros fideliter exaltata pacẽ et reqem q̃ſiuit ⁊ quod q̃ſiuit inuenit: ĝ dicit [In oibus reqeꝫ q̃ſiui] ac ſi dicat. Inter oia ⁊ in oi deſiderio et ope q̃ſiui requiẽ et pacẽ. ſ. tp̃is amoris et eternitatꝭ. Et datũ ẽ mihi ꝙ [in hereditate dñi morabor] vbi ſũma pax ẽ et reqes. Et q͛ mentꝭ deſiderio hec q̃ſiui [Tũc tp̃e a deo p̃fẽ p̃finito: ipe pat̃ oipotẽs [precepit] gabrieli: et p gabrielẽ [et dixit mihi creator oim] ſalutationẽ anglicã. Cuiꝰ effectꝰ ſubditur [et q creauit me reqeuit i tabernaclo meo] creator eni huiꝰ v̄gis deus ẽ q reqeuit i vtero eiꝰ nouẽ menſibꝰ ⁊ ſex diebꝰ: in q̊ vtero ſicut miles in tabernaculo armaturã nr̃e hũanitatis accepit cõtra dyabolũ pugnaturus. [et dixit mihi]. i. verbo ſpũali impſſit mihi duplicẽ actiue ⁊ ɔtẽplatiue vite cõſeruationẽ. qď apparet cũ ď: [in iacob inhita et i iſrahel hereditare ⁊ i electꝭ meis mitte radices] ac ſi diceret vtriuſqꝫ vite exẽplũ electꝭ ⁊ p̄deſtinatis meis tribuo. Exẽplũ eni cõp at̃ radici. naꝫ ſic ex radice ꝓcedit virga ⁊ de v̄ga fructꝰ: ſic de exẽplo cõcipit̃ affectio ⁊ ex affectiõe ꝓcedit opꝰ [et ſic in ſyon firmata ſum]. i. in vita ſpeculatiua [⁊ in ciuitate ſctificata]. i. in vita actiua [ſilr̃ reqeui] pace pctõris [et i ihr̄lꝫ ptãs mea]. i. in viſione pacis. Notandũ ꝙ h̄ p ciuitatẽ intelligit̃ vita actiua que in cõi hoim hitatiõe genit̃ p ſyon ⁊ hieruſalẽ cõtemplatiua demõſtrat̃ [et radicaui]. i. radices miſi [in pplo honorificato: et in ptes dei mei hereditas illiꝰ]. i. p fructũ de radicibꝰ iſtis procedẽtẽ erit hereditas illiꝰ ppli [et i plenitudine ſctõꝝ detentio mea]. i. mora ⁊ pſeuerãtia mea erit i plenitudie ſctõꝝ [quaſi cedrus exaltata ſuꝫ in libano: et q̃ſi cypſſus in mõte ſyõ] In libano q̊ interpretat̃ candor ſignificat̃ cãdor virginitatꝭ. Libanus etiã ẽ arbor thurꝭ de q̃ ꝓcedit thus quod crematur i ſacrificijs i ſuauitatem odoris. ⁊ talis arbor btã virgo eſt cuiꝰ filiꝰ quaſi thꝰ in igne paſſionis crematꝰ eſt. Et in huiꝰ hoſtie fragrãtia delectatus ẽ deꝰ oipotẽs. Itẽ cedrꝰ odore ſerpentes fugat. bñ ergo ɔuenit mr̄i xp̄i: q͛ odore nois ſui demões expellit. Cypreſſus ẽ arbor in medẽdis apta corpibꝰ. Syon interp̄tat̃ ſpeculũ. ſpeculum bonũ reddit imaginẽ ſuã deformatꝰ eni erat hõ per pctm̃: ſ; p btãm virginẽ q̃ fons ẽ gr̃e reddit̃ imago hoi quã ipa ipetret pctõri a filio ſuo iheſu xp̄o [quaſi palma exaltata ſum in cades: et quaſi plantatio roſe i hiericho] palma i floribꝰ anguſta dilatando aſcẽdit ad ſupiora. Cades interp̄tat̃ trãſlatio. Vñ btẽ virgis trãſlatio eiꝰ aſſumptio ſicut hodierna die exaltata eſt ſicut palma ſicut ſalomõ dicit. Que eſt iſta q̃ procedit ſic̃ aurora cõſurgẽs pulchra vt luna electa vt ſol. Hec eni in vtero ſctificata i natiuitate ſua claruit vt aurora: in cõceptiõe filij p gr̃am ɔfirmata claruit vt luna: hodie aſſumpta i celo clareſcit vt ſol. hiericho interp̄tat̃ luna: et i roſa ſignat̃ martiriũ. Roſa igit̃ in luna ẽ martiriũ mentꝭ in carne lucida. Vñ ſymeon ſenex dixit ad btãm v̄ginẽ. Tuã ipſius aiam ptranſibit gladiꝰ doloris. Paſſa ẽ igitur btã virgo martiriũ in aia [quaſi oliua ſpecioſa in cãpis]. i. fons mie illis pctõribꝰ q̃ ambulãt in cãpo. i. lata via que ducit ad vitã [et q̃ſi platanus exaltata ſum iuxta aquã in plateis]. Platanus latis folijs vmbrã faciẽs refrigerat exterius et interiꝰ. Hõ aũt eſtuat duplicit̃. exteriꝰ in tribulatiõibꝰ. interiꝰ in tẽptationibꝰ. Vt ergo in virgine plenũ oñdatur refrigeriuꝫ ď: platanꝰ iuxta aquam in plateis. q͛ contra eſtũ interioris temptationis incendiũ preſtat remedium. [Sicut cynamomum ⁊ balſamũ aromatizans odorem dedi] Cynamomũ, quanto gratilius: tanto melius et odoratius. Sic beata virgo gracilis ⁊ extenuata per abſtinentiam: ⁊ acceptior deo ⁊ mundo odoratione fuit. Similiter et in balſamo deſignatur opinio ſanctitatis. [Quaſi mirra electa dedi ſuauitatẽ odoris] Illa mirra eſt electa q̄ manat ab arbore minime vulnerata. illa autẽ minime eſt precioſa que de arboris vulnere manat. Per mirrã ſignificat̃ amara mortificatio: que ſi ex aia pctõris vulnerata manat minus eſt precioſa. Si autẽ abſqꝫ vulnere peccati deo ablata fuerit gratior erit deo ⁊ odore ſuauior.

In feſto natiuitatis Marie virginis. Eccleſiaſt. xxiiij.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: et flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Ego mater pulchre dilectōis: ⁊ timoris: ⁊ agnitionis: ⁊ ſctē ſpei. In me gr̄a oīs vie et veritatis: in me oīs ſpes vite et virtutis. Trāſite ad me oēs q̄ cōcupiſcitis me: et a generationibus meis īplemini. Spūs enī meꝰ ſuper mel dulcis: et hereditas mea ſup mel ⁊ fauū memoria mea i generatione ſeculorū. Qui edūt me adhuc eſuriēt: et qui bibūt me adhuc ſitiēt. Qui audit me nō confundetur: ⁊ q̄ opant̄ i me nō peccabunt. qui elucidāt me vitā eternā habebunt.

Poſtilla.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē ⁊c̄. In natitate btē Marie v̄gis legit̄ pro ep̄la lectio illa ſumpta de Eccl̄. xxiiij. q̄ p̄ncipalr̄ exponit̄ de xp̄o filio btē v̄gis. Honor āt filij ē honor mr̄is. ⁊ ecōuſo honor mr̄is ē honor filij. Vn̄ dic̄ btā v̄go [Ego q̄ſi vitis] h̄ cōpat btā v̄go ſe viti. Primo ꝓpt̄ vmbrā. nā ſic̄ vitis gtā vmbrā facit: ſic btā v̄go obūbrādo nos ꝓtegit. Vn̄ p̄s. Sub vmbra alarū tuarū ꝓtege nos. Secūdo ꝓpt̄ florē. Flos ſiq̄dē vitis odore ſerpētes fugat. ſic nomē btē Marie v̄gis fugat demones [fructificaui ſuauitatē odoris] q̄a ſic̄ ſine leſiōe vitis de vite procedit odoris ſuauitas: ⁊ idē odor lōge lateq̄ diffūdit̄. ſic de v̄gine Maria ſine leſiōe pudoris ꝓceſſit filiꝰ: cuiꝰ ptās ⁊ bonitas replet orbē terraruꝫ [⁊ flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis]. i. abundātie ⁊ opulētie [Ego mr̄ pulchre dilectōis] hec ē caritas q̄ dilexit dn̄m: quā nō maculauit aliq̄d pcti ꝯtagiū [⁊ timoris] In tiore ſignatur hūilitas. nā ex hūilitate extimuit ad excellētiā ſalutatiōis angelice. vn̄ āgelꝰ ad eā. Ne timeas Maria [⁊ agnitiōis] In agnitiōe fides itelligit̄. Nā p fidē agnouit q̄d credidit. vn̄ elizabeth dixit ad eā. Beata q̄ credidiſti: q̄m pficiētur ea q̄ dicta ſūt a dn̄o [⁊ ſctē ſpei. In me gr̄a oīs vie ⁊ v̄itatis] ac ſi dicat In me ē ille p carnis aſſūptiōes a q̄ ē vita ⁊ veritas [i me oīs ſpes vite ⁊ v̄tutis. Trāſite ad me omnes q̄ ꝯcupiſcitis me] ac ſi dicat. oēs q̄ deſideratis me hr̄e fautricē ⁊ adiutricē [trāſite ad me]. i. ad ſilitudinē ⁊ ꝯformitatē meā: vt ſitis imitatores humilitatis mee: caſtitatis: ⁊ pauptatis [⁊ a gn̄atiōibus meis īplemini] He ſūt ille gn̄atiōes d̄ q̄bꝰ dicitur. Emiſſiōes tue ꝑadiſus malorꝫ punicorꝫ ⁊c̄. Seq̄ns clauſula illiꝰ ep̄le exponit̄ de filio v̄gis marie [Spūs enī meꝰ]. ſ. ſpūſſanctꝰ q̄ cōiter ꝓcedit a patre ⁊ filio: et q̄ h̄ dat̄ in via p īſpirationē gratiarꝫ [ſup mel dulcis: et hereditas mea ſup mel ⁊ fauū]. ſ. icōꝑabilr̄. [memoria mea i gn̄atione ſeculorꝫ] q̄z ſapiaꝫ dei hoies ⁊ angeli ſine fine laudabūt [Qui edūt me adhuc eſurient: ⁊ q̄ bibunt me adhuc ſitiēt] Edamꝰ enī dei ſapiam ⁊ bibamꝰ. q̄z in ip̄a plena ē ⁊ pfecta refectio. Siq̄dē in corꝑalibꝰ rebꝰ appetitꝰ placet: expiētia diſplicet. ſed ſpūalibꝰ delectatio tāto plꝰ a comedente eſuritur: quāto plꝰ ab eſuriente comedit̄. Eterna enī ſatietas auget deſideriū. Ecōtrario mūdana refectio deſideriū extiguit: et tediū facit. Vn̄ ⁊ de angelis dictū eſt. Fruūt̄ nec faſtidiūt: ſed magis frui ſitiūt. [Qui audit me] obediēdo mādatis meis [n̄ cōfundet̄] ſ; eterna mercede coronabit̄. [et q̄ opātur i me]. i. q̄ ſic opant̄ vt maneāt in me ⁊ ego in eis [nō peccabūt]. Qui enī manet i deo nō peccat mortalr̄. [Qui elucidāt me] ſcꝫ p̄dicādo verbo ⁊ exemplo [vitā eternā habebūt] q̄a ſicut d̄r Daniel. xij. Qui aūt docti fuerint fulgebunt q̄ſi ſplēdor firmamenti. ⁊ q̄ ad iuſticiā erudiunt multos: quaſi ſtelle in perpetuas eternitates.

In exaltatione ſctē crucis epiſtola.

Hoc enī ſentite i vobis quod et in chriſto ieſu ⁊c.

Illā ep̄lam quere in dn̄ica palmarꝫ.

In feſto btī Mathei ap̄li. Ephe. iiij.

Vnicuiq̄ n̄rm data ē gr̄a ſm meſuram donationis xp̄i. ꝓpt̄ q̄d dicit. Aſcendēs i altū: captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoībꝰ. Quod aūt aſcēdit q̄d eſt: niſi q̄z deſcēdit pmū i inferiores ptes terre. Qui deſcendit ipe ē ⁊ q̄ aſcēdit ſup oēs celos: vt adimpleret oīa. Et ipe dedit

quoſdã q̃dam apoſtolos. quoſda; aũt ꝓphetas. alios v̄o euãgeliſtas alios autẽ paſtores ⁊ doctores ad cõſummatiõe; ſctõꝝ ĩ opꝰ miſterij in edificatiõem corpis xp̄i. donec occurramꝰ oẽs ĩ trinitate fidei ⁊ agnitiõis filij dei ĩ virũ pfectũ ĩ mẽſurã etatꝭ plenitudis xp̄i. Poſtil.

Unicuiq; nr̃m data eſt gr̃a ⁊c. Ante initiũ illiꝰ ep̃le ſcribit ſctũs Paulꝰ dicẽs. Unꝰ dñs. vna fides. vnũ baptiſma. vnꝰ deꝰ et pr̄ oim: q̇ eſt ſup oẽs ⁊ p oia ĩ oibus nobis. Tũc ſtatim ſequit̃ pñs ep̃la. [Unicuiq; nr̃m]. Ly. ſ. xp̄i fideliũ [data ẽ gr̃a ſm menſurã donationis xp̄i]. i. ꝓut voluit dare plus ⁊ minꝰ ſm ordiationẽ diſpoſitiõis ſue. [Propt̃ qđ dicit] ſupple ſcriptura in p̄s. lxvij. [Aſcẽdens in altũ: captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hoibus]. ſ. xp̄s in aſcenſione ſua captiuã duxit captiuitatẽ. i. pr̃es q̇ priꝰ tenebant̃ in lymbo: dedit dona. ſ. ſpũſcti hoibꝰ in die penthecoſtes viſibilit̃. ſ. in igneis linguis. [Qđ aũt aſcẽdit q̇d eſt]. i. q̃lr̃ eſt intelligendũ [niſi q: deſcendit primũ]. ſ. in ſua morte [in inferiores ptes terre]. ſ. ad lymbũ patrũ in inferno q̇ đr eſſe ſub terra [Qui deſcẽdit ip̄e eſt]. ſ. q̇dã in pſona. [et q̇ aſcẽdit ſup oẽs celos vt adipleret oia]. ſc; ſcriptura ꝓphetꝭ: q̇ nõ ſolũ ꝓphetauerũt de eiꝰ incarnatiõe: morte: ⁊ reſurrectiõe: ſ; etiã de eiꝰ aſcentiõe [. Et ip̄e dedit q̇ſdam q̇dã ap̄los]. Ly. ſ. duodeci ad ordinandũ ⁊ regẽdũ eccl̄iam [quoſdam aũt ꝓphetas] ad futura predicendũ [alios v̄o euãgeliſtas]. ſ. quattuor: ad ſcribendũ euangelia [alios aũt paſtores]. ſ. ad curã aiaꝝ [⁊ doctores] ad informandũ ſmonibꝰ pplm [ad conſummatiõem ſctõꝝ in opꝰ miniſterij]. i. pfectionẽ fideliũ ĩ moribꝰ ⁊ fide [in edificationẽ corpis xp̄i]. Ly. ſ. myſtici qđ ẽ eccl̄ia: ĩ q̄ ap̄lis ſuccedũt ep̄i: ꝓphetꝭ aũt hñtes gr̃am ſcripturaꝝ ſctãꝝ obſcura interp̄tãdi euageliſtis: archidiaconi. diaconi paſtoribꝰ p q̇s intelligũt̃. lxxij. diſcipuli: ſuccedunt ſacerdotes curati: doctoribꝰ oẽs exercẽtes debitũ actũ docendi p̄dicãdi [donec] Ly. i. dicta officia exercebunt̃ ĩ eccl̄ia militãte [occurramus oẽs in vnitatẽ fidei]. i. q̇ ſumꝰ vniti in fide ⁊ cognitione xp̄i [in virũ pfectũ]. i. occurramꝰ xp̄o venienti ad iudiciũ: q̇ eſt vir oino pfectꝰ. [in mẽſurã etatꝭ plenitudinis xp̄i] Oẽs eni reſurgent in etate. xxxiij. annoru;: q̄ eſt etas plena pfecta: ⁊ in qua xp̄s paſſus fuit. Hec oia Lyra ponit

In feſto ſcti Michael̄ ⁊ oi; angloꝝ. apoc. i.

Significauit deꝰ q̄ oportet fieri cito: loquẽs per angelũ ſuũ ſeruo ſuo Johãni: q̇ teſtioniũ phibuit v̄bo dei. ⁊ teſtioniũ ihu xp̄i quecũq; vidit. Beatꝰ q̇ legit ⁊ q̇ audit v̄ba ꝓphetie huiꝰ: ⁊ ſuat ea q̄ ĩ ea ſcripta ſũt. Tẽpꝰ eni ꝓpe ẽ. Johẽs ſeptẽ eccleſijs q̄ ſunt ĩ aſya. Gr̃a vob. ⁊ pax ab eo q̇ ẽ: ⁊ q̇ erat: ⁊ q̇ vẽturꝰ eſt: ⁊ a ſeptem ſpiritibus q̇ in cõſpectu throni eius ſunt. ⁊ a ihu xp̄o q̇ eſt teſtis fidelis primogenitꝰ mortuorum ⁊ princeps regũ terre q̇ dilexit nos. ⁊ lauit nos a pctĩs nr̃is in ſanguine ſuo. Poſtilla.

Significauit deus que oportet fieri ⁊c. Añ initiũ illiꝰ ep̃le ſcribit ſctũs Johẽs ĩ pricipio illiꝰ libri: dicẽs. Apocal̄. Jheſu xp̄i quã dedit illi deꝰ pat̃ palã facere ſuis ſuis q̄ oportet fieri cito. Tũc ſtati ſeq̇tur pñs ep̃la [In diebus ill̄. ſignificauit deꝰ q̄ oportet fieri cito] ex quo hodie pagit̃ feſtũ oim angloꝝ. tũc ĩ illa lectiõe q̄ hodie in miſſa ꝓ ep̃la legit: oñdit̃ qualr̃ dñs miſterio angeloꝝ ſua reuelat myſteria ⁊ ſecreta. Et q̄liter ad btm̄ Johẽm euangl̄iſtã quẽ xp̄s ſpãliter dilexit p ãgelũ reuelatio puenit. Dixit itaq; beatus Johẽs [Significauit deꝰ q̄ oportet fieri cito]. id eſt ea q̄ ſue eccl̄ie futura erant: ſiue ꝓſpa ſiue aduerſa [loquẽs p angelũ ſuũ ſuo ſuo Johanni] angelꝰ em̄ apparebat in ſilitudine hois loquẽs Johãni [qui teſtimoniũ perhibuit verbo dei] in principio ſui euãgelij cũ dixit. In principio erat v̄bũ [et teſtimoniũ ihu xp̄i]. i. de Jhu xp̄o cũ dixit. Et verbũ caro factũ eſt ⁊ habitauit ĩ nobis [quecũq; vidit] ocul̄ corpalibus in eiꝰ cõuerſatiõe: miraculorũ operatione: morte ⁊ reſurrectione: ſicut patet ĩ euãgelio qđ ip̄e Johẽs ſcripſit [Btũs qui legit] ibi vel alijs [⁊ q̇ audit] aure mentꝭ [verba ꝓphetie huiꝰ: et ſeruat ea]. ſ. ĩ ope [que in ea ſcripta ſunt] Non eni; auditores: ſed

factores iuſtificabūtur apud deū[Tēp⁹ eīn ꝓpe eſt].Zy.i.cito trāſiens.q.d.labor patiētie breuis eſt:⁊ p̄miū btitudis eternū.iō aduerſa nō debent nos frangere:nec ꝓſpera leuare.[Johēs ſeptez eccl'ijs que ſunt i aſya] ſibi ſpāl'r cōmiſſis:⁊ ab ipſo ſpāliter dilectis[grā vobis].ſ.i pn̄ti vita.[⁊ pax]in futura.Nā ibi quietabat̄ total'r appetit⁹ hūanus[ab eo].ſ.xp̄o[qui eſt]eſſential'r coeternus deo patri[et q̇ erat]ſcz cū deo patre in creatione mūdi[⁊ qui ventur⁹ eſt]ſcz in gl'ia patris i die iudicij.[⁊ a ſeptē ſpiritibus].Zy.i.vniuerſitate angelorū qui ſunt miniſtri nr̄e ſalutis[qui i conſpectu throni eius ſunt].parati exequi eius volūtatē.[⁊ a ihesu xp̄o q̇ ē teſtis fidelis]paterne gl'ie et maieſtat̄[p̄mogenit⁹ mortuoru].i.primus inter reſurgētes a mortuis.Licet eīn an̄ ipm Lazar⁹ ⁊ plures alij fuerūt a morte reſuſcitati.ſ tamē fuit ad vitā mortalē.q: poſt reſurrectionez ecōuerſo mortui ſunt. Sed xp̄s ſurrexit ad vitaz imortalez.q: mors illi vltra non dn̄abit̄. Ro.vi. [et p̄inceps regū terre]ꝓpter qd̄ dixit poſt ſuam reſurrectionē.Data eſt mihi modo oīs ptās i celo ⁊ in terra.vt pz Math.vlti.[qui dilexit nos] i.ſola dilectiōe ſua:⁊ non merit̄ noſtris] ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is]Zy.originalib⁹ ⁊ actualib⁹[in ſanguie ſuo]q: ſacramētū baptiſmi ⁊ etiā ſacramentū pn̄ie q̇bus deletur originale pctm̄ ⁊ etiā actuale pctm̄ efficatiam habet a paſſione xp̄i

In feſto ſctōꝝ apl'oꝝ Symonis ⁊ Jude.

Iſtam epl'am quere infra i cōi ſctōꝝ apl'orū.

Scimus qm̄ diligentibus ⁊c.

In feſto omniū ſanctorum.Apocal'.vij.

Ecce ego Johannes vidi alterū angelū aſcēdentē ab ortu ſol' habētē ſignū dei viui.⁊ clamauit voce magna q̄ttuor angel' q̄b⁹ datū ē nocere terre ⁊ mari.dicēs. Nolite nocere terre ⁊ mari:neq; arborib⁹:quoaduſq; ſignem⁹ ſuos dei nr̄i i frontib⁹ eorū. Et ego Johēs audiui nūeruz ſignatorū centū q̄draginta q̄ttuor milia ſignati:ex oī tribu filiorū iſrahel. Poſt hec vidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat ex oib⁹ gētib⁹ ⁊ tribub⁹ ⁊ ppl'is ⁊ linguis ſtātes an̄ thronū ⁊ in cōſpectu agni amicti ſtol' albis.⁊ palme in manib⁹ eorū.⁊ clamabāt voce magna dicētes. Sal⁹ deo nr̄o q̄ ſedet ſup thronū ⁊ agnū. Et oēs angeli ſtabāt i circuitu throni ⁊ ſeniorū ⁊ q̄ttuor aīaliū. Et ceciderūt in conſpectu throni i facies ſuas. ⁊ adorauerunt deū dicētes Amē. Bn̄dictio ⁊ claritas:⁊ ſapiā ⁊ grāꝝ actio:honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo deo noſtro:in ſecl'a ſeculorum Amen.

Poſtilla.

Ecce ego Johannes vidi alterū ⁊c.Lectio iſta legitur in feſto oīm ſanctorū:pro eo ꝙ i ipſa agitur de nūeroſitate ſanctorum:et etiam de gratiarūactione quaz ſancti reddunt dn̄o qui eſt ſanctuſſanctorū. Dicit ergo ſanctus Johānes.]Ecce ego iohānes vidi alterū angeluz].ſcilicet Jheſum xp̄m:quem dicit angelum tanq̄ꝫ a deo patre miſſum [aſcendentem ab ortu ſolis].i.de ſinu patris[habentē ſignū dei viui]. per quod apparet ꝙ ipſe ſit deus verus.Hoc autē ſignuz eſt potentia patri equalis ⁊ imunitas pcti[⁊ clamauit].ſ.angelus iſte[voce magna]. id eſt cū magno iperio[quattuor angelis].i.vniuerſis malignis ſpiritib⁹:qui ꝑ quattuor mūdi partes impedire nitūtur ſalutē hoim[quibus datū eſt].i.ꝑmiſſum eſt[nocere terre ⁊ mari:dicēs: Nolite nocere terre].i.illis q̇ terrenis ſūt dediti ſicut auari[⁊ mari].i.illis q̇ voluptatib⁹ carnis viuūt:ſicut luxurioſi ⁊ crapuloſi[neq; arborib⁹] id eſt illis qui ſe extollūt ſuꝑ alios:ſicut ſuperbi. Hec eīn ꝓhibitio eſt refrenatio q̄ dn̄s malignos ſpūs refrenat:ne noceant quantū cupiūt iuſtis vel pctōribus predeſtinatis ad vitā eternā.[quoaduſq; ſignem⁹].ſ.ego interius ⁊ miſtri mei exteri⁹[ſeruos dei noſtri].ſ.ſigno crucis[in frontibus eorū].i.ita eos ſignem⁹ ſigno fidei ꝙ ipſa fides in confeſſione manifeſte appareat.Et ponitur ibi quoaduſq; ꝑ nūq̄ꝫ:quia nūq̄ꝫ nocebunt maligni ſpūs elect̄ dei:q̇bus oīa cooperantur i

bonum. Roma: viij. qui ſi cadunt fortiores reſur
gunt. Vñ Ambro. Certus ſum q deus nullũ ele
ctoꝝ ſuorũ cadere permitteret ſi eũ meliorẽ a ca
ſu ſuo reſurrecturũ non ſenſiſſet [Et ego Johã-
nes audiui]. i. intellexi [nũerũ ſignatorũ cẽtum-
quadraginta quattuor milia ſignati ex omĩ tribu
filiorũ iſrl'] . i. ex oĩbus gentib⁹ fidem Jacob imi
tantib⁹. Hũc autẽ numerũ p duodecim ſequens
ſcriptura diuidit: ⁊ vnicuiq; tribui aſſignat duo-
decim milia. Item attendẽdum q hic iudas p̄-
ponit ruben primogenito ꝑpter dignitatẽ. q: de
tribu iuda natus eſt xp̄s. Et hic preteremittit dan
de quo naſcet̃ antixp̄s. Et loco iſtius ponitur ꝟ
manaſſes q̇ fuit filius Joſeph quẽ fratres ſui vẽ
diderũt: ⁊ duct⁹ fuit in egyptũ: ⁊ ibi genuit duos
filios Effraim ⁊ Manaſſes. Et Effraim nõ po
nitur. qđ ideo fit q: de Effraim natus eſt roboaz
qui fecit ſciſma ⁊ diuiſionẽ in iſrl'. p qđ oñditur
q ſciſmatici ⁊ heretici a nũero ſctõꝝ ſunt penit⁹
alieni. [Poſt hec vidi turbã magnam quã nemo
dinumerare poterat ex oĩbus gentib⁹]. ſ. barbari
natiõibus [et tribubus]. ſ. vini⁹ genẽ. ſcz filiorum
iſrahel [⁊ pplis] ſingularum vrbiũ [⁊ linguis]
que in vna gente qñq; diuerſe ſunt [⁊ erãt ſtan-
tes ante thronũ] quaſi parati obedire deo [in cõ
ſpectu agni]. ſ. vt concupiſcerẽtur ab agno . i. ihu
xp̄o [amicti ſtolis albis]. i. dealbati p baptiſmũ
et penitẽtiã in hac vita pñti [et palme]. i. glia tri
umphalis [in manibus eorũ]. id eſt operib⁹ eo-
rum qđ ad ſtatum futurũ pertinet. [⁊ clamabãt
voce magna] reddentes pro ſalute ſua dño gra-
tiarũactiones [dicentes ſalus deo noſtro]. ſcilz
deo patri [q̇ ſedet ſuper thronũ]. i. ſuper ſctõs ſu
os i quib⁹ iudicat ⁊ aſcribitur [agno]. ſ. filio dei
[⁊ oẽs angeli ſtabant] tãq; deo obedire parati.
[in circuitu throni ⁊ ſeniorũ ⁊ quattuor aialiũ].
id eſt epoꝝ ⁊ patriar. harum iam in celo regnan
tiũ [⁊ ceciderunt in cõſpectu throni in facies ſu
as ⁊ adorauerunt deũ] ſcz hũiliantes ſe coram
deo [dicẽtes amen]. Iſtud amen eſt cõfirmatio
huius laudis [bñdictio]. i. laus [⁊ claritas]. id ẽ
impaſſibilitas [⁊ ſapia] que nouit omia [⁊ ho-
nor]. i. reuerentia [⁊ gratiarũactio] p collatis be
neficijs [⁊ virtus]. i. potentia operãdi [⁊ fortitu
do]. i. effect⁹ virtutis ſuperne potentie [deo nr̃o
in ſcl'a ſeculorum Amen].

In feſto ſcti Martini epi epl'a.

Ecce ſacerdos magn⁹ q̇ i dieb⁹
ſuis placuit deo: ⁊c.

Quam epl'am quere infra i cõi ſctõrum.

Item de ſancta Eliſabeth.

Mulierẽ fortẽ qs inueniet ⁊c.

Hãc epl'am qre añ in feſto marie Magdalene

In feſto ſctẽ katherine virgis ⁊ martyris.

Qui gl'iat̃ in dño gl'ietur ⁊c.

Hanc epl'am quere infra in cõi ſanctorum.

Incipit poſtilla de communi ſanctorum.
Et primo de aplis. Roma. viij.

Scimus qm̃ diligentib⁹
deum omĩa cooperãtur
in bonũ his qui ſm ꝑpo
ſitũ vocati ſunt ſancti. Nã quos
preſciuit ⁊ p̄deſtinauit cõformes
fieri imaginis filij ſui vt ipſe ſit p̄
mogenitus in multis fratribus.
Quos autẽ p̄deſtinauit hos ⁊ vo
cauit: ⁊ quos vocauit hos ⁊ iuſti-
ficauit. Quos aũt iuſtificauit il-
los ⁊ magnificauit. q̇d ergo dice-
m⁹ ad hec. ſi de⁹ p nobis: qs cõtra
nos q̇ etiã ꝓprio filio ſuo nõ pep
cit: ſed p nob omnib⁹ tradidit il-
lum. Quomodo non etiam cum
illo omnia nobis donabit. quis
accuſabit aduerſus electos dei: de
us qui iuſtificat: quis eſt qui con-
demnet: chriſtus iheſus qui mor-
tu⁹ eſt. imo qui ⁊ reſurrexit qui eſt
ad dexteram dei qui etiam inter-
pellat p nobis. quis ergo nos ſe-
parabit a charitate xp̄i. Tribu-
latio an anguſtia: an fames: an nu
ditas: an piculum: an perſecutio:
an gladius. Sicut ſcriptum eſt.
quia propter te mortificamur to-
ta die eſtimati ſum⁹ ſicut oues oc-

ciſionis. Sed in his oīmib⁹ ſupe ramus ꝓpter eum qui dilexit nos Cert⁹ ſum. enī qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita. neqꝫ angeli. neqꝫ pͥncipatus. neqꝫ virtutes. neqꝫ inſtātia. neqꝫ futura. neqꝫ fortitudo. neqꝫ altitu do. neqꝫ ꝓfundū. neqꝫ creatura alia poterit nos ſepare a caritate dei. q̄ ē ī xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Poſt.

Scim⁹ qm̄ diligētib⁹ deum ⁊c.

An initiū illius ep̄l'e ſcribit ſctūs paul⁹ i eodē. c. di. Nō ſunt cōdigne paſſiōes hui⁹ tp̄is ad futu ram gl'ia⁊ q̄ reuelabit̄ i nob. Tūc ſeq̄t̄ p̄ns ep̄l'a [ffres. Scim⁹ qm̄ diligētib⁹ deū]. Hoꝛ. i. chari tatē dei ⁊ ꝓximi hn̄tes [oīa coopant̄ i bonū]. ſcꝫ ꝑ ſp̄m ſctm̄ tā ꝓſpa q̄ꝫ aduerſa. Ecōtrario malis oīa coopant̄ i malū [his q̄ ſm ꝓpoſitū]. Ly. i. p̄ deſtinationē [vocati ſunt ſcti]. ſ. in p̄nti ꝑ grām. Iſtis etiā pctā ꝓpa i bonū prouenīūt: qꝛ fortio res ⁊ cautiores reſurgūt. Et etiā i gl'ia ad bonū eoꝝ facit pctōꝝ memoria. ſicut cicatrices vulne rum ad gl'iam milit̄ q̄ in bello final'r trīūphauit. [Nā q̄s preſciuit]. i. an̄q̄ꝫ eſſent cognouit [et pre deſtinauit]. ſ. illis grām i p̄nti ⁊ gl'iam in futuro p̄pauit [cōformes fieri imaginis filij ſui] Ly. qꝛ filiatio dei adoptiua ē q̄dā ſil'itudo filiatiōis na tural' diuie [vt ſit ipē primogenit⁹ i mlt̄ꝫ fratrib⁹] i. inter multos frēs. ſ. oēs fideles. Vn̄ Hebreoꝝ ij. Non ꝯfundit̄ frēs eos vocare dicēs. Narrabo nomē tuū frīb⁹ meis [q̄s aūt p̄deſtinauit]. Hoꝛ. i. ab eterno ad gl'iaꝫ elegit [hos ⁊ vocauit] fideꝫ adducēdo. ⁊ h̄ vel exteri⁹ ꝑ p̄dicationē vl' interi⁹ ꝑ inſpirationē [⁊ q̄s vocauit hos ⁊ iuſtificauit]. Pctōꝝ remiſſione ⁊ bona opatiōe [quos aūt iuſtificauit] pctā remittēdo [illos ⁊ magnifica uit] in virtutibus amplificādo vel in gl'ia exaltā do [Quid ergo dicem⁹ ad hec ſi de⁹ ꝓ nobis]. ſ. nos adiuuans. Si h̄ accipit̄ ꝓ qꝛ. qꝛ de⁹ eſt ꝓ ele ctis [quis cōtra nos]. q. d. null⁹: qꝛ nullus poteſt reſiſtere ptāti diuine [qui etiā ꝓprio filio ſuo]. ſ. naturali [non pepcit: ſꝫ pro nob̄]. ſ. pctōꝝ⁹ [oīb⁹ tradidit illuꝫ] ex maxima dilectione ad electos. [Quomō nō etiā cuꝫ illo]. ſ. nobis donato [oīa nobis donauit]. ſ. ad ſalutē neceſſaria: Grām in p̄nti ⁊ gl'iam in futuro [quis accuſabit aduerſus electos dei]. ſ. in iudicio finali. q. d: nullus: ⁊ cau ſa ſubditur [deus q̄ iuſtificat] ſententiādo pro electꝫ: ideo pars aduerſa demonum non audebit mutire [quis eſt q̄ cōtemnet]. q. d. nullus. [ihūs qui mortu⁹ eſt] Hoꝛ. ꝓ nob̄ reconciliādis [imo q̄ ⁊ reſurrexit] ꝓ nobis reſuſcitādis [q̄ ē ad dexterā dei] ꝓ nob̄ i celū eleuādis [q̄ etiam interpellat ꝓ nob̄]. Ly. apō patrē oſtēdēdo lat⁹ ⁊ vulnera. Et ſic tollit̄ oīs ꝯdēnationis cā. Vn̄ Bern̄. Mater oſtēdit filio pect⁹ ⁊ vbera. Fili⁹ oñdit patri lat⁹ ⁊ vulnera. nulla pōt eſſe repulſa vbi ſunt tot amo ris iſignia [Quis ergo nos ſepabit a charitate xp̄i]. q. d. null⁹. Nichil em̄ pōt hoiem a deo ſepa re: niſi pctm̄ mortale [Tribulatio: an āguſtia. an ꝑſecutio: an fames: an nuditas: an ꝑiculū: an gla dius] Nunq̄d ḡ ſeparabūt nos iſta a charitate xp̄i. nō. qꝛ charitas oīa ſuffert: oīa ſuſtiet. i. Coꝛ. xiij [Sicut ſcriptū eſt] i p̄s. xliij. [Quia ꝓpt̄ te mortificamur tota die]. i. varijs tormentꝫ ducim̄ ad mortē q̄ſi ꝯtinue: ſic patuit i ap̄l'is ⁊ martyri bus [eſtimati ſum⁹ ſic oues occiſiōis]. Ly. q̄rum occiſio repu‑tat̄ vtil' ſic tyrāni bona martyrū ca piebant: ⁊ cū h̄ obſequim ſe p̄ſtare deo reputa bant. vt pꝫ Joh. xv. Venit hora vt oīs q̄ interfi cit vos arbitret̄ obſequꝫ ſe p̄ſtare deo [Sꝫ i his oīb⁹]. ſ. poſiti [ſupam⁹]. i. vincim⁹ [ꝓpter eū]. i. eius v̄tuteꝫ. [q̄ dilexit nos Cert⁹ ſum em̄ qꝛ neqꝫ mors] Ly. i. timor morꝫ [neqꝫ vita]. i. amor vite. [neqꝫ angl'i]. ſ. inferni [neqꝫ p̄ncipat⁹]. i. medij. [neqꝫ virtutes]. i. ſupmi. ſ. p̄me hierarchie q̄rū ē facere miracula. Et ꝑ hos etiā itelligunt̄ alij ſu piores ill'. [neqꝫ inſtātia]. i. p̄ntia mala vel bōa. [neqꝫ futura] mala vel bona [neqꝫ fortitudo]. i. alicui⁹ violentia [neqꝫ altitudo]. i. ꝓſpitas fortu ne [neqꝫ ꝓfundū]. i. aduerſitas [neqꝫ creatura a lia] a p̄dictꝫ [poterit nos ſepare a caritate dei]. qua deū diligim⁹ [que ē in xp̄o ihū dn̄o noſtro]. ſcꝫ nob̄ oſtēſa. Quia maiorem caritatem nemo habet ⁊c. Johannis. xv.

Item alia ep̄l'a de ap̄l'is. Eph. ij.

Am nō eſtis hoſpites et aduene: ſꝫ eſtis ciues ſan ctoꝝ ⁊ domeſtici dei ſup edificati ſupra fundamētū ap̄l'oꝝ et ꝓphetarū ipō ſūmo angulari la pide xp̄o ihū in quo oīs edificatio cōſtructa creſcit in tēplū ſctm̄ i do mino i quo ⁊ vos edificamini i ha bitaculum dei in ſp̄uſancto,

Jam non eſtis hoſpites et aduene. ꝛc. Ante initiũ illi⁹ ep̄l'e ſcribit ſctũs Paulus in eodẽ cap̄l'o dicẽs. De⁹ q̃ diues ẽ in miſericordia ꝑpt̃ nimiã charitatẽ ſuã q̃ dilexit nos: cũ eſſem⁹ mortui pctis ꝯuiuificauit nos in xp̄o: cuius gr̄a eſtis ſaluati. Poſtmodũ ſeq̃tur preſens ep̄l'a poſt pauca. [Fratres iã nõ eſtis hoſpites ꝛ aduene] Ly. a deo ꝛ a ſanctꝭ ei⁹ [ſ eſtis ciues ſanctoꝝ]. i. de nũero eoꝝ [ꝛ domeſtici dei]. i. in ei⁹ eccleſia recepti [ſuꝑedificati]. i. inſtructi [ſuꝑ fundamentũ ap̄l'oꝝ ꝛ ꝓphetarũ]. i. ſuꝑ doctrinã noui ꝛ veteris teſtamẽti [ip̄o ſummo angulari lapide xp̄o ieſu] Ly. in edificatiõe templi ſalomonis vt dicit̃ fuit q̃dam lapis pluries reiect⁹ ab edificantib⁹: eo ꝙ nõ cõueniebat loco cui applicabat̃: finaliter optime ſedet in ſummitate edificij in angulo duos parietes ꝯiũgẽdo: ꝛ fuit figura chriſti: iudeos ꝛ gentiles tanꝙ̄ duos parietes ĩ vnã eccleſiam cõiuũgẽtis. Unde dr̃ in ps. cxvij. Lapidem quẽ reprobauerũt edificãtes hic factus eſt in caput anguli: ꝛ a dño factũ eſt iſtud. Et iſtam figurã ponit hic ap̄l's vt dictũ ẽ [in q̃ oĩs edificatio ꝯſtructa] tã a iudeis ꝙ̄ a gẽtilib⁹ [creſcit]. ſcꝫ ꝑ augmẽtũ v̓tutũ [in templũ ſctm̃ in dño]. id eſt quouſqꝫ ſit tẽplũ dñi ſctm̃ [in q̃ ꝛ vos coedificami] cũ alijs fidelib⁹ [ĩ habitaculũ dĩ ĩ ſpũ ſctõ] id ẽ ip̄o coopãte ſine q̃ nullũ op⁹ ẽ acceptũ deo.

Seq̃tur nũc ep̄l'a de euãgeliſtis. Eccl'. xv.

Ui timet deũ faciet bõa ꝛ q̃ ꝯtinẽs ẽ iuſticie app̄hẽdet illã ꝛ obuiauit illi quaſi mater honorificata: ꝛ quaſi mulier a v̓ginitate ſuſcipiet illũ. cibauit illũ pane vite ꝛ ĩtellect⁹ ꝛ aq̃ ſapie ſalutaris potabit illum ꝛ firmabit̃ in illo ꝛ non flectet̃: ꝛ ꝯtinebit illũ ꝛ nõ ꝯfundet̃ ꝛ exaltabit illũ apud ꝓximos ſuos. Et ĩ medio eccl'ie aperiet os ei⁹: ꝛ adiplebit illũ ſpũ ſapie ꝛ ĩtellect⁹: ꝛ ſtola gl'ie veſtiet illũ. Jocũditatẽ ꝛ exultationẽ theſaurizauit ſuꝑ eũ. Et noĩe eterno hereditabit illũ dñs de⁹ noſter. Poſtilla.

Qui timet deũ faciet bona ꝛc. Ante initium illius lectiõis habetur ĩ precedẽti cap̄l'o. Beat⁹ vir qui in ſapientia morabitur ꝛ q̃ ĩ iuſticia meditabit̃: ꝛ ĩ ſenſu cogitabit circũſpectiõeꝫ dei. Tũc poſtmodũ ſeq̃t̃ pñs lectio [Qui timet deũ] Ly. ſ. tiore filiali [faciet bona] ſupple op⁹ [ꝛ q̃ timẽs eſt iuſticie] Ly. i. tenẽs eã ĩ corde ſil' ꝛ oꝑe [app̄hẽdet illã]. ſ. ſapiãꝫ diuinã [ꝛ obuiabit illi] Nã preoccupat eos q̃ ſe ꝯcupiſcũt. vl' ill' prior ſe oñdit. Sap̄. vi. [q̃ſi mr̃ honorificata] Ly. oĩ honore digna [cibabit illũ pane vite]. i. v̓bo ſacre ſcripture. vñ Math. iiij. Nõ in ſolo pãe viuit hõ: ſ in oĩ v̓bo qd̃ ꝓcedit de ore dei [ꝛ aq̃ ſapiẽtie ſalutar̄ potabit illũ]. i. ſpũſſcti de q̃ dr̃ Johãnis. iiij. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei fiet ĩ eo fons aq̃ ſaliẽtꝭ ĩ vitã et̃nã [ꝛ firmabit̃ ĩ illo] Ly. deo firmit̃ adherẽdo [ꝛ nõ flectet̃] a rectitudĩe iuſticie [ꝛ cõtinebit illũ]. i. de⁹ ꝯtinebit eũ ſecũ ꝑ ꝑſeuerãtiã ĩ bono [ꝛ nõ ꝯfũdet̃] cũ reprobꝭ ſ honorabit̃ cũ electis. Jdõ ſeq̃t̃ [exaltabit illum apud ꝓxios ſuos] Ly. i. apud ſctõs ſuos q̃ ſunt deo ꝓpinq̃: ꝛ q: tal' nõ ſolũ ꝓfic̃ ad ſalutẽ: ſ etiaꝫ alijs. Jdõ ſeq̃t̃ [ꝛ ĩ medio eccl'ie aperuit os ei⁹]. ſ. ad docẽdũ ppl'm [ꝛ ipleuit illum dñs ſpũ ſapie] ad deguſtãdũ diuia [ꝛ ĩtellect⁹] ad ꝓponẽdũ ea lucide in eccl'ia [ꝛ ſtola]. ſ. corꝑis ꝛ anie [veſtiet eũ] qd̃ ſꝑ fit ꝑſeuerãtib⁹ ĩ exẽplari vita ꝛ ſalutari doctria [iocũditatẽ ꝛ exultationẽ theſaurizauit ſuꝑ eũ]. i. multiplicauit. ꝛ qm̃ hec gl'ia nõ eſt trãſitoria: iõ ſubdit̃ [ꝛ noĩe eterno hereditauit illum domin⁹ deus noſter.

Jtem ep̄l'a de vno martyre. Eccl'. xxxi.

Eat⁹ vir q̃ ĩuẽt⁹ ẽ ſine macl'a ꝛ q̃ poſt aurũ nõ abijt nec ſperauit in pecunia et theſauris. Quis ẽ hic ꝛ laudabim⁹ eũ: fecit enĩ mirabilia ĩ vita ſua. q̃ ꝓbat⁹ ẽ ĩ illo ꝛ ꝑfect⁹ ĩuẽt⁹ ẽ: ꝛ erit illi ĩ gl'ia eterna. Qui potuit trãſgredi ꝛ non ẽ trãſgreſſus ꝛ facere mala ꝛ nõ fecit. Jdõ ſtabilita ſunt bona ill⁹ ĩ dño ꝛ elemoſinas illius enarrabit oĩs eccl'ia ſctõꝝ. Poſt.

Beat⁹ vir q̃ inuẽtus ẽ ſine ꝛc. Ante initiũ ill⁹ lctõis hr̃. Qui aũt diligit nõ in

ſtificabit᷑. Tūc pꝰ h̃ ſeq̄t᷑ pn̄s lcō [Btūs vir] ſcȝ diues i acq̄ſitiōe. ſ. iuſta [q̄ iuēt⁹ ē ſine macl'a] ſcȝ cupiditat̄ ⁊ auaricie [⁊ q̄ pꝰ auꝝ n̄ abijt] Zy. per ↄcupiaȝ malā: ſȝ mag' aurū ſecutū ē cū cuiꝰ obſeq̄o vſ⁹ ē i opibꝰ pijs ⁊ hōeſt̄ [nec ſꝑauit i pecūia ⁊ theſaur] ibi ↄſtituēdo finē ſuū [q̄s ē h̃ ⁊ laudabimꝰ eū] q. d. rarꝰ ē ⁊ laude dignꝰ [fec̄. n. mirabilia i vita ſua] illa. n. q̄ rara ſt̄ hoies mirāt᷑ [q̄ ꝓbatus ē i illo]. ſ. auro [⁊ ꝑfectꝰ iuētꝰ ē] i opibꝰ libalitat̄ ⁊ miſc̄dīe [⁊ erit illi i gl'ia eťna] vn̄ math. xxv Venite bn̄dicti pr̄is mei ⁊c̄. [q̄ potuit trāſgredi] nā diuitie dāt optūitatē faciēdi mala [⁊ n̄ ē trāſgreſſus ⁊ facere mala ⁊ n̄ fec̄] ꝑ ſtabilitatē volūtat̄ eiꝰ i bono [iō ſtabilita ſūt bōa illiꝰ i dn̄o] naȝ ꝓ tꝑalibꝰ recipit eťna [⁊ elemoſynas illiꝰ enarrabit ois eccl'ia ſctōꝝ]. ſ. ad iformatiōeȝ aliorum.

Itē alia epl'a de vno martyre. Prouerb. iij.

**Beatꝰ hō q̄ iuenit ſapiaȝ ⁊ q̄ affluit prudētia melior ē acq̄ſitio eiꝰ negociatiōe auri ⁊ argēti. ꝑmi ⁊ puriſſimi fructꝰ eiꝰ. ꝑcioſior eſt cūct̄ opibꝰ ſapia: ⁊ oia q̄ deſiderāt᷑ huic n̄ valēt cōpari. lōgitudo dierū ⁊ dextra eiꝰ: ⁊ ſiniſtra illiꝰ diuitie ⁊ gl'ia. vie eiꝰ pulcre ⁊ oēs ſemite eiꝰ pacifice. lignū vite ē his q̄ apphēderit eā ⁊ q̄ tenuerint eā bti. Dn̄s ſapia fūdauit t'rā ſtabiliuit celos prudētia. ſapia illiꝰ erupert abyſſi ⁊ nubeſ roꝛe ↄcreſcūt. poſtil'.**

**Beatus homo q̄ inuenit ⁊c.**

An̄ iitiū illiꝰ lcōnis hr̄. Quē em̄ diligit deꝰ corripit ⁊ q̄ſi pr̄ i filio cōplacet ſibi. Tūc ſtati ſeq̄t᷑ pſens lectio. [Btūs hō q̄ iuenit ſapiaȝ] Zy. i. noticiā ꝺ diuis [⁊ q̄ affluit prudētia] i agibilibꝰ hūanis [melior ē acq̄ſitio eiꝰ negociatōe auri ⁊ argēti] tāto meliora ſūt ſpūalia bōa corꝑalibꝰ [ꝑmi ⁊ puriſſimi fructꝰ eiꝰ] Et notāt᷑ dic̄ ꝑmi: q2 nullum bonū opꝰ ē niſi v̄tute prudētie dirigat᷑. ⁊ puriſſimi: q2 bōa ſpūalia n̄ hn̄t aliqꝺ malū admixtū ſic̄ freq̄nt᷑ hn̄t corꝑalia: ſic̄ aurū ⁊ argētū ⁊ ſilia hn̄t ānexā ſollicitudinē eleuatiōeȝ mēt̄ ad deū ipediētē: nō ſubdit᷑ [ꝑcioſior ē cūct̄ opibꝰ ſapia ⁊ oia q̄ deſiderāt᷑ huic n̄ valēt cōpari. lōgitudo dieꝝ in dextra eiꝰ] q2 tal' ꝑmo ⁊ ꝑncipalr̄ hȝ aſpectū ad celeſtia ⁊ eťna [⁊ i ſiniſtra illiꝰ diuitie ⁊ gl'ia] q2 ſecūdario ⁊ ex ↄñti aſpectū ad tꝑalia bn̄ admiſtrā da [vie eiꝰ vie pulcre ⁊ oēs ſemite eiꝰ pacifice] q2 nullā turpitudinē admittit: ⁊ ad decorē v̄tutū induc̄: ⁊ ſic hoieȝ pacificatū reddit redigēdo vires iferiores i obſeq̄uȝ rōnis [lignū vite ē his q̄ apphēderit eā] Zy. ſic̄ em̄ ꝑ lignū vite cōtinuabat᷑ vita: ⁊ ſic hō manēs i ſtatu inocētie ꝺ vita nat᷑e trāſiſſet ad vitā gl'ie ſine morte media. ſic ⁊ ſapia ꝺ vita gr̄e duc̄ hoieȝ ad vitā gl'ie ſine morte mortal' cl'pe intmedia: dū tm̄ h̃ i ea ꝑſeueret [⁊ q̄ tenuerit eā bti] q2 certitudial'r ad btitudinē deducet᷑ [dn̄s fūdauit t'rā] ꝑ ſapiaȝ ſuā [ſtabiliuit celos prudētia] q2 ſūt icorruptibilia [ſapia illiꝰ erupert abyſſi ⁊ h̃ tꝑe diluuij. vt hr̄ gen̄. vij. rupti ſūt oēs fontes abyſſi magne [⁊ nubes roꝛe ↄcreſcūt] q2 calore ſol' eleuāt᷑ exalatiōes hūide ⁊ ↄdēſant᷑ i nubes.

Item alia epl'a de vno martyre. Eccl'. xiiij.

**Beatꝰ vir q̄ i ſapia morabit᷑ ⁊ q̄ i iuſticia ſua meditabit᷑ ⁊ i ſēſu cogitabit circūſpectiōeȝ dei Cibabit illū pane vite ⁊ itellectꝰ ⁊ aq̄ ſapie ſalutaris potabit illū Et firmabit᷑ i illo ⁊ nō flectet᷑ ⁊ continebit illū ⁊ nō confundet᷑: ⁊ exaltabit illū apud ꝓximos ſuos. ⁊ noie eťno hereditabit illū dn̄s deus nr̄. Poſtilla.**

**Beatus vir qui in ſapientia ⁊c.**

An̄ iitiū illiꝰ lcōnis hr̄ i eo. c. Btūs vir q̄ non ē lapſus v̄bo ex ore ſuo. Tūc pꝰ h̃ ſeq̄t᷑ pn̄s lcō. n̄ pꝰ pauca [Btūs vir q̄ i ſapia morabit᷑] Zy. meditādo diuia q̄ꝝ ↄgnitio ꝓꝑe ꝺr: ſapia: q̄ſi ſapida ſcia [⁊ q̄ i iuſticia ſua meditabit᷑] reddēdo ꝺo debitū cultū ⁊ ꝓxio ſuo amorē fratnū] ⁊ i ſenſu cogitabit circūſpectiōeȝ dei]. i. qꝺ deꝰ circūſpicit oia ⁊ vbiq3. vn̄ Heb. iiij. oia nuda ⁊ apta ſūt ocul' eius. [Cibauit illū pāe vite]. i. v̄bo ſacre ſcꝑture [⁊ intellectꝰ. ⁊ aq̄ ſapie ſalutarꝭ potabit illū]. i. gr̄a ſpirituſſcti [⁊ firmabit᷑ i illo] Zy. ꝺo firmit᷑ adherendo [⁊ nō flectet᷑]. ſ. a rctitudie iuſticie [⁊ ↄtinebit illū ⁊ nō ↄfūdet᷑]. ſ. cū reprob. ſȝ honorabit᷑ cum elect̄ [⁊ exultabit illū apud ꝓxios ſuos]. i. apud ſanctos ſuos q̄ ſunt deo ꝓpiqui [⁊ in noie eťno hereditabit illū dn̄s deus noſter].

Itē alia epl'a de vno martyre. Eccl'. xxxix.

**Iuſtꝰ cor ſuū tradet ad vigilādū diluc'lo ad dn̄m q̄ fecit illū, ⁊ i ↄſpectu altiſſimi de-**

p̄cabit᷑. apiet oſ ſuū ī orõe ꝓ pctis
ꝛ delict̄ſ ſuis depcabit᷑. Si eñ dñs
magnꝰ voluerit ſpū ītelligētie r̄ple
bit illū: ꝛ ipe tāq̄ ībres mittet elo
q̄a ſapie ſue: ꝛ ī orõe ꝯfitebit᷑ dño:
ꝛ ipe diriget ꝯſiliū eius ad diſcipli
nā. ꝛ ī abſcõdit̄ſ ſuis ꝯſiliabit᷑. ipſe
palā faciet diſciplinā doctrīe ſue:
ꝛ in lege teſti dñi gl'iabit᷑. Colloca
būt mlt̄i ſapiā ʒ eiꝰ: ꝛ vſq̄ ī ſeculuʒ
nō delebit᷑. Nō recedet memoria
eiꝰ ꝛ nomē eius req̄ret᷑ a generati
one in generationē Poſtilla

Juſtꝰ cor ſuū tradet ad vigilā-
dū ꝛc. Añ ītiū illiꝰ lcõis h̄r ī eo. c. Sapiā ʒ oī ʒ an
tiq̄ꝝ exq̄ret ſapiēs: ꝛ narratõeʒ viroꝝ noiatoꝝ cõ
ſeruabit. Tūc ſequit᷑ p̄ns lcõ ſiue epl'a pꝰ pauca
[Juſtꝰ cor ſuū tradet] Ly. volūtarie [ad vigilādū
diluclo]. i. a iuuētute [ad dñʒ q̄ fec̄ illū]. ſ. ad ipʒ
ītētiõeʒ dirigēs deuote ꝛ attēte [ꝛ ī ꝯſpectu altiſ
ſimi depcabit᷑] ꝓ ipetratiõe ſapie [apiet os ſuū ī
orõne ꝓ pctis ꝛ delict̄ſ ſuis]. ſ. emēdādis [depca
bit᷑] vt ſic ad receptõeʒ diuie ſapie diſponat᷑ [Si
eñ dñs magnꝰ voluerit ſpū itelligēte replebit il
lū. ꝛ ipe] ſpū itelligētie repletꝰ [tāq̄ ībres]. i. abū
dant᷑ [mittet eloq̄a ſapie ſue] ad docēdū ignorā-
tes [ꝛ ī orõe ꝯfitebit᷑ dño] totū effectū attribuēs
honori diuio [ꝛ ipe]. ſ. deꝰ [diriget ꝯſiliū eius ad
diſciplinā] ī agēdis [ꝛ ī abſcõdit̄ſ ſuis ꝯſiliabit᷑]
ſcʒ obſcura clarꝰ ſibi reuelādo [ꝛ ipe]. ſ. a deo il
lūinatꝰ [palā faciet diſciplinā doctrīe ſue] ſibi re
uelata alijs ꝓpalādi [ꝛ ī lege teſti dñi gl'iabit᷑].
Hec eñ ē gl'ia ſapiēt̄ſ ī lege dñi meditari [collau
dabūt mlt̄i ſapiaʒ eiꝰ] n̄ diē oēs. q: hoies mūda-
ni ipʒ reputāt ipzudētē eo q̄ n̄ q̄rit ſciam lucrati
uā [ꝛ vſq̄ ī ſeculū nō delebit᷑]. ſ. doctria ſapie eiꝰ
vt pʒ mat. xxiiij. Celū ꝛ t̄ra trāſibūt. v̄ba āt mea
nō trāſibūt [nō recedet meõria eiꝰ]. ſ. ſapient̄ſ [ꝛ
nomē eiꝰ req̄ret᷑ a ḡnatõe ī ḡnatiõeʒ] q: ꝑ doctri
nā ab eo ſcptā remanebit nomē eiꝰ int᷑ hoies q̄
vtūt᷑ ill' ſcpt̄ſ ad ꝓfectū ſuū ꝛ ad ſalutē aiaꝝ ſuaꝝ

Epl'a de plibꝰ martyribus. Sapientie. iij.

Uſtoꝝ aie ī manu dei ſūt: ꝛ
nō tāget illos tormētū mort̄ſ

Uiſe ſunt ocul' iſipientium mori
ꝛ eſtiata ē afflictio exitꝰ illoꝝ ꝛ ab
itinere iuſto abierūt ī extminiū. et
q̄ḋ a nob̄ ē iter extminij: illi āt ſūt
ī pace. Et ſi corā hoībꝰ tormenta
paſſi ſunt: ſpes illoꝝ īmortalitate
plēa ē. ī paucis vexati ī mlt̄ſ bñ di-
ſponēt᷑ q̄m deꝰ tēptauit eos: ꝛ iue
nit eos dignos ſe. tāq̄ aurū in for
nace ꝓbauit illoſ: ꝛ q̄ſi holocauſti
hoſtiā accepit illos. ꝛ ī tpe erit re
ſpectꝰ illoꝝ. fulgebūt iuſti ꝛ tanq̄
ſcītille ī arūdineto diſcurrēt. iudi-
cabūt natiões ꝛ dñabunt᷑ ppl'is: ꝛ
regbit dñs illoꝝ īppetuū. Poſtil.

Juſtorū aie in manu dei ſūt ꝛc.
Añ ītiū illiꝰ lcõis h̄r ſic. Jnuidia diaboli mors ī
troiuit ī orbē t̄raꝝ. imitāt᷑ āt illū q̄ ſūt ex ꝑte eius
Tūc ſeq̄t᷑ p̄ns lcõ ſiue epl'a [Juſtoꝝ aie ī manu
dī ſūt] Ly. ſūt ei aie iuſtoꝝ īmortales ꝛ ſepate a
corpibꝰ ꝑ mortē. ꝛ ſūt ī māu diuie mie ꝑ ſecurita
tē gl'ie ꝯſeq̄nde. nā a tpe paſſiõis xp̄i poſtq̄ ap-
ta ē ianua gl'ie: ſi n̄ h̄nt aliq̄d ad purgādū ſtatiʒ
euolāt ad gl'iaʒ. ſi āt h̄nt aliq̄d ad purgādū deti-
nēt᷑ ī manu diuie iuſticie ī pēa purgatorij ad tpꝰ
ſūt tñ ſecure ſua btītudie ꝯſeq̄nda. ḡ dr̄ h̄ [iuſtoꝝ
aie ī māu dei ſūt: ꝛ n̄ tāget illos tormētū mort̄ſ] ſcʒ
tormētū gehēne [viſe ſūt ocul' iſipiētū mori] tota
lit᷑ ī aia ꝛ corpe [ꝛ eſtiata ē afflictio exitꝰ illoꝝ. Et
ab itiner᷑ iuſto abiert̄ ī extminiū] q̄ḋ h̄ mūdo repu
tata ē mera afflictio ab ill' q̄ aliā vitā hois n̄ cre
dūt pꝰ hāc vitā [ꝛ q̄ḋ a nob̄ it̄ ē extminij] ſʒ erro
rē illoꝝ q̄ dicūt hoies recedētes a nob̄ ꝑ morteʒ
totalr̄ extminiari [illi āt]. ſ. iuſti [ſūt ī pace. Et ſi co
rā hoībꝰ tormēta paſſi ſūt: ſpes illoꝝ īmortalitate
plēa ē] q: n̄ p̄t amitti. īmortalitas v̄o ade nō fuit
plēa. q: amitti poterat ꝛ fuit amiſſa [ī pauc̄ vexa
ti]. i. tribulati [ī mlt̄ſ bñ diſponētur] ꝑ gl'iaʒ aie ꝛ
corpis [q̄m deꝰ tēptauit eos]. ſ. vt v̄tꝰ pacie eoꝝ
nota fieret alijs ad exēplū imitatõis [ꝛ iuēit eos
dignos ſe. tāq̄ auꝝ ī fornace ꝓbauit illos]. ſ. q̄ nō
deteriorat᷑: ſ; meliorat᷑ [ꝛ in tpe retributionis erit
reſpectus illoꝝ] nō ſolum q̄tum ad aiam: ſed eti
am q̄tum ad corpus: q̄ḋ reſurget glorioſuʒ [ful

gebūt] iuſti ꝑ dotē claritatꝭ[ ⁊ tāq̄ ſcintille ī arū-
dineto diſcurrēt] ꝑ dotē agilitatꝭ[ iudicabūt nati
ones] nā ꝑfecti iudicabūt cū xpo in iudicio fina
li[ ⁊ dn̄abūtur ppl'is, ⁊ regnabit dn̄s illorum in
perpetuum].

Itē alia ep̄la de martyribus. Sap. v.

Uſti aūt imperpetuum
viuēt: ⁊ apud dn̄m ē mer
ces eoꝝ: ⁊ cogitatio illo
rū apud altiſſimū. Jō accipient re
gnū decoris: ⁊ dyadema ſpeciei d
manu dn̄i: qm̄ dextra ſua teget eos
⁊ brachio ſancto ſuo defendet il-
los. Et accipiet armaturā zel⁹ illi
us: ⁊ armabit creaturā ad vltionē
inimicoꝝ. Induet ꝓ thorace iuſti
ciā: ⁊ accipiet ꝓ galea iudiciū cer-
tū. Sumet ſcutum inexpugnabile
eq̄tatē: ibūt directe emiſſiōes ful-
gurū: ⁊ ad certū locum deducet il-
los dn̄s de⁹ noſter. Poſtilla

Juſti aūt impꝑpetuū viuēt ⁊c.
Ante initiū illi⁹ lectiōis hr̄ in eodē cap. q̄ dānati
in inferno q̄tidie clamāt. Quid nob ꝓfuit ſuper-
bia: aut diuitiarū iactātia q̄d cōtulit nob. trāſiert
om̄ia illa tanq̄ vmbra. Tunc ſeq̄tur p̄ns lectio
que hodie ꝑ ep̄la in miſſa legit. in q̄ demōſtrat
que ſit merces martyrū: q̄liter a dn̄o ꝓtecti. qua-
liter a dn̄o armati ad pugnā cōtra inimicos fidei
ꝓceſſerūt: ⁊ ſic ad eternā btitudinē ꝑuenerūt. er-
go hic d̄r:[ Juſti aūt ip̄petuū viuēt] ſcꝫ vita glo-
rie[ ⁊ apud dn̄z eſt merces eoꝝ] ſcꝫ a quo ſperāt
p̄miari: nō a mūdo[ ⁊ cogitatio illoꝝ apd̄ altiſſi
mū] ad cui⁹ honorē ordināt facta ſua[ iō accipi-
ent regnū decoris: ⁊ dyadema ſpeciei de manu do
mini] ſcꝫ celeſtē gl'iaꝫ: vbi nihil eſt turpe[ qm̄ de
xtera ſua teget eos] reponēdo eos in btitudine q̄
ꝑ dexterā intelligit[ ⁊ brachio ſctō ſuo defendet
illos] In hoc deſignat ſecuritas btitudis que a
nullo pōt auferri. Poſt hoc deſcribit miſeriaꝫ in
iquoꝝ: dicēs[ Et accipiet armaturā zel⁹ illi⁹] Nā
ex zelo iuſticie ꝓcedit ad turbationem maloꝝ [ ⁊
armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ] Ly. nam
om̄ib⁹ creaturis vtet ad afflictiōem reprobo ruꝫ.

Sicut ecōuerſo oēs creature cedēt ad gl'iaꝫ ele-
ctoꝝ[ iduet ꝓ thorace iuſticiā] a q̄ nō poterit de-
flecti cū ip̄e ſit regula iuſticie[ ⁊ accipiet ꝓ ga-
lea iudiciū certū] nā iudicādo nō poteſt deficere
[ Sumet ſcutū inexpugnabile eq̄tatē] q̄ ita erit
euidēs q̄ null⁹ eā poterit ipugnare[ ⁊ ibūt dire-
cte emiſſiōes fulgurū] ad afflictiōem maloꝝ[ ⁊
ad certū locū deducet illos dn̄s de⁹ noſter] Naꝫ
ſm̄ q̄ dn̄s preordinauit de ip̄is: ita ⁊ ip̄i p̄dicati
onis ⁊ paſſiōis certa loca adierūt.

Itē alia ep̄la de plurib⁹ martyrib⁹. Sap. x.

Eddet deus oēm merce
dē laborū ſuoꝝ ⁊ eduxit
illos in via mirabili: ⁊ fu
it illis in velamēto diei ⁊ luce ſtel
larū nocte. Tranſtulit illos ꝑ ma
re rubꝛū: ⁊ tranſuexit illos ꝑ aquā
nimiā. inimicos aūt illoꝝ dimerſit
in mare ⁊ ab altitudine inferoruꝫ
eduxit illos. Ideo iuſti tulert ſpo
lia impioꝝ ⁊ decantauerūt domie
ſanctū nomē tuū ⁊ victricē manuꝫ
tuā laudauerunt pariter domine
deus noſter. Poſtilla

Reddet de⁹ omnē mercedē la-
boꝝ ⁊c. Ante initiū illi⁹ lectiōis habet in eodeꝫ
cap. Sapia eterna venditū iuſtū. ſcꝫ ioſeph quē
fratres ſui vēdiderūt nō dereliq̄t ſ a pctōrib⁹ li-
berauit eū: deſcēditq̄ꝫ cū illo in foueā ⁊ in vincu
lis nō dereliq̄t illū: ⁊ mēdaces oñdit q̄ maculaue
runt eū. ⁊ dedit illi claritatē eternā. Tunc ſeq̄tur
p̄ns lectio ſiue ep̄la[ Reddet de⁹] ſcꝫ iuſt⁹ [ om
nē mercedē laboꝝ ſuoꝝ] Ly. nam de mādato dn̄i
filij iſrael recedētes ſpoliauerūt egyptū. ſcꝫ mu-
tuo a vicinis vaſa aurea ⁊ argētea accōmodan-
do. ⁊ hoc in recōpēſatiōe laboꝝ q̄b⁹ iniuſte agg̃-
uerant eos egyptij. vt habet Exo. xij. Et deduxit
illos in via mirabili. ⁊ fuit ill' in velamēto diei: ⁊
in luce ſtellarū nocte] Nam colūba nubis ꝑ diē
ignis ꝑ noctē[ trāſtulit illos ꝑ mare rubꝛū: ⁊ trāſ
uexit illos ꝑ aquā nimiā. Inimicos illoꝝ dimer-
ſit in mare: ⁊ ab altitudine inferoruꝫ]. i. de fundo
maris[ eduxit illos. Jō iuſti tulerūt ſpolia ipio-
rū] viderūt em̄ egyptios mortuos ſup litt⁹ maris.
Exo. xiiij. Et ſpoliauerūt eos armis precioſis: ⁊

ſm hebꝛeos iſta pꝛeda fuit maioꝛ q̃ iſta q̃ pꝛius
ſpoliauerãt egyptũ vaſis aureis ⁊ argenteis [et
decãtauerũt dñe ſctm̃ nomẽ tuũ ] dicentes illd cã
ticũ. Cãtem⁹ dño gl̃ioſe eni magnificat⁹ ẽ equũ
et aſcẽſoꝛẽ deiecit ĩ mare [et victricẽ manũ tuã].
id eſt potẽtiã tuã egyptios ſubmergentẽ [lauda
uerũt pariter dñe de⁹ noſter]

Jtẽ alia ep̃l̃a de pl̃ib⁹ martirib⁹. ꝓuer. xv.

Jngua ſapiẽtuз oꝛnat ſciẽ
tiã: os fatuoꝝ ebulit ſtulti
ciã. Jn oĩ loco oculi dñi cõ
tẽplant̃ bonos ⁊ malos ligua pla
cabil̃ lignũ vite: q̃ aũt imoderata ẽ
cõteret ſpm̃. Dom⁹ iuſti pl̃ima foꝛ
titudo: ⁊ ĩ fructib⁹ ipij ꝯturbatio.
Labia ſapiẽtũ diſſemiabũt ſciam:
coꝛ ſtultoꝛũ diſſimile erit: victime
impioꝝ abhoiabiles dño: vota iu
ſtoꝝ placabilia. Qui ſeq̃t̃ iuſticiã
diliget̃ a dño. Poſtilla.

Lingua ſapiẽtũ oꝛnat ſciaз ⁊c.
Ante initiũ illi⁹ lec̃. h̃r in eodẽ capi. Rñſio moll̃
frãgit irã: ſmo dur⁹ ſuſcitat furoꝛẽ. Tũc ſtatim ſe
quit̃ pñs lectio [Lingua ſapiẽtuз oꝛnat ſciam].
q: debito tp̃e ⁊ loco ⁊ gratioſe ꝓponit eam. [os
fatuoꝛũ ebulit ſtulticiã] q: impetuoſe ꝓfert eã.
[in oĩ loco oculi dñi ꝯtẽplant̃ bonos ⁊ malos li
gua placabilis]. i. ſuauis eloq̊ erga ꝓximum ⁊
orationi intẽta: erga deũ ad ipз placandũ [lignũ
vite] q: ſicut ꝑ lignũ vite cõtinuabit̃ vita coꝛpal̃:
ita ꝑ talẽ liguã vita ſp̃ũalis [Que aũt immode-
rata eſt]. ſ. ad loquendũ [cõteret ſpm̃] q: in mul-
tiloquio non deerit pctm̃ [Dom⁹ iuſti pl̃ima foꝛ
titudo] quia dñs ꝓtegit eã [et ĩ fructib⁹]. i. ĩ ope-
rib⁹ [impij ꝯturbatio] q: mal⁹ nõ põt h̃re paceз
ad ꝓximũ: nec etiam ad ſeipm̃ [Labia ſapientũ
diſſeminabũt ſciam]. ſ. ppl̃i in docendo [coꝛ ſtul-
toꝛũ diſſimile erit]. ſ. coꝛdi ſapientis ⁊ etiã ſibijpi:
q: diuerſis ⁊ varijs cogitationib⁹ agitatis [victi
me ipioꝛũ abhoiabiles dño] ſicut oblatio cayn:
quia fuit de alieno vel mala volũtate [vota iuſto
ruз placabilia] ſicut patet de abel: q: ad abel re-
ſpexit dñs ⁊ ad mũera ei⁹ [q̊ ſeq̃t̃ iuſticiã] ſm eã
opando [diliget̃ a dño] qui ẽ regl̃a iuſticie.

Jtẽ alia ep̃l̃a de pl̃ibus martiri. pꝛouer. x.

Expectatio iuſtoꝝ leticia:
ſpes aũt ipioꝝ ꝑibit: foꝛ-
titudo ſimplicis via dñi:
⁊ pauoꝛ his q̃ opant̃ malũ Juſt⁹
inet̃nũ nõ cõmouebit̃: impij autez
nõ h̃itabũt ſup terram. Os iuſti
parturiet ſapientiã ligua pꝛauoꝛũ
peribit. labia iuſti cõſiderãt placi-
ta: et os ipioꝛũ ꝑuerſa. Siplicitas
iuſtoꝛũ diriget eos: et ſupplãtatio
ꝑuerſoꝝ vaſtabit illos. Juſticia re
ctoꝛũ liberabit eos: ⁊ ĩ iſidijs ſuis
capient̃ iuſti. Juſt⁹ de anguſtia li
berat⁹ eſt vt traderet̃ ipi⁹ pꝛo eo ſi
mulatoꝛ oꝛe decipit amicuз ſuũ: iu
ſti aũt liberabunt̃ ſciẽtia. Jn bõis
iuſtoꝛũ exaltabit̃ ciuitas: ⁊ ĩ ꝑditio
ne ipioꝝ erit laudatio. Poſtilla.

Expectatio iuſtoꝛũ leticia ſpes
autem ⁊c. Añ initiũ illi⁹ lecti. h̃etur in eodẽ cap.
ſic. Timoꝛ dñi apponet dies ⁊ anni ipioꝝ bꝛeuia
bunt̃. Tũc ſtati ſequit̃ pñs ep̃l̃a [Expectatio iu-
ſtoꝛũ leticia]. i. btitudo eterna que hз annexã le-
ticiaз [ſpes aũt impioꝝ peribit]. i. p̃ſumptio coꝝ
ꝑibit. Quia p̃ſumũt h̃re btitudineз ſine meritis
dicentes. De⁹ non fecit nos ad damnandũ: ſ ad
ſaluandũ [foꝛtitudo ſimplicis via dñi]. i. eius iu-
ſticia ſimplices ⁊ rectos p̃miando [et pauoꝛ his
qui operant̃ malũ] ſcз impios puniendo [Juſt⁹
ineternũ nõ cõmouebit̃]. ſ. a ſtabilitate virtutis.
[Jmpij aũt nõ h̃itabũt ſup terrã]. ſ. viuentiũ [os
iuſti ꝑturiet ſapiaim] ſcз alios docendo [lingua
pꝛauoꝛũ ꝑibit] Vñ diues epulo ĩ inferno exiſtẽs
mag̃ ꝓcruciabat̃ in lingua q̃ in alijs membꝛis:
vt patet luce. xvi. [Labia iuſti cõſiderãt placita]
ſcз deo ⁊ hoib⁹ [et os ipioꝝ ꝑuerſa] id eſt blaſ-
phemias ꝯtra deũ ⁊ iniurias ꝯtra ꝓximũ [Sim
plicitas iuſtoꝛũ]. ſ. qua ꝓcedũt ĩ factis ſuis ſine
plica doloſitatis [diriget eos] ad beatitudinem.
[et ſupplantatio peruerſoꝛũ] qua decipiunt ſim-
plices [vaſtabit illos] in pena inferni ⁊ etiã ali-
quando ꝓpter h̊ deſtruũtur in vita p̃ſenti [iuſti-
cia rectoꝛũ liberabit eos] ſcз a moꝛte gehenne

r

[et in inſidijs ſuis capient̄ iniqui] Sicut iniqui iudices iſidiātes ſuſanne fuerūt adiudicati mor-ti [Juſt⁹ de anguſtia liberat⁹ ē vt traderetur im-pi⁹ p eo] qd̓ ptz de Dauid iuſto q̇ fuit i regno re-ſtitut⁹: ꝛ ipi⁹ abſalon cū trib⁹ lāceis trāſfoſſus vt ptz. ij. Reg. xviij. [Simulator].i. ypocrita q̇ ſimu-lat ſctitatē [ore decipit amicū ſuū].i. illū a q̇ ſpe-rat pmoueri cui adulat̄ [iuſti aūt liberabunt̄].ſ. ab iſta deceptiōe [ſcia ſcʒ q̄ diſcernit̄] inter ſcti-tatē verā ꝛ fictā [in bonis iuſtorū exaltabitur ci-uitas].ſ. a deo. Sicut ezechias oratiōibus ꝛ la-chrymis ſuis ſaluauit ciuitatē hieruſalē a ſenna-cherib. vt ptz. iiij. Reg. xix. Silr̄ ſctūs baſili⁹ ino-uo teſtamēto orōe ſua ciuitatē a iuliano apoſtata

Itē epl̄a de plib⁹ martiribus. Hebreorū. xi.

Sancti per fidem vicerūt regna operati ſunt iuſti-ciam: adepti ſunt repro-miſſiones. Opturauerunt ora leo-nū extinxerunt impetū ignis: effu-gauerunt aciem gladij: conualue-runt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterūt ex-teriorum: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autē diſtenti ſunt non ſuſcipiētes redēptionē: vt meliorē inuenirēt reſurrectionē. Alij vero ludibria ꝛ verbera experti: inſuper ꝛ vincula ꝛ carceres. lapidati ſunt. ſecti ſūt: temptati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melo-tis: in pellibus caprinis. Egētes: anguſtiati: afflicti. qbus dignus non erat mundus. In ſolitudini-bus errātes: ꝛ i mōtib⁹ ꝛ ſpelūcis ꝛ in cauernis terre. Et hi oēs teſti-monio fidei pbati inuenti ſunt: in xp̄o ihesu dn̄o noſtro. Poſtilla.

Sancti per fidem vicerunt re-gna: opati ꝛc. In hac epl̄a cōmemorat apl̄s pa-tientiā ꝛ paſſiōes ꝛ victorias ꝛ fidem ſctōꝝ mar-tirū: cui⁹ virtute patiētes fuerūt: ꝛ victores exti-terūt dicēs [Sancti p fidē vicerunt regna] ſicut patet in martyrib⁹: qui vicerūt reges ꝛ preſides. [opati ſunt iuſticiā: ꝛ adepti ſunt repmiſſiōes] ſ. gr̄e in via: ꝛ gl̄ie i patria [Opturauerūt ora leonū] ſicut legit̄ de Daniele miſſo i lacū leonū. ꝛ de plibus martyrib⁹ ꝛ virginib⁹ legitur in le-gendis ſanctorū: ꝙ fuerūt piecti ante leones ꝛ vrſos: ꝛ tamē manſerūt illeſi [Extinxerunt impe-tum ignis] ſicut tres pueri miſſi a Nabuchodo-noſor in fornacē ignis: quibus ignis nō nocuit: nec eos in aliquo cōtriſtauit. Silr̄ etiam legitur de plibus ſanctis martyrib⁹ ꝛ virginib⁹ in nouo teſtamēto [effugauerunt aciē gladij]. id eſt exer-citū accinctū gladijs. vt Dauid ꝛ multi alij reges ꝛ principes diuino adiutorio vicerūt exercit⁹ ma-gnos ꝛ fortes: in veteri ꝛ etiā in nouo teſtamēto [Conualuerūt de infirmitate] p orationē ꝛ pa-tientiā: vt Ezechias Job ꝛ Thobias ꝛc. Silr̄ le-gitur de ſctis noui teſtamēti: ꝙ mlti infirmi ſunt curati p orationes ſctōrum ꝛ p penitentiā. [for-tes facti ſunt in bello] ſicut Joſue ꝛ Judas ma-chabeus cū filijs ſuis: qui fortiter bellando obti-nuerūt terras ꝛ ciuitates. [Caſtra verterūt exte-rorū].i. inimicorū: quos verterūt in fugā. [acce-perūt mulieres] .i. matres [de reſurrectiōe mor-tuos ſuos].i. pueros ſuos reſuſcitatos. ſicut per Helyām ꝛ Helyzeū in veteri teſtamento. Et etiā multi defuncti in nouo teſtamēto reſuſcitati ſunt per xp̄m ꝛ apl̄os ꝛ per alios ſanctos. ſicut ptz in legendis ſctōꝝ [Alij aūt diſtēti ſunt].ſ. in eculeo et alijs tormēt̄ pter fidē vnius veri dei [nō ſu-ſcipientes redēptionē]. id eſt non accipientes li-berationē. ſicut ſctūs Andreas: qui de cruce de-poni noluit. ꝛ ſic de alijs. [vt meliorē inuenirent reſurrectionē]. vt quāto grauiora ſuſtinerēt pro xp̄o: tanto gl̄ioſius coronarētur. [Alij vero ludi-bria ꝛ verbera expti: inſup ꝛ vincula ꝛ carceres lapidati ſunt] vt Hieremias ꝛ zacharias filius Joiade [ſecti ſunt] ſicut Iſaias ſerra lignea ex iuſſu regis manaſſe. [temptati ſunt]. ſcilicet p-miſſionibus perſecutorū ꝛ blandimentis nume-rum: vt ad ydolatriam inclinarētur. [in occiſiōe gladij mortui ſunt] quia multi in veteri teſtamē-to nolentes conſentire in ydolatriam: gladio p-cuſſi ſunt. Et omia iam enumerata etiam in no-uo teſtamento ſanctis martyribus ꝛ etiam virgi-nibus contigerunt propter fidē domini nr̄i ihesu xp̄i. Poſt hoc deſcēdit ad heremitas ꝛ ſanctos:

qui non effuderunt ſanguinē ſuū ꝓpter fidē ca‑
tholicā dicens.[Circūierunt] per deſerta ⁊ mul
ta mūdi loca[in melotis]Ubi notandū ꝙ melo
ta eſt aial cuiꝰ pellis eſt hiſpida:ſicut pellis heri
cij[ et in pellibus caprinis ].Nā illis pellibus te
gebant̄ ſancti.id eſt hoies ſilueſtres viuētes in
deſertis locis.ſicut Helyas ⁊ ſctūs Johānes ba
ptiſta.⁊ ſic de alijs[Egentes ].ſ.neceſſarijs.[an
guſtiati ].ſ.anxietatibus[afflicti] laboribus⁊ ꝑſ
ſuris[quibꝰ ]id eſt quorū conuerſatione ⁊ habi‑
tatione.[dignus nō erat mundus ]id eſt amato
res mūdi non erant digni tantoruʒ virorū i pre‑
ſentia [in ſolitudinibꝰ errātes:⁊ i mōtibus ⁊ ſpe
luncis ⁊ in cauernis terre ]Spelunce nature fa‑
cte ſunt.Cauerne arte vel caſu facte ſunt.Talia
eñ loca inhabitāt antiqui patres vt eſſent in lo
co apto diuine cōtēplationi.[Et hi oēs ].ſ.ꝑdicti
ſancti[teſtimonio fidei ].i.in fide eorū atteſtan‑
tes[probati ].i.probabiles[inuenti ſunt: in xp̄o
ihu domino noſtro ].

Sequitur nunc ep̄la de vno confeſſore ⁊ pon
tifice,Eccl',xl iiij.

Cce ſacerdos magnus. q̄ i diebꝰ ſuis placuit d̄o ⁊ inuētꝰ ē iuſtꝰ.⁊ in tēp̄e iracūdie factꝰ ē recōciliatio. Non eſt īuentꝰ ſil'is illi:qui cōſeruaret legē excelſi. Ideo iureiurādo fecit illū dn̄s creſcere i plebē ſuā. Bn̄dictionē oim gentiū dedit illi:⁊ teſtamētū ſuū cōfirmauit ſup̄ caput eiꝰ. Cognouit eū in bn̄dictionibꝰ ſuis cōſuauit illi miam ſuā.:⁊ inuenit gr̄am coraʒ ocul' dn̄i. Magnificauit eū in cōſpectu regum:⁊ dedit illi coronaʒ glorie. Statuit illi teſtamentum eternum:⁊ dedit illi ſacerdotium magnum: et beatificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio ⁊ habere laudem in nomine ipſius. Et offerre illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis.

Poſtilla.

Ecce ſacerdos magnꝰ qui i ⁊c.

Ante initium illius lectiōis habetur ſic. Enoch
placuit deo ⁊ trāſlatus eſt in paradiſum viuus.
Ubi ſciendum ꝙ hic ſub nomie enoch deſigna
tur laus iſtius magni ſacerdotis ⁊ epiſcopi: cu‑
ius feſtum hodie in eccleſia peragit̄:cuʒ d̄r.[Ec
ce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit
deo ⁊ inuentꝰ eſt iuſtꝰ:⁊ in tempore iracūdie fa‑
ctus eſt reconciliatio ].id eſt cauſa reconciliatio
nis diuine.[et non eſt inuentꝰ ſimilis illi ].in glo
ria. ſcilicet in opere virtuoſo.qui conſeruaret le‑
gem excelſi ]. ſcilicet legem naturalē menti hu‑
mane impreſſam.[Ideo iureiurando fecit illum
dn̄s creſcere in plebem ſuā ].Ly.Hoc proprie di
ctum eſt de abraham.vt habetur Gen̄.xxij. Per
memetipſum iuraui dicit dominus . quia feciſti
hanc rem:et nō peperciſti vnigenito filio tuo ꝓ‑
pter me benedicā tibi:⁊ multiplicabo ſemen tu‑
um ſicut ſtellas celi:⁊ ſicut harenaʒ que eſt in lit
tore maris ⁊c. Sed hic attribuitur illi ſancto cō
feſſori cuiꝰ feſtum hodie pagimus[benedictio‑
nem oim gentium dedit illi ].id eſt dn̄s gratioſuʒ
euʒ fecit in cōſpectu oim gentium inter quas ha
bitauit[⁊ teſtamentū ſuū ].i.pactum [confirma
uit ſuper caput eius,Cognouit eū in benedictio
nibus ſuis ].id eſt approbauit tanꝙ dignū ſuis
benedictionibꝰ. [conſeruauit illi miſericordiam
ſuam ⁊ inuenit gr̄am coram oculis domini.ma‑
gnificauit eū in conſpectu regū:et dedit illi coro
nam glorie.Statuit illi teſtamentū ſempiternū:
et dedit illi ſacerdotium magnū ]:i.principeʒ ſa‑
cerdotum[⁊ beatificauit illū in gloria. fungi ſa‑
cerdotio ⁊ habere laudē in nomine ipſius. ⁊ of‑
ferre illi incenſum dignū in odoreʒ ſuauitatis ].

Item alia epiſtola de vno confeſſore, Eccle‑
ſiaſt.xlv,

Ilectus deo ⁊ hominibꝰ: cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloriam ſanctorum. ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illū i cōſpectu regū: ⁊ iuſſit illi corā pp̄lo ſuo ⁊ oſtēdit illi gl'iam ſuam i fide ⁊ le

nitate ipſius ſctm̄ fecit illū. ꝛ ele-
git eū ex oi carne. Audiuit em̄ euȝ
ꝛ vocē ipſius. ꝛ induxit illū i nube
ꝛ dedit illi coꝛ ad ꝑcepta. ꝛ legē vi
te ꝛ diſcipline. Poſtilla

Dilectus deo ꝛ hominibus ꝛc.
In verbis hui⁹ lectionis quo ad lr̄am cōmenda
tus eſt moyſes. q2 a pueritia ſic fuit gratioſus vt
eſſet diligibilis oībus. propt̄ qꝺ filia reḡ in pue-
ritia ipſi⁹ eū in filium adoptauit. vt hr̄ Exo. ij.
Et hic ſub noīe ipſius moyſi deſignat̄ a us iſti⁹
ſancti confeſſoꝛis: cui⁹ feſtū hodie in eccl̄ia ꝑagi
tur cū dr̄ [Dilect⁹ deo ꝛ hoībus: cui⁹ memoꝛia in
bn̄dictione ē]. Ex. i. in oī bono [Similem illū fecit
in gl̄ia ſctōꝝ] ſcȝ videndo diuinā eſſentiā. ſicut
dicit Aug. ad Paulinū de vidēdo deū [ꝛ magni
ficauit eū in timoꝛe inimicoꝝ]. i. egyptioꝝ: inter
quos fuit magn⁹ valde [ꝛ i v̄bis ſuis mōſtra pla
cauit] q2 plage egypti monſtruoſe ceſſauer̄t ad
ei⁹ oꝛationē [glificauit illū i cōſpectu regū]. ſcȝ
pharaonis reḡ egypti: ꝛ ſeon: ꝛ og. vt hr̄ Nūeri
xx. [ꝛ iuſſit illi corā ppl̄o ſuo]. ſ. i mōte ſynay vbi
ppl̄s loquētez audiuit. vt hētur Exo. xx. [ꝛ oñdit
illi gl̄iam ſuā]. ſ. in viſiōe ꝑ eēntiā. [in fide]. i. in
fidelitate. fuit em̄ valde fidelis. [ꝛ lenitate ipi⁹].
vn̄ dr̄ Nūeri. xij. Erat em̄ moyſes vir mitiſſim⁹
ſuꝑ oēs hoīes q̄ moꝛabant̄ in terra [ſctm̄ fecit il
lū]. i. mūdū ꝛ firmū [ꝛ elegit eū ex omi carne]. ſ.
ad educēdū filios iſrael de egypto: ꝛ vt eſſet legi
ſlatoꝛ veter̄ teſtamēti [Audiuit eni eū ꝛ vocem
ipi⁹]. ſ. depꝛecātez ꝓ relaxatiōe pcti iſrl̄ in fabri-
catione vituli. vt ptȝ. Exo. xxxij. [ꝛ induxit illū in
nube: ꝛ dedit illi coꝛ ad ꝑcepta]. ſ. dei oꝑa adim-
plenda ꝛ aliȷ̄s dicēda [ꝛ legez vite ꝛ diſcipline].
Itē alia epl̄a de vno confeſſoꝛe. Sap. x.

Uſtū deduxit dn̄s ꝑ vias
rectas: ꝛ oñdit illi regnū
dei: ꝛ dedit illi ſciam ſctō
rū: honeſtauit illū i laboꝛib⁹: ꝛ cō-
pleuit laboꝛes illi⁹. In fraude cir
cūuenietiū illi affuit: ꝛ honeſtū fe
cit illū: Et cuſtodiuit eū ab inimi
cis ꝛ a ſeductoꝛib⁹ tutauit eū. Et
certamē foꝛte dedit illi vt vinceret:
et ſciret qm̄ oīȝ potētioꝛ eſt ſapiā:
Hec vēditū iuſtū nō dereliq̄t: ſed
a pctōꝛib⁹ libauit eū. Deſcēditq̄ȝ
cū eo i foueā: ꝛ i vīcul̄ nō dereliq̄t
eū donec afferret illi ſceptrū regni
ꝛ potētiā aduerſus eos q̄ eū depꝛi
mebāt. Et mēdaces oſtēdit q̄ ma
culauerunt illum. ꝛ dedit illi clari
tatē eternā: dn̄s de⁹ nr̄. Poſtilla.

Juſtuȝ deduxit dn̄s ꝑ vias ꝛc.
In verbis hui⁹ lectionis cōmendat⁹ eſt Jacob
pater filioꝝ iſrl̄ q̄ iuſt⁹ fuit: ꝛ in meſopotamiā
iuit fugiēs irā fr̄is ſui Eſau. vt hr̄ Gen̄. xxvij. Et
hic ſub noīe Jacob deſignat̄ laus iſti⁹ ſcti cōfeſ
ſoꝛis: cui⁹ feſtū hodie celebrat̄ cū dr̄. [Juſtū de-
duxit dn̄s ꝑ vias rectas ꝛ oñdit illi regnuȝ dei].
ſcȝ qn̄ vidit ſcalā cui⁹ ſummitas tāgebat celuȝ ꝛ
dn̄ȝ inixū ſcale. vt ptȝ Gen̄. xxviij. tunc em̄ habuit
reuelationē de ſuꝑna hierl̄m. Idcirco euigilans
dixit. Nō eſt h̄ aliud niſi dom⁹ dei ꝛ poꝛta celi [ꝛ
dedit illi ſciam ſctōꝝ]. i. noticiā de ſctis angelis
quos vidit aſcendētes ꝑ illā ſcalā [honeſtauit il
lū i laboꝛib⁹]. i. reddidit eū diuitē ꝛ iclitū ꝓ labo
rib⁹ ſuis i cuſtodiēdis ouib⁹ laban auunculi ſui.
vt ptȝ Gen̄. xxx. Ditat⁹ eſt hō ille vltra modū ꝛc.
[ꝛ cōpleuit laboꝛes illi⁹] qn̄ deo ꝓtegēte receſ-
ſit de meſopotamia cū vxoꝛib⁹ ꝛ liber̄ ꝛ diuitiȷ̄s
ſuis [in fraude circūuenietiū]. i. laban ꝛ filioꝝ
ſuoꝝ: q̄ nitebāt̄ eū deciꝑe mutādo frequēter mer-
cedē ſuā. vt ptȝ Gen̄. xxxi. [illi affuit] multiplicā-
do greges q̄ ſm̄ pactū debebāt cedere i merce-
dē Jacob [ꝛ honeſtū fecit illū] ditādo eū tpalib⁹
ꝛ ſpūalib⁹ diuitiȷ̄s. [Et cuſtodiuit eū ab inimicis
ꝛ a ſeductoꝛib⁹ tutauit euȝ]. i. a laban ꝛ ei⁹ filiȷ̄s
inſeq̄ntib⁹ Jacob recedente ad ſpoliandū eū. vt
hr̄ Gen. xxxi. [ꝛ certamē foꝛte dedit illi]. ſ. cū an-
gelo luctāti. vt hr̄ Gen̄. xxxij. [vt vinceret: ꝛ ſciret
qm̄ oīm potentioꝛ eſt ſapiā]. ſ. Eſau fratrē ſuū ꝑ
pꝛiū ſibi aduerſātē. ad hoc eni fuit illa luctatio vt
Jacob aſſecuraret̄ de victoꝛia cōtra eſau quē ni
mis timebat. Idcirco dixit ſibi angel⁹. ſi ꝯtra deū
foꝛtis fuiſti: quanto maḡ contra hoīes ꝑualebis.
Poſt h̄ ponit̄ aliud exēplū de Joſeph: quē vendi
derūt frēs ſui iſmahelitis. [Hec venditū iuſtū].
ſcȝ Joſeph [nō dereliq̄t: ſed a pctōꝛib⁹ liberauit
eū]. i. a fr̄ib⁹ ſuis eū occidere volētib⁹. [deſcen-
ditq̄ȝ cū eo in foueā]. i. in carcerem reḡ egypti. vt

pz Geñ.xxxix.vñ dr ibidē.fuit aūt dñs cū ioseph deditq; ei gratiā in ꝯspectu pncipis carceris[ ꝛ in vicul' nō dereliqt eū donec afferret illi sceptrū regni].i.dñatiōem in regno egypti p⁹ regē imediate.vt pz Geñ.xli.[ ꝛ potentiā aduersus eos q̄ eū dpmebāt]scz putifar ꝛ vxorē ei⁹ qb⁹ superioꝛ fact⁹ fuit[ ꝛ mēdaces ondit q̄ maculauerūt illū] scz iponēdo sibi iniuste adulteriū .nā malicia muliens fuit detecta[ ꝛ dedit illi claritatē eternam] scz bone fame q̄ manet adhuc:ꝛ manebit vsq; i finem[ domin⁹ deus noster]

Itē alia epistola de vno confessoꝛe. Sap.vij.

Optaui ꝛ datus est mihi sensus:ꝛ iuocaui ꝛ venit in me spūs sapie. Et pꝛeposui illā regnis ꝛ sedib⁹:ꝛ diuitias nihil eē dixi in cōpatiōe illius: Nec cōpaui illi lapidē pꝛeciosum qm̄ om̄e aurū in cōpatiōe illi⁹ arena est exigua:ꝛ tanq̄ lutū estimabit argētū in ꝯspectu illi⁹. Super salutē ꝛ speciē dilexi illā:ꝛ ꝑposui ꝑ luce habere illā.qm̄ inextinguibile est lumē illi⁹. Venerūt autez mihi om̄ia bona parit cū illa:ꝛ innumerabilis honestas p man⁹ illi⁹. Et letat⁹ suz i oib⁹: qm̄ antecedebat me ista sapia: ꝛ ignoꝛabā qm̄ hoꝛū omniū mat est. Quā sine fictione didici ꝛ sine iuidia cōico:ꝛ honestatē illi⁹ nō abscondo. Infinit⁹ eni thesaur⁹ est homib⁹ quo q̄ vsi sunt:participes facti sūt amicicie dei. Postilla

Optaui ꝛ dat⁹ est mihi sensus ꝛc. Ante initiū illi⁹ lectiōis dicit rex Salomō sic Nemo ex regib⁹ aliud habuit natiuitat̄ initium. vn⁹ ergo introit⁹ ē oib⁹ ad vitā:ꝛ silis exit⁹. Tūc seqtur pñs lectio. Salomō desiderauit a deo sibi dari sapiaz dicēs[ Optaui]scz sapie donum[ ꝛ dat⁹ ē mihi sensus].i.donū sapie ꝛ intellect⁹[ ꝛ

inuocaui ꝛ venit in me spūs sapie].i. spūssctūs q̄ dat sapiam[ ꝛ ꝑposui illā regnis ꝛ sedib⁹.ꝛ diuitias nihil eē dixi in cōpatiōe illi⁹. Nec cōpaui illi lapidē pꝛeciosum: qm̄ om̄e aurū in cōpatōne illi⁹ arena est exigua .ꝛ tanq̄ lutū estimabit argētū in ꝯspectu illi⁹] Et rō est:q: diuitie tpales cōmunes sunt bonis ꝛ malis:ꝛ frequēter ꝯsequet cōceduntur malis pl⁹ q̄ bonis.vt pz ad sensum. Sapia aūt vera de q̄ fit hic smo solis bonis cōcedit. Ideo bona exterioꝛa respectu ipi⁹ vere sapiētie nulli⁹ valoꝛis sunt reputāda[ Sup salutē ꝛ speciē].i.sup sanitatē coꝛpis ꝛ eius pulchritudinē[ dilexi illā]q: sanitas ꝛ pulchritudo sunt pfectiōes coꝛpis. Sapia vero pfectio ē mētis ꝛ iō quāto aia ē melioꝛ coꝛpe:tanto sapia ē illi pꝛeferēda[ ꝛ ꝑposui ꝑ luce habere illā]qa sic lux coꝛpoꝛalis dirigit in coꝛpalib⁹ sic sapia in spūalib⁹. [qm̄ inextiguibile ē lumē illi⁹. Venerunt aūt mihi oia bona parit cū illa]qd pz.iij.Reg.vbi dicitur q̄ Salomō petēdo sapiam a dño:nō soluz illam obtinuit:sed etiā cū illa diuitias ꝛ honoꝛes sup om̄es reges[ ꝛ inūerabilis honestas p man⁹ illi⁹].i.p opa ipi⁹ q̄ p man⁹ designātur:eo q̄ man⁹ ē oꝛganū oꝛganoꝝ.vt pz in.iij.li.de aia.[ ꝛ letat⁹ sum in oib⁹:qm̄ ancedebat me ista sapientia]ostēdēdo mihi q̄liter agere deberē[ ꝛ ignoꝛabā]scz anteq̄ ipaz habere[ qm̄ hoꝛū oim̄ mat est]sed ipa habita cognoui[ Quā sine fictiōe didici]scz a deo a quo ipaz deuote postulaui.vt pz iij.Reg.iij.ꝛ a nathan ꝓpha cui fui tradit⁹ ad erudiēdū[ ꝛ sine inuidia cōico] vbo vel scripto. Scripsit eni multos libꝛos ad nostrā eruditiōez [ ꝛ honestatē illi⁹ nō abscōdo]nā oēs reges circūquaq; desiderabāt audire sapiam Salomōis [ Infinit⁹ eni thesaur⁹ ē hoib⁹].i.inappꝛeciabil' [ q̄ q̄ vsi sunt] opa sapiēt exercēdo[ participes facti sunt amicicie dei]scz tanq̄ ei confoꝛmes in opib⁹ suis que ꝯfoꝛmitas est causa dilectiōis vt patet Eccl'.xiij. Om̄e aial diligit sibi simile.

Epl'a de vno ꝯfessoꝛe ꝛ pōtifice.ad Heb.v.

Omnis nāq; pontifex ex hoib⁹ assumpt⁹ ꝑ homínib⁹ ꝯstituit in his q̄ sūt ad deū:vt offerat dōa ꝛ sacrificia ꝑ peccatis. Qui ꝯdolere possit his q̄ ignoꝛāt ꝛ errāt:qm̄ ꝛ ipe circundat⁹ ē infirmitate.ꝛ ꝓptea debet queadmodū ꝑ ꝓplo:ita etiā ꝛ pꝛo

ſemetipo offerre dõa ꝓ pctis. Nec qſq̄ ſibi aſſumat honorẽ: ſꝫ q̄ voca tur a deo tanq̄ aaron. Sic ⁊ xp̄us nõ ſemetipm clarificauit vt ponti fex fieret: ſꝫ q locut⁹ ē ad eũ. Fili us me⁹ es tu: ego hodie genui te. Queadmodũ ⁊ i alio loco dicit. Tu es ſacerdos in et̃nũ: ſm ordi nẽ melchiſedech. ¶Poſtilla

Omis nãq̄ pontifex ex hoib⁹ ⁊c. Ante initiũ illi⁹ ep̄le ſcribit ſctũs paul⁹ dicẽs Nõ em̃ habem⁹ pontificẽ qui nõ poſſit cõpati i̇firmitatib⁹ noſtris tẽptatũ aũt ꝑ oĩa. Adeam⁹ ergo cũ fiducia ad thronũ gratie ei⁹ vt miſc̃diaꝫ ꝯſeq̄mur ⁊ gr̃am inueniam⁹. Tũc ſeq̄tur p̄ſens ep̄la [Omis nãq̄ põtifex] Glo. ſm legẽ [ex hoi bus] .i. de nũero hoiꝫ [aſſumpt⁹] nõ introduct⁹. [ꝓ hoib⁹] ſcꝫ ſaluãdis [ꝯſtituit̃] vt ꝑ eũ a deo i̇petrẽt miſc̃diaꝫ. Dꝫ em̃ eẽ mediator dei ⁊ homi nũ [in his q̄ ſunt ad deũ] Ly. in ſp̄ũalib⁹ ⁊ diuis. [vt offerat dona] .i. volũtarie oblata nõ violent̃ extorta [⁊ ſacrificia ꝓ pctis] ſcꝫ ppl̄i [q̄ condole re poſſit his q̄ ignorãt ⁊ errãt] .i. q̄ peccãt ex infir mitate [qm̄ ⁊ ipe] ſcꝫ põtifex [circũdat⁹ eſt infir mitate] Ly. dꝫ em̃ põtifex moueri ad cõpaſſionẽ ⁊ miſc̃diam ex ꝯſideratiõe ꝓprie fragilitat̃. Un de ⁊ dñs ꝑmiſit beatũ Petrũ in pctm̃ cadere vt ſciret alijs cõpati ex ꝯſideratiõe ꝓprij delicti [⁊ ꝓpterea] ſcꝫ q̄a infirm⁹ ẽ ⁊ miſerijs circũdatus. [debet queadmodũ ꝓ ppl̄o] ſibi ſubdito [ita eti am ⁊ ꝓ ſemetipo offerre dona ꝓ pctis] ſcꝫ ſuis dimittẽdis ſicut ꝓ pctis ppl̄i [nec q̄ſq̄ ſibi aſſu mat honorẽ] ſcꝫ põtificat⁹ [ſ; q̄ vocat̃ a deo tãq̄ aaron] ille em̃ a deo vocat̃ qui debito mõ inſtitu itur [Sicut ⁊ xp̄s non ſemetipm clarificauit: ita vt pontifex fieret] ſcꝫ aſſumẽdo ſibi honorẽ pon tificat⁹ [ſ; q̄ locut⁹ eſt ad eũ] ſcꝫ pr̃ q̄ glorificauit ipm filiũ dicẽs [Filius me⁹] ſcꝫ naturalis nõ ad optiuus [es tu] ſingulariter [ego hodie] id eſt in eternitate [genui te] ille qui ſic locutus es ad eũ clarificauit eum [quemadmodũ ⁊ in alio loco di cit] ſcꝫ in p̄s. cix. [Tu es ſacerdos in eternum]. non ad tempus ſicut Aaron [ſm ordinem mel chiſedech] .i. ſm dignitatem ⁊ ritum ordinis ſa cerdotalis melchiſedech.

Sequũtur nũc vlterius epiſtole de virginib⁹ ij. Chorinth. x. ⁊ xi.

Qui gl̃iat̃ in dño gl̃ietur. Nõ em̃ q̄ ſeipm cõmen dat ille ꝓbat⁹ ẽ: ſꝫ quem de⁹ cõmẽdat. Hic icipit. xi. ca. Vti nã ſuſtineres modicũ q̄d inſipiẽ tie mee: ſꝫ ⁊ ſupportate me. Emu lor em̃ vos dei emulatiõe. Deſpõ di em̃ vos vni viro virginẽ caſtaꝫ exhibere xp̄o. ¶Poſtilla

Qui gl̃iatur in dño glorieẗ ⁊c. Ante initiũ illi⁹ ep̄le ſcribit ſctũs paul⁹ in codeꝫ cap̄lo dicẽs. Nõ audem⁹ nos inſerere aut cõpa rare q̄buſdã q̄ ſeipos cõmẽdãt. Tũc ſeq̄tur p̄ns ep̄la [Fratres q̄ gl̃iat̃] Hor. ſiue ego ſiue alius. [in dño gl̃ieẗ] Ly. q. d. de bono ope nõ mihi glo riã attribuo: ſ; deo a quo oĩe bonũ eſt ſicᷓ a p̄nci pali agẽte [nõ em̃ q̄ ſeipm cõmẽdat] ſcꝫ ꝓpriam gl̃iam querẽs [ille ꝓbat⁹ eſt] .i. approbat⁹ a deo [ſ; quẽ de⁹ cõmẽdat] Ly. i. cõmẽdabilẽ facit vtu tib⁹ [Hic incipit. xi. cap. Utinã ſuſtinereẗ modi cũ q̄d inſipiẽtie mee] Hor. q̄ modicũ gloriarer de regimine meo: q̄a reuera plus poſſeꝫ gl̃iari q̄d tñ ſm eſtimatiõem indiſcretoꝝ reputat̃ inſipien tia [ſ; ⁊ ſupportate me] Hor. i. patiẽter audite ſicᷓ ſubdite prelatũ ſuũ [Emulor em̃ vos] Lyr. i. fer uẽter diligo [dei emulatiõe] .i. caritatiua dilectio ne [deſpondi em̃ vos] ſcꝫ annulo fidei [vni viro] ſcꝫ xp̄o [v̓ginẽ] Ly. q̄tum ad fidei integritatem [caſtam] q̄tum ad vite puritatem [exhibere chri ſto] qui ſolus eſt ſponſus eccleſie.

Alia epiſtola de virginibus. i. Chor. vij.

E virginib⁹ p̄ceptũ non habeo ꝯſiliũ aũt do tan q̄ miſc̃diam ꝯſecutus a deo vt ſim fidelis. Exiſtimo eniꝫ hoc bonũ eẽ ꝓpter inſtãtẽ neceſſi tatẽ: qm̄ hoi bonũ eſt ſic eſſe. Alli gat⁹ es vxori: noli q̄rere ſolutiõeꝫ Solutus es ab vxore noli q̄rere vxorẽ. Si ãt accepis vxorẽ nõ pec caſti. Et ſi nupſerit virgo nõ pec cauit. Tribulatiõem tñ carnis ha

bebūt hmōi. Ego aūt vobis par-
co. Hoc itaqꝫ dico fratres. Tpus
breue ē. reliquū eſt vt ⁊ q̄ habent
vxores tanꝙ nō habētes ſint ⁊ q̄
flent tanꝙ nō flētes: ⁊ q̄ gaudent
tanꝙ nō gaudētes: ⁊ qui emūt tā-
ꝙ nō poſſidētes: ⁊ q̄ vtuntur hoc
mūdo tāqꝫ nō vtāť. ꝑterit em̄ figu
ra hꝰ mūdi. Volo āt vos ſine ſolli
citudine eſſe. Qui aūt ſine vxore ē
ſollicitꝰ eſt que dn̄i ſunt quō place-
at deo: q̄ aūt cū vxore eſt ſollicitus
eſt que ſunt mūdi quō placeat vxo
ri: ⁊ dimiſſus ē. Et mulier innupta:
⁊ virgo cogitat que dn̄i ſunt: vt ſit
ſancta corꝑe ⁊ ſpiritu in xp̄o Jeſu
domino noſtro. Poſtilla

De virginibus preceptuꝫ non
habeo ⁊c. An̄ initiū illiꝰ ep̄le ſcribit ſct̄us paulꝰ
i eodē cap̄. Sctificatꝰ ē vir i fidel' ꝑ mlierē fidelē.
Tūc ſeq̇t p̄n̄s ep̄la q̄ legiť i miſſa d̄ v̄gibꝰ [fr̄es
d̄ v̄ginibꝰ ꝑceptū n̄ habeo] Glo. ſ. vt ꝯtineāt vel
nubāt [ꝯſiliū aūt do] Ly. tāꝙ de meliori bono.
ſcꝫ de cōtinēdo [tāꝙ miſcōiam conſecutꝰ a deo]
Glo. i. ap̄latū mihi miſericordit ꝯceſſuꝫ [vt ſim
fidelis] in diſpēſatiōe mihi credita. vnde creden
dū eſt mihi i ꝯſilijs. vn̄ ex h̄ h̄r ꝙ acq̇eſcēduꝫ eſt
ꝯſilio p̄lati [exiſtimo em̄ hoc eē bonū] Glo. ſ. ma
nere in v̄ginitate ꝓpt̄ inſtantē neceſſitatē [quo-
niā hoi bonū eſt ſic eē] Ly. ſcꝫ ad vitādū occupa
tiōem circa nec̄cia vite p̄ntis q̄ incūbit cōiugatis
circa ꝓuiſionē vxoris ⁊ ꝓlis ꝑ quā hō retrahitur
a bono ꝯtēplatiōis ⁊ diuie dilectiōis [alligatus
es vxori noli q̄rere ſolutiōem] Ly. q: forſitan ca
deres per incōtinētiā. Expti em̄ delectatiōem ve
neriorū in actu cōiugali reuertūtur ad eā de faci
li [ſolutꝰ es ab vxore: noli q̄rere vxorē] ſi vis con-
tinere qd̄ maiꝰ eſt bonū [ſi aūt acceꝑis vxorē nō
peccaſti] Ly. q: hoc eſt licitū viro ⁊ etiā mulieri.
[⁊ ſi nupſerit v̄go nō peccauit] ⁊ hoc eſt manife
ſte ꝯ̄ illos hereticos q̄ cōdēnāt matrimoniū [tri
bulatiōem tn̄ carnis habebūt hmōi] Glo. ſcꝫ cō
iugati: q̄a habebūt ſolicitudinē ⁊ afflictiōeꝫ pro
rebꝰ neceſſarijs ꝓcurādis: ⁊ ſibi ꝓ pueris ſuis.
Unde leuiꝰ eſt eſſe ſine cōiugio [ego aūt vobis
parco] Ly. q. d. nō ſolū oſtēdam vob̄ viā perfecti
onis que difficilis eſt in obſeruātia v̄ginitatis: ſ;
etiā matrimoniū ꝯcedo: ad qd̄ licite poteſtis ac-
cedere ꝯdeſcēdēdo in hoc infirmitati v̄re [h̄ ita
ꝙ dico fratres. tp̄s eſt] Ly. ſcꝫ vite hūane: ḡ qui
libet debet inquātū pōt ad ꝑfectiōem conari ꝙ-
diu hꝫ tp̄s merēdi [Reliquū eſt] id eſt hoc ſoluꝫ
reſtat ad agēdū [vt q̄ habēt vxores: tāꝙ nō ha-
bētes ſint] Ly. qd̄ fit dupliciter. Uno mō vt red-
dāt debitū nō tn̄ exigāt. Alio mō perfectꝰ ⁊ vter-
qꝫ cōiugū de cōmuni ꝯſenſu incipiāt cōtinere ꝓ
pter maius bonū adipiſcēdū [⁊ qui flēt]. i. triſti-
cie materiā habēt qd̄ frequētiꝰ ꝯtingit in matri-
monio ꝓpt̄ varios caſus ꝯtingētes circa coniu-
gē ꝓlem ⁊ familiā [tāꝙ nō flētes] ſcꝫ patient̄ ſu
ſtinēdo ⁊ ex ſpe retributiōis eterne ꝯſolationem
recipiēdo [⁊ q̄ gaudēt], i, materiam gaudēdi ha
bēt ex aliq̄ tp̄ali ꝓſperitate circa ſe ⁊ ꝓlē vel fa-
miliā ꝯtingētē [tanꝙ nō gaudētes] cogitādo ꝙ
nō eſt multū gaudēdū niſi de bonis ſp̄ualibus ⁊
eternis. Proſperitas em̄ tp̄alis frequēter vergit
magis in nocumētū [⁊ q̄ emūt tanꝙ nō poſſidē
tes] Ly. ſcꝫ cogitādo ꝙ nō habemꝰ hic ciuitateꝫ
manētē: ſ; futurā inq̄rimꝰ [⁊ q̄ vtūtur h̄ mūdo].
Ly. i. q̄ poſſunt vti bonis huiꝰ mūdi eo ꝙ ſunt di
uites ⁊ corꝑe ſani [tanꝙ nō vtātur]. ſ. accipiēdo
de bonis p̄ntibꝰ ꝙto minꝰ pōt fieri: ſalua tn̄ decē
tia ſtatꝰ ⁊ ꝑſonarū [ꝑ erit em̄ figura huius mun
di] q. d. mundana quaſi nihil eſtimanda ſunt: q̄a
preterit figura huius mundi. Lyra. i. exterior pul
chritudo que eſt in continua variabilitate: idcir-
co parum curandum eſt de bonis preſentis vite
q̄a nihil eſt ſtabile [volo autem vos ſine ſollici-
tudine eſſe] Ly. loquēdo de ſollicitudine ſuper-
flua ſp̄ualia impediēte [q̄ aūt ſine vxore eſt ſolli
citꝰ eſt q̄ dn̄i ſunt quō placeat deo]. i. habet apti
tudinē vt ſit ſollicitus de bonis ſp̄ualibꝰ ⁊ et̄nis
[qui aūt cū vxore eſt] ſcꝫ in matrimonio [ſollici-
tus eſt que ſunt mūdi: quō placeat vxori] ⁊ in h̄
caſu vir poteſt ſe ſollicite ornare [⁊ dimiſſus eſt]
id eſt partim ſeruiat mūdo: ⁊ parti deo ꝙtūcūqꝫ
bene viuat in m̄rimonio [⁊ mulier innupta]. i. v i
dua [⁊ v̄go cogitat]. i. maiorē facultatē hꝫ cogi-
tandi [q̄ dn̄i ſunt] ſcꝫ ſp̄ualia ⁊ eterna [vt ſit ſan
cta] ſcꝫ magis ꝙ nupta [corꝑe]. i. corporalibus
bonis actiōibꝰ ⁊ oꝑibꝰ bonis [⁊ ſp̄ū]. i. ſp̄uali-
bus actiōibꝰ ⁊ virtutibꝰ [in xp̄o ieſu dn̄o n̄ro]
Item alia epiſtola de virginibus. Eccl'. li.

Onfitebor tibi dñe rex
⁊ collaudabo te deū ſal-
uatorē meū Confitebor
noī tuo qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector fa-
ctꝰ es mihi ⁊ liberaſti corpꝰ meū
a ꝑditiōe: a laq̄o lingue inique ⁊ a
labijs opantiū mēdaciū. Et in cō
ſpectu aſtātiū factꝰ eſt mihi adiu-
tor ⁊ liberaſti me ſm̄ multitudinē
miſc͠die nois tui a rugiētibꝰ prepa
ratꝭ ad eſcā: de manibꝰ q̄rētiū aīaꝫ
meā: ⁊ de portis tribulationū que
circūdederūt me a pſſura flāme q̄
circūdedit me: ⁊ ī medio ignis nō
ſum eſtuatꝰ. De altitudine vētris
inferi ⁊ a ligua coīnq̄nata: ⁊ a ver
bo mendacij a rege iniquo ⁊ a lin
gua iniuſta liberaſti me. Poſtilla

Cōfitebor tibi dñe rex ⁊ collau
dabo ⁊c. Ante initium illiꝰ lc͠tōnis habetꝛ ſic. Do
ctrinā ſapie ⁊ diſcipline ſcripſit in codice iſto ie-
ſus filiꝰ ſyrach hieroſolimita. Beatꝰ q̄ verſatꝛ in
iſtis bonis: q̄ ponit illa in corde ſuo ſapiens erit
Tunc ſeq̄tur pn̄s lectio q̄ legitꝛ ꝓ ep̄la in miſſa
de v̇ginibꝰ [Cōfitebor tibi dñe] Ly. oim reruꝫ ꝑ
creatiōem [rex] ꝑ eoꝝ gubernatiōem [⁊ collau-
dabo te deū ſalvatorē meū] ꝑ ſpālem mei ꝓtecti
onē [Cōfitebor noi tuo] ſcꝫ ꝯfeſſiōe laudis [qm̄
adiutor ⁊ ꝓtector factꝰ eſt mihi] ſcꝫ ꝓtector i tē-
ptatiōe diaboli: ⁊ adiutor in ꝓmotiōe boni [⁊ li-
beraſti corpꝰ meū a ꝑditiōe] .i. a vicio gule ⁊ lu-
xurie [a laqueo lingue iniq̄] .i. a vicio detractōis
[⁊ a labijs opantiū mēdaciū] ſcꝫ ꝑniciosuꝫ [⁊ i
ꝯſpectu aſtātiū] .i. angeloꝝ q̄ ibi ſtāt [factꝰ ē mi-
hi adiutor] ꝯ̄ hoſtes corꝑales ⁊ ſpūales [⁊ libe-
raſti me ſm̄ multitudinē miſc͠die nois tui a rugi
entibꝰ ꝑparatꝭ ad eſcā: de manibꝰ querētiū aiam
meā] q: diabolꝰ tāq̄ leo rugiēs circūit q̄rēs quē
deuoret. i. Pet. v. [⁊ de portꝭ tribulationū q̄ circū
dederūt me a pſſura flāme] ſcꝫ inſenſuarū libi-
dinis [q̄ circūdedit me] ſcꝫ ꝑ fomitē exiſtētem in
carne mea [⁊ in medio ignis] ſcꝫ libidinoſi ardo
ris [nō ſum eſtuatꝰ. De altitudine] .i. ꝓfunditate

[vētris inferi] ſcꝫ in qua ꝑte ſunt dānati. ſed ad
lymbū patrū deſcēdebāt tūc ſancti [⁊ a ligua co
inq̄nata] .i. a v̇bis ſcurrilibꝰ ⁊ imundis [⁊ a v̇bo
mēdacij] ſcꝫ ꝑnicioſi [a rege iniq̄] .i. a diabolo q̄
eſt rex ſuꝑ oēs filios ſuꝑbie [⁊ a lingua iniuſta]
id eſt caluniāte alios ſine cauſa [liberaſti me ſm̄
multitudinē miſc͠die nominis tui].

Alia epiſtola de virginibus. Sap. viij.

Apiētia vincit maliciaꝫ
Attigit ergo a fine vſq̄
ad finē fortiter: ⁊ diſpōit
oia ſuauitꝛ. Hanc amaui: ⁊ exq̄ſiui
eā a iuuētute mea: ⁊ q̄ſiui mihi eā
ſpōſam aſſumere: ⁊ amator factus
ſum forme illiꝰ. generoſitatē illiꝰ
glorificat ꝯtuberniū habēs dei. ſꝫ
⁊ dñs omniū dilexit eā. Doctrix ē
em̄ diſcipline dei: ⁊ electrix operū
illius. Poſtilla.

Sapia vincit maliciā. Attingit
⁊c. Ante initiū illiꝰ ep̄le ſiue lcōnis ſcribit Salo
mō ſic. Neminē ei diligitōs niſi eū q̄ cū ſapia ha
bitat ⁊c. Tūc ſeq̄tur pn̄s lectio [Sapia] ſcꝫ eter
na [vincit maliciā. Attingit ḡ a fine vſq̄ ad finē
fortitꝛ] ſcꝫ oia creata penetrando ſua v̇tute [⁊ di-
ſponit oia ſuauiter] q̄a dat oibꝰ creaturꝭ formas
⁊ inclinatiōes ꝑ q̄s mouēt naturalr̄ actꝰ ſuos. ſi
cut lapidi ꝯ̄uitatē ꝑ quā naturalr̄ tēdit deorſum.
[Hāc amaui] ſcꝫ ſingularitꝛ [⁊ exq̄ſiui eā a iuuē-
tute mea] .ſ. ꝑetēdo eā a deo mihi dari [⁊ queſiui
mihi eā ſpōſā aſſumere] .i. eiꝰ meditatiōibꝰ inſe
parabilr̄ adherere [⁊ amator factꝰ ſum forme il-
liꝰ] Eſt em̄ decor aie: aſſiſāns eā decori creatorꝭ.
[generoſitatē illiꝰ glificat] .i. glioſaꝫ ꝯfitetꝛ [cō-
tuberniū hn̄s dei] .i. hō hn̄s ꝯtuberniū dī ꝑ cha
ritatē ꝑ quā hō manet i deo ⁊ deus i eo [ſꝫ ⁊ dñs
omniū dilexit eā] .ſ. iq̄tū ip̄a fac hoies deo dili-
gibiles [doctrix ē em̄ diſciplie dī] Nā donū ſapie
fac hn̄tē ſubdere mādatꝭ diuis [⁊ electrix operuꝫ
illiꝰ] nā ꝑ ip̄am elegit hō opa deo placita.

Alia ep̄la que legitur in miſſis cōmūibus
ꝓ defunctis. Apoc. xiiij.

In diebꝰ illꝭ: audiui vocē
de celo dicētē mihi Scri
be bti mortui q̄ i dño mo

riũtur. Ammodo iam dicit ſpũs vt requieſcant a laborib⁹ ſuis. opera eñ illoꝝ ſequũtur illos. Poſtilla

In dieb⁹ illis. Audiui voceȝ de celo dicentē mihi. [Scribe] tanq̄ rē nobiliſſimã [Beati mortui q̄ in dño moriũtur] Ꝫy. i. in ꝯfeſſione dñi noſtri ieſu xp̄i [Ammodo iã dicit ſpũs]. ſcȝ ſctũs qui cũ patre ⁊ filio eſt vn⁹ deus [vt requieſcãt a laborib⁹ ſuis] Nam in beatitudine appetitus totaliter quietabitur [opa eñ illoꝝ] ſcȝ que ſunt meritoria vite eterne [ſequũtur illos] ſcȝ in beatitudine quã recipiũt pro ipis.

Sequitur alia epiſtola que legitur in preſentia defuncti. i. Theſſal. iiij.

Olum⁹ aũt vos ignorare fratres de dormiētib⁹ vt nō cōtriſtemini ſicut ⁊ ceteri q̄ ſpem nō habēt. Si enim credim⁹ ꝙ ieſus mortuus eſt ⁊ reſurrexit: ita ⁊ de⁹ eos q̄ dormierũt per ieſum adducet cũ eo. Hoc eñ vobis dicim⁹ in verbo dñi. qꝛ nos q̄ viuim⁹ qui reſidui ſum⁹ in aduētu dñi nō preueniem⁹ eos qui dormierũt. quoniã ipe dñs in iuſſu ⁊ in voce archãgeli: ⁊ in tuba dei, deſcēdet d̄ celo: ⁊ mortui qui in xp̄o ſunt reſurgēt primi. deinde nos q̄ viuim⁹ q̄ relinquimur ſimul rapiemur cũ illis ĩ nubibus obuiã xp̄o in aera: ⁊ ſic ſemꝑ cum dño erim⁹. Itaq̄ꝫ conſolamini inuicē in verbis ſtis. Poſtilla.

Nolum⁹ aũt vos ignorare fratres ⁊c. Ante initiũ illi⁹ ep̄le ſcribit ſanct⁹ paul⁹ in eodē cap̄lo dicēs. Rogam⁹ vos fratres vt honeſte ambuletis ad eos q̄ foris ſunt ⁊ nulli⁹ aliq̄d deſidereꝭ. Tunc ſtati ſeq̄tur pn̄s ep̄la [Nolumus vos ignorare fratres de dormiētib⁹] Ꝭor. i. de mortuis quos dormiētes appellat ꝑpt̄ reſurrectiōis facultatē. ita eñ de facili excitabunt de morte ſicut dormiētes a ſomno [vt nō contriſtemini] incōſolabiliter de morte amicorum [ſicut ⁊ ceteri] ſcȝ infideles [q̄ ſpem nō habēt] ſcȝ reſurrectiōis future. Sciēdũ ꝙ infideles q̄ nō hñt fidē reſurrectiōis: tales habēt magnã cãȝ amicos defunctos lugēdi q̄ſi incōſolabiliter. nō autē ſic xp̄iani q̄ habēt ſpem reſurgēdi. ꝑpt̄ qd̄ rephenſibile eſt xp̄ianis imoderate mortuos lugere. q̄a in hoc aſſilãt̄ infidelib⁹ ſpem future reſurrectionis nō habētib⁹. Lugere aũt defunctos moderate eſt op⁹ pietatis. [Si eñ credim⁹ ꝙ Jeſus mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit] Si, p qꝛ. nã ad articulos fidei pertinet credere Jeſum vere mortuũ fuiſſe ⁊ vere reſurrexiſſe [ita ⁊ de⁹] ſcȝ pater q̄ ſuſcitauit ieſuȝ [eos q̄ dormierũt]. ſ. ſomno mortꝭ [ꝑ ieſuȝ] id eſt in fide ieſu xp̄i [adducet] ſcȝ vt ſint in eadē btitudine ⁊ imortalitate [cũ eo]. i. cũ xp̄o. vñ ioh. xij. Volo pr̄ vt vbi ego ſuȝ: illic ſit ⁊ miniſter me⁹. [hoc eñ vob dicim⁹ ĩ v̄bo dñi] ſcȝ qd̄ docuit nos [q̄a nos q̄ viuim⁹] Ꝭor. i. q̄ tũc viuemus [q̄ reſidui ſum⁹] ſcȝ adhuc viui relicti ceterꝭ iã mortuis. [in aduētu dñi] ſcȝ ad iudiciũ [nō p̄ueniem⁹] Ita in reſurrectiōe futura [eos q̄ dormierũt]. i. longo tp̄e ante mortui ſunt. q̄a reſurrectio fiet v̄tute diuina q̄ opaꝭ in iſtãti. q̄a in momēto in ictu ocl'i reſurgēt mortui. [qm̄ ipe dñs] ſcȝ in ꝑpria ꝑſona [in iuſſu] Ꝭor. i. ipetrãdi ptãte: nō in hũilitate ſicut in p̄mo aduētu. nō eq̄tabit ſuꝑ aſinam. nō portabit crucem in dorſo ſuo: vt pȝ Math. xxiiij. Videbũt filiũ hois venietē cum ptãte magna ⁊ maieſtate [⁊ in voce archãgeli]. i. facto myſterio alicui⁹ archãgeli: q̄ diceꝭ. Surgite mortui: venite ad iudiciũ [⁊ in tuba dei]. i. xp̄i. Et vocat vocem illam tubã ꝑpt̄ ſonũ eius terribilē [deſcēdet d̄ celo] localiter in aere. Nam iudicabit in forma humana. ſicut d̄r Act. i. Hic ieſus q̄ aſſumpt⁹ eſt a vobis in celũ. ſic veniet queãdmodũ vidiſtis euȝ eũtem in celũ [⁊ mortui q̄ in xp̄o ſunt]. i. in eius fide mortui [reſurgēt p̄mi] tp̄e ſ̄m quoſdã ſ̄ȝ alios nō tp̄e: ſ̄ dignitate [deīde nos qui viuimus]. Ꝭor. i. illi de nobis q̄ ceteris mortuis tunc viui erunt [qui relinquimur]. i. qui reſidui ab antixp̄i perſecutoribus erimus [ſimul rapiemur cum illis] qui nos ad requiē preceſſerũt [in nubibus] ſcȝ ab angelis [obuiã chriſto] Ꝫy. idem venienti ad iudicium [in aera] vbi profert ſententiam iudicij ſuper vallem ioſaphat. vnde Johel. iij. Cōgregabo omnes gentes: ⁊ deducam eas in vallem ioſaphat: q̄a ibi ſedebo vt iudicē oēs gētes. [⁊ ſic ſemꝑ cũ dño erim⁹] q̄a electi a xp̄o nō ſeparabũtur ampli⁹: ſed ſemꝑ erũt ſibi cōiũcti non

ſolum in aīa: ſed etiā in corpe[ itaqꝫ cōſolamini ]
Glo. ordi. ſcȝ de morte animarū[ inuiceȝ ]ſcȝ alt̄
ad alterū[ i vbis iſtis ]ſcȝ de reſurrectiōe fideliū
Seq̄tur alia poſtilla in āniuerſario defuncto-
rum. ij. Machab. xij.

IN diebꝰ illis vir fortiſſi-
mus iudas facta collati
one. xij. milia dragmas
argēti miſit hieroſolymaȝ offerri
ea pro peccatis mortuorum iuſte
⁊ religioſe de reſurrectiōe cogitās
Niſi eñ eos qui ceciderāt reſurre
cturos ſperaret: ſuperfluū videret̄
⁊ vanū orare pro mortuis. Et q̄a
cōſiderabat ꝙ hi q̄ cū pietate dor-
mitiōem acceperāt optimā habe-
rēt repoſitam gratiam. Sancta er
go ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro de
functis exorare. vt a peccatis ſol-
uantur. Poſtilla

In diebus illis vir fortiſſimꝰ
iudas ⁊c̄. Ante initiū illiꝰ ep̄le legit̄ de maximis
prelijs ⁊ triūphis que iudas Machabeꝰ cū fra
tribꝰ ſuis dei adiutorio obtinuit. Primo quādaȝ
ciuitatē firmā muris noie caſphyin in qua habi
tabāt turbe ꝓmiſcuarū gentiū que confidebant
in ſtabilitatē muroꝝ remiſſiꝰ agebāt maledictis
laceſcētes iudā ac blaſphemātes ⁊ loquentes q̄
phas nō eſt dicere Machabeꝰ aūt inuocato di-
uino auxilio inumerabiles interfecit vt ſtagnuȝ
circa iacēs ſanguie flueret: Itē poſt hoc iudas
machabeꝰ cū ſex milibꝰ iuit cōtra thimotheuȝ q̄
habuit. cxx. milia peditū: ⁊ eq̄tū duo milia q̄ngē-
ti. Et iudas cū ſex milibus ꝓſtrauit. xxx. miliavi
rorū. Itē poſt hoc mouit iudas machabeꝰ exer-
citū cōtra Gorgiā prepoſitū ydumee cum tribus
milibꝰ peditū: ⁊ equitibꝰ quadringētis. Quibꝰ
ↄgreſſis paucis ruere iudeoꝝ. Poſt hoc venerūt
ſepelire interfectos de iudeis: ⁊ inuenerūt ſub tu
nicis interfectoꝝ de donarijs ydoloꝝ. Ly. i. de re-
bus p̄cioſis cultui ydoloꝝ dedicatis a q̄bꝰ lex ꝓ-
hibet. Deut. vij. Omibus ergo manifeſtū eſt ob
hāc cām eos corruiſſe. oēs itaqꝫ benedixerūt iu-
ſtum iudicium domini: qui occulta fecerat mani

feſta. Tūc poſt hoc ſequitur preſens lectio [ In
diebꝰ illis. Vir fortiſſimꝰ iudas facta collatione
xij. milia dragmas argēti miſit hieroſolymā of-
ferri ea ibi ꝓ peccatis mortuoꝝ ] Ly. ſcȝ ſic inter-
fectoꝝ i bello [ Iuſte ⁊ religioſe de reſurrectiōe ]
ſcȝ futura [ cogitās. Niſi eñ eos q̄ ceciderant re
ſurrecturos ſperaret ſupfluum videretur ⁊ vanū
orare ꝓ mortuis. Et q: conſiderabat ꝙ hi q̄ cū
pietate dormitiōem acceperāt optimā habere nt
repoſitā gratiā. Sctā ergo ⁊ ſalubris eſt cogita-
tio ꝓ defunctis exorare vt a pctis ſoluātur ] S̄ for-
te videretur alicui ꝙ factum hoc fuit fruſtra: eo
ꝙ iſti ſic interfecti vident̄ mortui in pctō morta-
li habētes ſecum donaria. rn̄det Nicolaꝰ de lyra
ꝙ iudas machabeꝰ ⁊ ſocij eiꝰ debebāt ꝓbabilit̄
iudicare ꝙ illi interfecti penituiſſent in morte: ⁊
ſic orationes ⁊ oblationes valebant eis: ꝙ mor-
tui erāt in ſtatu ſalutis.

Poſtilla Epiſtolarum ⁊ Euangeliorum dn̄i-
calium necnō de ſanctis. Impreſſa Lugduni ꝑ
Johannem Trechſſel. Anno domini. M. cccc.
lxxxx. die vero. ix. Septembris. Finit feliciter.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

FRA

SUPP

FRATRIS GUILHELM
POSTILLA
SUPER EVANGELIA
ET EPISTOLAS
EX VARIIS
AUCTORIBUS COLLECTA

131